literarũ monumentis mandata non ſunt, ſed ſolo uerbo tradita: at
que per apoſtolos eorũq; ſucceſſores, ad nos uſq; propagata. Quod
Ioan. 20. ex eo Ioãnis uerbo haud difficile colligitur: circa euangelij ſui cal-
cem ſubiuncto. Multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu
Ioan. 21. diſcipulorum ſuorũ: quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Et paulo
poſt. Sunt autem & alia multa: quæ fecit Ieſus. quæ ſi ſcribantur
per ſingula: nec ipſum arbitror mũdũ capere poſſe eos qui ſcriben
di ſunt libros. Si enim nõ ſunt ſcripta ſigna omnia quæ fecit Ieſus
coram diſcipulis ſuis: haud dubiũ eſt & id recte colligi, non eſſe e-
tiam ſcripta uerba omnia quæ eis dixit, attinentia ad futurã eccle-
Actuũ. 1 ſiæ directionẽ. Et cum poſt glorioſam reſurrectionẽ ſuam dñs no
ſter ſeipſum præbuit diſcipulis ſuis uiuum in multis argumentis: p
quadraginta dies apparens eis, & loquens de regno dei, quod locu
tus quidem fuerit eis de regno dei: ſcriptum eſt. quid autem fuerit
locutus: non eſt ſcriptum. Et ſentiunt nõnulli graues authores: tũ

de eccle-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de eccleſiæ ſuæ (quæ nomine regni dei, ſępenumero in ſcriptura
noui teſtamenti inſinuatur) moderatione, ad diſcipulos ſuos (quos
paulo poſt erat relicturꝰ) ipſum uerba feciſſe: quæ tamẽ ſcripto nõ
ſunt tradita. Proinde cõplura obſeruat eccleſia catholica in ſacra-
mẽtorum adminiſtrationibus & diuino cultu: quę nõ obſeruaret,
niſi ita ab apoſtolis fuiſſet inſtructa, & apoſtoli talia rituũ ac obſer
uantiarum genera non attentaſſent ordinare: niſi à Chriſto aut à
ſpiritu ſancto fuiſſent ad id faciundũ edocti. ¶ Vnde Innocẽtius V
tertius in epiſtolis decretalibus, titulo de celebratiõe miſſarũ, cap.
cum Marthę. ait. Sane multa tam de uerbis q̃ de factis dominicis, Innocentius tertius.
inuenimꝰ ab euãgeliſtis omiſſa: quę apoſtoli uel ſuppleuiſſe uerbo,
uel facto expreſſiſſe leguntur. Hæc ibi. Cuius quidem memorabi
lis ſentẽtiæ: unũ ex multis hic afferamus exẽplũ huiuſmodi. Scri-
bit utiq; beatus Marcus de apoſtolis à Chriſto ante ſuam paſſio- Marci.6
nem ad prædicandum miſſis: quod exeuntes prædicabãt ut pœni
tentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant: & ungebant oleo
multos ægros, & ſanabantur. Idipſum autem, oleo inquam ægro-
tos inungere ad inſtaurandam ſanitatem: nunq̃ attentaſſent apo-
ſtoli, neq; fuiſſent aggreſſi (ut q ab omni præſumptiõe erant lõge
alieni) niſi familiari colloqo atq; ſecreto accepiſſent à Chriſto, id
eſſe agendum. Nihilo ſecius nullus euãgeliſtarũ ſcripto prodidit,
Chriſtũ ſuis præcepiſſe apoſtolis: quod oleo ſancto perungerent
lãguidos ad incolumitatẽ recuperandã. Illud igitur domini uerbũ,
inter colloquia familiaria cũ ſuis diſcipulis habita, ab ipſo dictum:
ab euangeliſtis eſt prætermiſſum. quod facto, à beato Marco (ut
uidimus) expreſſo: ſuppleuerũt & explicuerũt apoſtoli. ¶ Idẽ quo VI
que q̃d paulo ante eſt propoſitũ, ab apoſtolis ſcilicet multa in prin-
cipio legis euãgelicę eſſe ordinata, quæ non ſunt conſcripta in euã
gelio: comprobatur authoritate Damaſceni: ita in quarti libri de Damaſcenus
fide orthodoxa capite decimoſeptimo dicentis de ritu uenerationis
imaginum. Eſt autem hæc traditio: non ſcripta, perinde ac adora
tionis ad orientem: adorare ſcilicet crucem & alia plurima, ijs quæ
dicta ſunt ſimilia. Quod autẽ plurima ſancti apoſtoli tradiderint 2.Theſſ.2
ſine ſcripto: ſcribit Paulus gentium apoſtolus. Ergo fratres ſtate
& tenete traditiones noſtras quas edocti eſtis: ſiue per ſermonem,
ſiue per epiſtolam noſtram. Et ad Corinthios. Laudo autem 1.Corin.11.
uos fra-

uos fratres:quia per omnia mei meminiſtis.& ſicut tradidi uobis:
traditiones tenetis. Hæc Damaſcenus. Quis autem non uidet ex
priore Pauli uerbo, Teſſalonicẽſes(ad quos ſcribit)edoctos fuiſſe
aliquas traditiones apoſtolicas miniſterio uerbi:quas epiſtola ſan-
cti apoſtoli illis cõſcripta nõ cõtinebat?& ꝓinde aliquas fuiſſe ſan
VII. ctas tradiones:tum ſcripto minime commendatas? ¶ Sed quid tã
tum huic loco immoramur ac inſiſtimus,operoſo nimium ſtudio:
ad oſtendẽdũ,in principio naſcẽtis eccleſiæ nonnulla ab apoſtolis
fuiſſe inſtituta:quæ in toto ſacri euãgelij uolumine haudquaq̃ cõ
tinentur? Non'ne ex 16.diſtinctione libri Decretorum,cap. ſexa
ginta.& ſequẽtibus,cõpertum habetur:cõſcriptos eſſe aliquot ca
nones apoſtolorum,eoſdemq́ꝫ à ſanctis patribus ſynodali autho-
Damaſcenus ritate robur accepiſſe? Quos & Damaſcenus in quarti libri ſuarũ
ſentẽtiarum cap.decimo octauo:poſt ſacros noui teſtamẽti libros
reponit. cum nominata apocalypſi ſancti Ioãnis euãgeliſtæ: ſub-
nectit. Canones ſanctorum apoſtolorum:per Clementẽ. Quid au
tem eos canones aliud eſſe cenſuerimus:q̃ regulas & conſtitutio-
nes,ab apoſtolis ad totius eccleſiæ ædificationẽ ordinatas, præter
VIII. ea quæ ſonat euangeliũ? ¶ Poſtremum beatus pater Dionyſius
Dionyſius. Areopagita,à beato Paulo ad ueræ fidei agnitionem cõuerſus,&
Areopagita. apoſtolis ſynchronus atq; cõtemporaneus: in ſuo de eccleſiaſtica
hierarchia libro diuerſos deſcribit ritus ac cærimonias,quibꝰ in ſa
cramentorum nouæ legis adminiſtratione,in conſecratione pon-
tificum,aliorumq́ꝫ eccleſiæ miniſtrorũ,necnõ in tumulatiõe eorũ
qui pie in Christo quieuerũt:tum utebatur eccleſia.quas tamẽ cõ
ſtitutiões:nec codex euangelicus nec ulla librorũ noui teſtamẽti
pagina continet. Qui autem id facere potuiſſet: niſi tunc eccleſia
ſancta certas habuiſſet leges cærimoniarũ,non ex libris canonicis
nouæ legis depromptas,ſed apoſtolica authoritate inſtitutas? Eua
ſit igitur illud manifeſtũ:quod in hoc & præcedẽte capite eſt pro-
poſitum.

¶ Beatum Dionyſium Areopagitam,à ſancto
Paulo conuerſum: eſſe eorum ſacro-
rum operum, quæ uulgo ipſi
aſcribuntur,autho-
rem. Cap. V

Verum

VErum hanc poſtremam ratiōem in calce proximi
capitis adductā calumniari quiſpiam poſſet & infir
mare: cōtēdēs librū de eccleſiaſtica hierarchia mo-
do citatū, & alia opera quæ beato attribuūtur Dio
nyſio: non eſſe Dionyſij Areopagitę, à ſancto Pau
lo ad Chriſtum (ut ſcribit beatus Lucas) conuerſi. quēadmodū uul Actuū.17.
gata eſt pene omniū ſentētia: ex titulo quem præferūt illi libri, po
tiſſimum inducta. ſed ea ipſa opera eſſe alterius cuiuſpiā authoris,
apoſtolorū tēpora lōgo interuallo ſubſecuti: ut Apollinaris cuiuſ-
dam, aut Dionyſij Corinthiorum epiſcopi, ſicut nonnulli, inſigni
eruditionis ad rhetoricā & artem eloquētiæ potiſſimum ſpectan-
tis, nomine celebrati: nō ſolum ſenſerunt, ſed & ſcripto poſteritati
tradiderūt. Quod ſi ita exiſteret: nullum prorſus haberet robur ul
tima ratio præcedentis capitis. quoniam illæ cærimoniarū leges et
obſeruātiæ, in libro de eccleſiaſtica hierarchia nuncupato explica
tæ: non apoſtolorū tempore (ut prætendit ea raticionatio) fuiſſent
inſtitutæ: ſed longo poſt apoſtolica tēpora, annorum curriculo.
¶ Huic aūt cauillatiōi, ut plenius occurramus: hoc loco plane cō-
monſtrare moliemur, ea oīa opa, quæ à beato Dionyſio Areopa-
gita uulgo dicuntur ædita, & nominis eius titulū præ ſe ferunt: eē
ipſius Dionyſij Areopagitæ, ut ueri & ſolius poſt deum, eorū au-
thoris. neq; alteri cuiquā authori, tempora apoſtolorum ſubſecu-
to: ea uere attribui poſſe. Illa ipſa autem opera ſunt: liber de cæle-
ſti hierarchia, de eccleſiaſtica hierarchia, de diuinis nominibus, de
myſtica theologia, & undecim epiſtolæ. Porrò ad iſtud oportu
ne conficiendum: opus erit (fateor) aliquāta digreſſione, à materia
in principio propoſita: non tamē inutili nec incongrua, quādoqui-
dem ubi patefactum fuerit ac corroboratum, quod molimur: lon
ge firmiore præſidio ſuffultum erit ac ſtabilietur, quod præcipue
in toto hoc libro exquirimus. ¶ Sit itaq; ad cōprobādum, Diony- 1
ſiana ex titulo opera, ipſius eſſe Dionyſii Areopagitæ: hæc primo
ratio. In ſexto capite libri de cæleſti hierarchia, dicit libri illius au
thor: de cæleſtibus ſubſtantijs loquēs, Has eximius præceptor no
ſter: in ternas tertio repetitas diſtinctiones, ad ſanctæ trinitatis di-
uiſit imaginem. Vbi ſecundum omnes expoſitores, per eximium
ipſius authoris præceptorem, inſinuatur beatus Paulus: qui in ter-

2.Cori.12. tium raptus cęlum audiuit arcana uerba, quę nō licet homini loq,
didicitq; miro quodam modo angelicarum hierarchiarum diſtin
ctiōes & ordines. quos etiam in ſuis epiſtolis digeſſit apertiꝰ, ac no
minatim expreſſit exactius quàm quicunq; alij, illius tempeſtatis
ſacri ſcriptores. At cuius (oro) Dionyſii pręceptor fuit beatus Pau
lus: quàm Dionyſii Areopagitę, quem ad Chriſti legem ſua prę-
dicatiōe adduxit? Nunquid dicere uere poſſumus, Paulum fuiſſe
pręceptorem Dionyſii Corinthiorum epiſcopi: qui centum fere
annis mortem Pauli ſecutus eſt? aut quem dabimus Dionyſii Co
rinthij, alterius ue cuiuſpiam Dionyſii, aut Apollinaris præcepto-
rem: qui angelicas exacte diſtinxit ſubſtantias, & de illis diſſeruit?
Planum eſt igitur: authorem libri de cæleſti hierarchia, fuiſſe Dio
II. nyſium Areopagitam, à Paulo edoctum. ¶ Secunda. In nono e-
iuſdem libri capite, dicit author ipſius operis: ſeipſum ex gentilita-
te ad ueram fidei agnitionem diuina benignitate conuerſum, his
uerbis. Nempe enim & alijs gentibus (ex quibus, & nos ad immē
ſum & infinitum diuini luminis pelagus: ex præteriti erroris cæci-
tate reſpirauimus) nunquam præfuerunt alieni aliqui dij. Diony-
Actuū.17. ſium autem Areopagitam: ex ſacrarum literarum teſtimonio co-
gnoſcimus ad fidem orthodoxam conuerſum, per beati Pauli in
Areopago prædicationem. De Dionyſio autem Corinthiorū aut
alio quopiam, id nequaquam conſtat: quod ex tenebris gentilita-
tis ad lucem ueritatis emerſerit. quin potius crediderim Dionyſiū
Corinthiū, ab infantia fuiſſe ſacris fidei documentis inſtitutū. aut
ſaltem deſideratur probatus author: qui illud de eo aut Apollina-
re aſſerat. Sunt autem certa, dubijs præferenda: & probata incer
III tis. ¶ Tertia ratio. Author libri de eccleſiaſtica hierarchia itidem
& de myſtica theologia, utrunq; dictorum operum conſcribit ad
beatum Timotheum, Epheſinum epiſcopum: qui ſancti Pauli fu-
Actuū.16. it diſcipulus. ut conſtat ex decimo ſexto capite actuum apoſtolo-
rum: & ad quem, duæ Pauli extant epiſtolæ. Siquidem in princi-
pio eccleſiaſticæ hierarchiæ: ait. Sacerdotij quidem noſtri functio
nem, ſanctiſſime fili Timothee: auguſtioris eſſe ac diuinæ, & diui-
nitus indultæ ſcientiæ, actioniſq; & perfectionis. Circa principium
uero libri de myſtica theologia: ait. Hæc interim paucis oraue-
rim. Tu uero Timothee chariſſime, intentiſſima contuendis ſpe-
ctacul

ctaculis myſticis exercitatione : & ſenſus linque & intellectuales
operationes,& ſenſibilia & intelligibilia omnia. Fuit igitur author
utriuſq; prædictorum librorum: Timotheo Pauli diſcipulo contē
poraneus,quod Dionyſio Areopagitæ nequaquàm diſconuenit.
Dionyſio autē Corinthio,omnino id repugnat: quippe qui centū
fere annis Timotheo ſucceſſit. Et hæc ratio etiam militat de libro
cæleſtis hierarchiæ ac diuinorum nominum:quoniam uterq; eo-
rum,ad eundem quoq; Timotheū eſt conſcriptus. ¶ Quarta. Au IIII
thor libri de diuinis nominibus:plane profitetur ſe beatum Paulū
habuiſſe primariū ac pcipuū pręceptorē.cū de Hierothæo,altero
ſuo in diuinis literis præceptore,loquens:ait in tertio capite eiuſdē
libri. Præterea magiſtrum noſtrum & amicum uiolaſſe merito cō
uinceremut : ſi nos poſt beatum Paulū illius eloquijs inſtructi atq;
inſtituti,ipſius celeberrimam & intelligentiam & expoſitionē no-
biſipſis applicare ſtudeam⁹. Sed quis(obſecro)dabitur Dionyſius,
à beato Paulo inſtitutus:niſi Dionyſius Areopagita? Neſcio certe
quem alium confingent aduerſarij:aut quem dabunt Apollina-
rem,ſancto Paulo pręceptore uſum. ¶ Quinta ratio. Author eiuſ- V
dē libri de diuinis nominibus,in eodē quoq; tertio capite perhibet
ſe cum ſanctis fratribus conueniſſe ad contuendum corp⁹ illud (ſa
croſanctæ ſcilicet uirginis Mariæ:in felici eius obdormitiōe) quod
authorem uitę deumq; ceperat. Vbi aderat(inquit)& Iacobus fra
ter domini:& Petrus,ſupremum decus & antiquiſſimum theolo-
gorum columen. Conteſtatur itaque his uerbis author : ſe & Pe-
trum in carne uidiſſe & Iacobum,cęteroſq; diſcipulos domini:qui
placidæ reſolutioni deiparæ uirginis interfuerunt. Sed quis niſi
mente captus,hæc attribuat Dionyſio Corinthio:qui apoſtolis o-
mnibus,tempore fuit longe poſterior ? aut quem dabunt aduerſa
rij alterum illius tempeſtatis Dionyſium , aut Apollinarem : qui
tam præclara ædiderit opera , & apoſtolis tanta familiaritatis ne-
ceſſitudine fuerit coniunctus ? Reliquum igitur eſt : Dionyſi-
um Areopagitam ( qui omnium confeſſione , & ſcripturæ teſti-
monio:claruit apoſtolorum temporibus) eſſe operum illorum au-
thorem. ¶ Sexta. Eiuſdem libri de diuinis nominibus author : in VI
ſeptimo eius capite ait. Intellexit hęc mirabiliter profecto diuinus
uir:communis noſter,noſtriq; præceptoris ſol. qui ſtultum dei: ſa- 1. Corin. 1.

 pientius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piẽtius hominibus dixit. Quod quidẽ dictum:in primo capite epi-
ſtolę primę beati Pauli ad Corinthios legitur. Vnde manifeſtũ eſt:
eundẽ authorẽ, ibidẽ de ſancto Paulo apoſtolo uerba facere. quẽ
uocat cõmunem pręceptorẽ:ꝙ & ipſius, & Hierothæi alterius ſui
præceptoris, fuerit in diuinis eloquijs inſtitutor. Non aũt dederis
Dionyſium aliquẽ à Paulo inſtitutũ: niſi Dionyſium Areopagi-
tam. Nam Dionyſius Corinthius, Paulum in carne uidere nõ po
tuit:ut iam dictum eſt, & in ſequenti capite amplius dicetur. Neq;
alter aſſignari poſſet Dionyſius aut Apollinaris quiſpiã:qui Pau-
lo fuerit uſus præceptore, eiq́; conuixerit:ſicut Dionyſius Areopa
VII gita, qui talia de ſe dixit. ¶ Septima ratio. In ſeptima ſuarum epiſto
larũ, ſcribit ſupra dictorũ author operum, ad Polycarpum Smyr-
neoꝝ epiſcopũ & beati Ioannis euangeliſtæ diſcipulum:quòd de-
fectum illum ſolis qui tempore paſſionis dominicæ factus eſt, ipſe
tum apud Heliopolin urbem Aegypti conſiſtens, uiderit. Quod
etiam repetit in undecima ſuaꝝ epiſtolaꝝ:ad Apollophanẽ, ſuum
in ſtudio philoſophiæ prius ſocium ac cõmilitonem ſcribens, com
memoransq́; ſe tẽpore illius deliquij ſolaris:fere ætatis quinq; & ui
ginti annoꝝ tempus expleuiſſe. At hæc omnia, Dionyſio Areo-
pagitæ apte conueniunt: qui circa hæc tempora floruit. Dionyſio
aũt Corinthio:nequaq̃, ob manifeſtam temporis diſcrepantiã. ne-
q; alteri cuipiam Dionyſio:aut Apollinari. cum nullus talium:me-
moretur ab authoribus tum claruiſſe. ¶ Octaua. Idem author no-
VIII nam ſuaꝝ epiſtolaꝝ ſcribit ad Titum, Cretenſem epiſcopum, bea
Titus. ti Pauli diſcipulum:& ad quem, Pauli extat epiſtola. Decimam ue
Ioannes euã- ro ſuaꝝ epiſtolaꝝ ſcribit ad beatum Ioannem euangeliſtã in Pa-
gelista. thmos inſulam à Domitiano Cæſare relegatum, ob euãgelij præ-
Domitianus. dicationem. Cui etiam in eadem prædicit epiſtola:ꝙ ab eo exilij lo
co tandem reuocandus ſit, & eccleſiæ ſuæ cum honore reſtituen-
Nerua. dus. quod utiq; poſt mortem Domitiani: ſub Nerua imperatore
completum fuiſſe legitur. Fuit igitur illaꝝ epiſtolaꝝ pariter & o-
perum author: & Tito & Ioanni euangeliſtæ coæuus atq; contẽ
poraneus, quod ſoli Dionyſio Areopagitæ, uere conuenit: & non
alteri cuipiam Dionyſio aut Apollinari, qui ab authoribus cele-
bretur. Quocirca planum eſt, Dionyſium Areopagitam, illaꝝ un
decim epiſtolarum eſſe ſcriptorem:pariter & illorum quatuor diui

norum

noꝝ operum, quæ ei aſcribuntur, authorem. Qui autem oppoſitas
tutantur partes: uidentur prædicta opera & epiſtolas (de quibus
ſuum ferunt iudicium: quod Dionyſio Areopagitæ falſo attribuã
tur) aut non ſatis exacte perſpexiſſe: aut prædictos in eis locos nõ
accurate annotaſſe, qui manifeſte ſuum loquuntur ac produ͂t au-
thorem, conuincuntq; eum non alium quempiam fuiſſe: ꝗ Diony
ſium Areopagitam.

¶ Authoritate Damaſceni & alioꝝ ſanctoꝝ patru͂:
idem quod modo oſtenſum eſt, cõprobari. eminentiaq;
diuinæ Dionyſij doctrinæ: contra Lutheri obtrecta-
tionem, eorundẽ teſtimonio commonſtrari. Cap. VI.

PRædictis & id accedit in ſolidiorem corroboratio-
nem: ꝙ Ioãnes Damaſcenus, ſacratiſſimæ & in pri-
mis diuinæ theologiæ beati patris Dionyſii admo-
dum ſtudioſus & aſſectator (ut argumento ſunt cõ
plures ſententiæ; ſecundum eundem pene uerboꝝ
tenorem ex Dionyſij operibus in ſuo de fide orthodoxa quadrifi
do libro adductæ) plane ſentit in ſuo iam nominato opere, libros
de cæleſti & eccleſiaſtica hierarchia, itidem & de diuinis nomini-
bus, cum reliquis eiuſdem authoris literarijs monumentis: eſſe cõ-
fectos à beato Dionyſio Areopagita, ut ſolo & uero authore.
¶ Enimuero in primi mõ dicti libri capite decimoquinto: ita ait Da- I. Damaſcenus
maſcenus. Hæc igitur ex ſacris edocemur eloquijs (ut diuinus Di
onyſius Areopagita dicit) ꝙ deus omnium eſt cauſa & principiu͂.
eorum quę ſunt: ſubſtantia. uiuentium uita, eorum quę ratione u-
tuntur: ratio, utentium intellectu: intellectus. Et ita de reliquis diui
nis denominationibus: ſuo ordine inibi conſequentibus. Has au-
tem omnes denominationes: author libri de diuinis nominibus eo-
dem fere ordine recenſet in primo illius operis capite. perhibens
de deo, ꝙ ſit totius illuminationis principium. omnium cauſa & ini
tium, & ſubſtantia & uita, eos qui ab illa cadunt: reuocans atq; eri
gens. Et cætera per ordinem conſequentia: eo quidem uerborum
contextu, ut ſi quis illum Damaſceni locum, ad eum qui ex libro
de diuinis nominibus citatus eſt, contulerit: plane perpendet illum
ex iſto eſſe depromptum. Atqui has denominationes diuinas: aſſe
rit Damaſcenus, à Dionyſio Areopagita eſſe acceptas. Inſinuat

 igitur

igitur his uerbis, Dionyſium Areopagitam fuiſſe authorem libri
de diuinis nominibus:ex quo,denominationes illas in ſacra ſcriptu
II. ra deo attributas, deſumpſit . ¶ Pręterea,in eiuſdem primi libri de
orthodoxa,duodecimo capite:inquit Damaſcenus. Quemadmo-
dum autem ſanctus ait Dionyſius:primarium dei nomen eſt,bo-
num. Non enim primum eſt dicendum de deo,eſſe:ſed ipſum bo
num. Illud autem de nomine dei dictum , ex Dionyſio ſumptum:
depromitur ex ſecundo capite libri de diuinis nominibus , ubi ait
author eius operis, Diuinam totam ſubſtantiam(quicquid illa eſt)
ipſa bonitas diffinire atqꝫ aperire: à ſacris eloquijs dicitur . Tertio
quoqꝫ eiuſdē operis de diuinis nominibus capite:idem ait. Ac pri-
mum quidem perfectiſſimam,omniumqꝫ dei proceſſuum inter-
pretem,boni appellationem:intueamur. Deniqꝫ idem:capite quar
to eiuſdem libri,age ergo:ad ipſam iam boni appellationem perga
mus explicandam. quam theologi peculiariter ſummæ deitati ex
omnibus applicant:ipſam(ut reor)ſubſtantiam diuinam,bonitatē
appellantes,et quia eo ipſo quod eſt bonum:ut ſubſtantiale bonū,
in omnia quæ ſunt pertendit bonitatem. Teſtatur itaqꝫ Damaſce
nus ſuperioribus uerbis , Dionyſium eſſe authorem libri de diui-
nis nominibus:ex quo citatam deprompſit ſententiam, nō Apolli
narem quendam. Pręcedens autem ratio oſtendit, Damaſcenum
aperte inſinuare :Dionyſium Areopagitam,non alium quēlibet,
prædictum librum de diuinis nominibus compoſuiſſe. Adminicu
lo igitur uerborum , in ſuperiore ratione ex Damaſceno adducto
rum:conſtat eundem,& in hoc loco,pręſenti rationi inſerto,loqui
de Dionyſio Areopagita: & non de alio quolibet,eiuſdem nomi-
III. nis authore . ¶ Rurſum,Damaſcenus in eiuſdem operis ſui libro
Coloſſ.2. tertio & capite ſexto:de beato Paulo uerba faciens.inquit. Ait em̄
diuinus apoſtolus: quod in ipſo habitat omnis plenitudo diuinita-
tis corporaliter,hoc eſt in carne eius. Deinde continuo ſubdit . Et
eius diſcipulus deifer & circa diuina plurimus,Dionyſius Areopa
gita : ait ꝙ penitus nobis in una ſui ipſius communicauit hypoſta-
ſeon. Atqui hæc ſententia, Dionyſio aſcripta:explicatur in ſecun
do capite libri de diuinis nominibus , Vbi ait operis illius author.
Eſt pręterea diſcreta:Ieſu ex nobis ſumpta,perfecta immutabilisqꝫ
ſubſtantia, & quæqꝫ ſunt aſſumptæ carnis ſubſtantialia ſacramen-
ta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta. Et rurſum paulo poſt eodẽ loco. Diſcretum eſt autem à diuinis
operibus in nos benigne manantibus: ꝙ ſecundum nos atq; ex no
bis integre & uere ſubſtantiam ſumpſit superſubſtantiale uerbũ.
eaque pertulit & geſſit: quæ ſunt humanæ ipſius aſſumptionis
electa atq; præcipua. His enim, neq; pater neq; ſpiritus ulla ratio-
ne communicat: niſi forte quis aſſerat, benignitate clementiáq; &
communione uoluntatis. hæc ibi. Sentit igitur ac ſubindicat ſupra
dictis ſuis uerbis Damaſcenus: beatum Dionyſium Areopagitam
ſancti Pauli diſcipulum (quem egregijs inibi titulis honorat) autho
rem eſſe libri de diuinis nominibus: ex quo, citatam ſententiã (quã
Dionyſio attribuit) ipſe depromſit. Porro nullus diffitetur, eundẽ
eſſe authorem libri de diuinis nominibus: & reliquorum operum
eodem uolumine comprehenſorum, atq; Dionyſio aſcribi ſolito-
rum. Eſt igitur beatus Dionyſius Areopagita, etiam author libri
de cęleſti & eccleſiaſtica hiearchia, necnon de myſtica theologia:
quod noſtra colligere molitur decertatio. ¶ Demum in eiuſdem IIII.
opis de fide orthodoxa, libro tertio & capite decimonono: ait Da-
maſcenus. Beatus Dionyſius nouam quandam theandricam dei-
uiramq; actionem CHRISTVM nobis adminiſtraſſe dicens, non
auferens naturales actiones: unam actionem ex diuina & humana
factam dicit. Quæ quidem Dionyſii ſententia: ex quarta eius epi-
ſtola (quæ ſcribitur ad Caium) eſt deprompta. Vbi de domino no
ſtro IESV CHRISTO: ſic ait illius author epiſtolæ. Nanq; (ut
breuiter dixerim) neq; homo, ille erat: non quaſi non homo, huma-
næq; conditionis exors. ſed ueluti ex hominibus ultra homines: ac
ſupra hominem homo ueraciter factus. Iam quoq; neq; diuina ut
deus: neq; ut homo humana perficiẽs, ſed deo homine facto, nouã
quandã ac inuſitatã ex diuinitate atq; humanitate permixtã ope-
rationẽ: nobiſcũ quidẽ conuerſatus oſtẽdens. Hæc ibi. Quã ſenten
tiam cũ Damaſcenus in loco iã citato, attribuat Dionyſio Areopa
gitæ (aliũ eñ neminẽ noie Dionyſii, q̃ Areopagitã: ſolet Dama-
ſcen⁹ deſignare) eo ipſo inſinuat Dionyſiũ Areopagitã, illi⁹ epiſto
læ ex qua deſumpſit adductã in hac ratione ſententiã: eſſe autho-
rem, quare & reliquarum etiam epiſtolarum. quandoquidẽ nullus
inficiat, eas omnes epiſtolas quæ uulgo dicunt eſſe Dionyſii: ex eo
dem prorſus authore prodijſſe. Relinquit igit multiplici uenerabi-
lis pa-

lis patris Damaſceni teſtimonio id ſufficienter approbatum: bea-
tum patrem Dionyſium Areopagitam, eorum operũ quæ nomi
V ni eius aſcribuntur, eſſe uerum & unicũ authorem. ¶ Subſcribunt
Polycarpus. etiam eidẽ ſententię, eximij doctrina ac ſanctitate uiri: Polycarpꝰ
Dionyſius Corinthius Smyrneorum antiſtes, Dionyſius Corinthiorum epiſcopus. Me
Methodius. thodius, Athanaſius, Gregorius Turonẽſis, Fortunatus, & Am-
Athanaſius brosius Camaldulenſis, necnon & alij authores percelebres. Qui-
Gregorius. bus probatiſſimis teſtibus habendã potius fidẽ putarim: q̃ uni aut
Fortunatus Ambroſius ad ſummum duobus, oppoſitã defenſantibus ſentẽtiam. ¶ Porrò
VI iam nominatim citati authores, nõ modo de operibus prædictis, ꝙ
à Dionyſio Areopagita conſcripta ſint, fidem faciunt: uerũ etiã
eius admirandam ſapientiam in eis abſtruſam, atqꝫ de dextra ſedẽ
tis ſuper thronum acceptam, ſummis extollũt laudibus, & inſigni
commendatione prædicant. Enimuero ſanctus Ioannes Chryſo
Chryſoſtomus. ſtomus, altitudine doctrinæ beati Dionyſii Areopagitæ prope-
Damaſcenꝰ modum attonitus: eum uolucrem cæli nominat. Damaſcenus au
tem, eundem: diuinum Areopagitam, Pauli diſcipulũ, ſacerrimũ
& deiloquentiſſimum (ut paulo ante eſt dictũ) appellat. Alij: ma-
gnum diuinæ ſapientiæ antiſtitem, illum uocitant. Hi uero: præci
puum ſacrorum interpretem. Hi deniqꝫ: angelum, eundem nun-
VII. cupant. ¶ Quocirca haudquaq̃ æquo animo ferenda eſt Lutheri
impudentiſſima temeritas, & intolerabilis arrogantia: qui in ſuo
de captiuitate Babylonica libro, tot pene erroribus impijs quot in
eo ſententię ſunt, ſcatente: hoc de tanti patris operibus fert iudici-
» um. In Dionyſio (inquit) qui ſcripſit de cęleſti hierarchia: nihil fer
» me eſt ſolidę eruditionis. & omnia ſunt illius meditata, in illo libro:
» ac ſomnijs prope ſimillima. In theologia autem myſtica, pernicio-
» ſiſſimus eſt: Platonizãs magis q̃ Chriſtianizãs. In eccleſiaſtica ue
» ro hierarchia ludit allegorijs: quod eſt ocioſorum hominũ ſtudi-
» um. hęc Lutherus. Qui deinde tumida inflataqꝫ bucca, eodem in
loco iactitat: ſe, ubi id animo ſederet, potiora & meliora q̃ ſcripſe-
rit Dionyſius: cõſcripturũ. Sed quantũ rei ex ſtolida illa & temera
ria promiſſiõe exhibuerit: oſtẽdit totus ferme Chriſtianus orbis, q
opera Lutherana impiorum dogmatũ refertiſſima: cenſuit ultrici
bus flãmis exurenda. Inſurrexit & inclyta Gallia, in tutelaris ſui
patroni (Dionyſium dico Areopagitã) obtrectatorem, ac Zoilum

morda-

mordaciſſimũ: illiusq; libros ferales & funeſtos, finibus ſuis procul
exegit. Nec minus & ipſa Lutetia Pariſiorum, in ſanctiſſimi patris
ſui (à quo, lumine fidei primum illuſtrata eſt: & ad Chriſtum ad-
ducta) exurrexit defenſionem. illiusq; calumniatorem improbiſſi
mum publica damnauit cenſura: exterminandumq́; curauit. De-
mũ ſacra theologorũ Pariſienſiũ facultas, hanc ipſam propoſitio-
nẽ Lutheranã, in Dionyſiũ & opera eius obtrectatoriã: inter cęte
ras cenſoria quoq; uirga notauit, & debitis ſignauit titulis.

¶ Dionyſiũ etiã Areopagitam, in Galliam ad Chriſtũ
illi annunciandum ueniſſe: & apud Lutetiam Pariſio-
rũ, glorioſum conſummaſſe ſuũ martyriũ. Cap. VII.

S Ed & hic forſitan obſtrepet quiſpiã importunus:
abnegabitq; Dionyſiũ Areopagitam eſſe Gallorũ
apoſtolũ, & Pariſiis Chriſti fidẽ primũ annunciaſ-
ſe, ut in proximi capitis calce à nobis affirmatũ eſt.
Aliquorũ enim (qui tamen rari ſunt) dictis innitẽs,
contendet improbus cauillator: Dionyſiũ illum qui in Galliam ue
nit, & ueræ fidei lumen Pariſianis primus attulit, apud quos etiam
inſigni coronatus eſt martyrio: non fuiſſe Dionyſium Areopagi-
tam à beato Paulo cõuerſum, ut meminit Lucas. ſed alterũ quẽ- Actuũ 17.
piã Dionyſium ab illo: neſcio qua terræ regiõe deductũ, aut quo in
ſignitũ cognomento. ¶ Cæterũ ut & huic occurramus cauillo: aper
tis his demõſtramus argumentis, quantũ ſuppetent uires, beatũ pa
trẽ Dionyſiũ Areopagitã, Pauli apoſtoli in fide Chriſtiana alum-
nũ, & ſacrorũ operũ (quæ ipſius præferunt titulũ) authorẽ, & non
aliũ quempiam eiuſdem nomenclaturæ Dionyſium: in Galliam,
directore ſancto Clemente ſedem apoſtolicã tum moderãte, pro-
fectum eſſe, Lutetiamq́; Pariſiorum ſua prędicatione primum ad
ueri dei agnitionem conuertiſſe: ac ibidem ſuum conſummaſſe
martyrium. Quod ſequentibus annitemur rationibus aſſeuerare.
¶ In primis, Dionyſius ille qui in Galliam uenit, & apud Pariſios I
primus Chriſtum annunciauit (ſupponimus enim cum aduerſa-
riis aliquem fuiſſe talem, & illius nominis: quiſquis is fuerit) à bea-
to Clemente tum ſummo pontifice illuc directus legitur: & à Fe-
ſcennino Siſinnino Domitiani Cæſaris præfecto, iuſſu illius, mul-
tis & grauibus afflictus tormentis, tandem Pariſiis glorioſo con-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſummatus eſſe martyrio. quemadmodum refert uitę ipſius & mor
tis hiſtoria: ex hypotheſi, hic ſupponēda. Cui ſiq̃s fidē detrahat: ne
ſcio qua uia contra eum in hac materia (quæ iam olim tranſacti
temporis factum diſquirit) ſit agendū. & relinquendum illum po-
tius eſſe cenſerē: ut parum in ſanctos pium ac religioſum, quoꝝ re
ceptiſſimas negat hiſtorias: quā diutius cum illo diſceptādū. Hæc
autem omnia iam dicta, & in huius rationis initio aſſumpta: Diony
ſio Areopagitæ congruenter aſcribuntur. quē uſq; ad tēpora Do
mitiani cæſaris perueniſſe: paulo ante oſtēdimus. quoniam ad ſan-
ctum Ioannem apoſtolum & euangeliſtā, à Domitiano in Path-
mos inſulam exilio relegatum (ut ſupra dictum eſt) epiſtolam ſcri
pſit. Enimuero cū aliquot annos ipſe Dionyſiꝰ Areopagita Athe
nienſem (cuius à beato Paulo fuerat ordinatus epiſcopus) rexiſſet
eccleſiam: cōmiſſa alteri illius moderationis prouincia, Romā re-
lictis Athenis ueniſſe narratur: nō ſine interna diuinæ diſpenſati-
onis (ut credere dignū eſt) uocatione. quæ immenſa ſua bonitate
uoluit occiduas orbis partes tam lucidi ſolis ſplendore illuſtrari. Cū
autē Romā ueniſſet: beatum Clementē apoſtolicæ ſedi præſiden-
tem offendit. A quo in Galliam tranſmiſſus fuiſſe dicitur: & apud
Lutetiam Pariſiorum martyrio coronatꝰ. At uero Dionyſio Co
rinthioꝝ epiſcopo: nequaq̃ iſta iam dicta attribui uere poſſunt, q
tempore Domitiani nequaquā floruiſſe dinoſcitur: ſed ſub impe-
ratoribus Marco Antonio Vero, & Aurelio Commodo, ſummo
Dionyſius Corinthio- rum epiſco pus.
autē pontifice Sotero: circa annum ab incarnatione dominica cēte
ſimū ſeptuageſimū quartū, ut phibet Euſebiꝰ Ceſariē. in ſuo chro
nico. Quare inter Dionyſium Areopagitam & Dionyſium Corin
thium: interſteſeſt ad minimum, octoginta annoꝝ ſpacium. Ad-
de quod Dionyſius Corinthioꝝ epiſcopus, in ſua ad Athenienſes
epiſtola: Dionyſii Areopagitæ meminit, ſcribitq́; eundem, à Pau
lo apoſtolo, poſt ſui in actibus apoſtolicis narratam cōuerſionem:
Euſebius,
apud Athenas ordinatum eſſe epiſcopū. ut refert Euſebius in ſua
hiſtoria eccleſiaſtica: libri quarti capite uiceſimoſecūdo. Ex quo ua
lidum ſumitur argumentum: Dionyſium Corinthium, Dionyſio
Areopagita longe fuiſſe poſteriorem. Dionyſiꝰ igitur qui in Gal
Actuū. 17.
liam uenit & Pariſios claro fidei lumine illuſtrauit: fuit reuera Dio
nyſius Areopagita, cum nullus alter Dionyſius: circa tēpa Domi
tiani

tiani felici martyrio claruiſſe dicatur. ¶ Rurſum. ætatis quoq; Dio II
nyſii Areopagitæ ratio: recte quadrat huic aſſertioni. Nam ipſe
quintum & uiceſimum agebat ætatis annũ tẽpore paſſionis Chri-
ſti: ut de ſe ſcribit in undecima ſua epiſtola, & nonagenarius mor-
tem pertulit pro Chriſto (ut aſtruit Trithemius in ſuo de ſcripto-
ribus eccleſiaſticis libro) circa annum ab incarnatione dominica
nonageſimum ſextum: & poſt paſſionem Chriſti anno ſexageſimo
tertio, aut circiter. Ea autem temporis conditio atque ſupputatio,
conuenienter reſpondet ac quadrat Domitiani imperio: ad annũ
uſque centeſimum poſt domini in carnem aduentum, fere exten-
to, ſecundum Euſebij Cęſarienſis ratiocinium: in ſuo chronico an
notatum, ſub quo quidem Domitiano (ut dictum iam eſt) mortẽ
ſuſtinuit Dionyſius ille: qui Pariſiorum Lutetiam primum clariſ-
ſimo fidei lumine, & demũ ſuo precioſo ſanguine decorauit. Qui
& ab impio Siſinnio præfecto, ſenex nefandus per ignominiam in
quæſtione fidei appellatus eſt: & de quo ſancta canit eccleſia. Seni
ore celebrante miſſam, turba circunſtante: adeſt Chriſtus, comitã
te cæleſti militia. Ex quo non irrationabiliter colligere licet: Dio-
nyſium illum apud Pariſios paſſum mortem pro confeſſiõe fidei:
fuiſſe Dionyſium Areopagitam, quod eadem huic & illi reſpõde
at ſenilis ætas. ¶ Ad hæc. Nullus ab Euſebio Cæſarienſi & alijs III
authoribus celebratur alter Dionyſius: qui paſſus ſit martyriũ ſub
Domitiano (quod Pariſiis paſſo Dionyſio conueniſſe: ex hiſtoria
ſupponitur) quàm Dionyſius Areopagites. qui primam perſecu-
tionem Chriſtianorum à Nerone ſuſcitatam prætergreſſus eſt: &
uſq; ad tertiam eccleſiæ perſecutionem à Traiano excitatam ne-
quaq̃ peruenit. Nã ratio tẽporis & ætatis Dionyſii Areopagitę: id
ipſum nõ patitur. cũ debuiſſet tũc amplius q̃ cẽtũ annorꝫ habuiſſe
ætatẽ: quando glorioſa morte ſua deum clarificauit, quod hiſtorię
eius, nonaginta tantum annos illi aſcribenti: nequaq̃ conſonat. Er
go in ſecũda eccleſiæ perſecutiõe, ſub Domitiano facta: Dionyſi⁹
Areopagita curſum martyrij expleuit. Cõſequẽs eſt igit̃, Diony
ſiũ Areopagitam, eum ipſum eſſe: qui Galliarũ apoſtol⁹ eſt ac pa-
tronus, Pariſiorũq; ſacer antiſtes, & ſplẽdid⁹ illuſtrator. ¶ Ad hãc IIII
etiam rem corroboandam, non parum faciũt antiqua monumen-
ta: in hunc uſq; diẽ aſſeruata, ſacri ſcilicet cineres & reliquię bea-

ti Dionyſii Areopagitæ, & ſocioꝝ eius tam in euangelij prædica
tione q̃ martyrij agone, Ruſtici & Eleutherij: cũ magna uenera-
tione ad quartũ à Pariſiis lapidem, in templo admodũ magnifico il
lis dicato repoſitæ, atq; honoratæ. Enimuero cũ poſt felicẽ illorum
trium athletaꝝ in domino obdormitionẽ, corpora eoꝝ cryptis ſub-
terraneis fuiſſent abſtruſa, & ibidẽ diutius ſine debito honore deli-
tuiſſent: poſt annos triginta & quadringentos à paſſione ipſorum,
Dagobertus. Dagobertus rex Francoꝝ per uiſum in ſomno cælitus admonitꝰ:
ſacra ipſoꝝ oſſa ac cineres ſanctos terra effoſſos honoratiore collo
cauit mauſoleo, ac ornatiore conditorio ſublimi in loco uenerandos
exhibuit: extructo in ſanctiſſimi Dionyſii honorem magnifico tẽ-
plo: & ampliſſimis dotato prouentibus in miniſtroꝝ eius ſuſtenta-
tionẽ. Deinde circa annũ ab aduentu dñi in carnẽ, uiceſimũquar-
tũ ſupra octingenteſimũ, legati Michaelis imperatoris Cõſtantino
politani, ad Ludouicũ Piũ Caroli Magni filiũ Francoꝝ regẽ ac
Ludouicus Pius. Romanoꝝ imperatorẽ profecti: inter cætera illi pro dono ſingula
ri detulerunt libros Dionyſii Areopagitæ, de cęleſti hierarchia in-
Sigibertus ſcriptos. Qui ſane libri (ut Sigibertus in ſuo chronico author eſt) ad
Pariſios à Ludouico miſſi: in ipſo die, ſancto martyri Dionyſio dica
to, ſuſcepti ſunt cũ ingẽti gaudio. quod beati Chriſti martyris uir-
tus, mirifice tũ in beneficiis ſanitatũ ſpectata, adauxit: undeuiginti
ægrotis ac uario morboꝝ genere languidis, proxima nocte diuinitꝰ
curatis. Quod ſiquis in dubiũ reuocare pergat, ſint'ne ſacrę illæ ex
uuiæ ac reliquiæ, ſancti Dionyſii Areopagitæ: ut dicunt, an alte-
rius cuiuſpiã Dionyſii: potius ob tantã impietatẽ pœna mulctan-
dꝰ eſt & uinculis coërcendus, q̃ ratione aliqua reuincendus. ꝙ id in
quæſtionẽ uocet, ac trahat in ambiguũ: quod ex tot annorũ inter-
uallo, publico populi conſenſu ac tantis approbationibus ratũ ha-
beri debet & maxime perſuaſum. Sufficit enim ipſa temporis anti
quitas ac indubitata totius populi ſententia, diuturno ac firmo ro-
V. borata conſenſu: authoritatẽ huic rei inducere. ¶ Poſtremo, offici
um eccleſiaſticum quod in die feſto ſanctiſſimi martyris ac ſocioꝝ
eius per omnes legitur eccleſiæ antiquiſſimo approbatũ uſu ma-
nifeſte etiã teſtificatur, Dionyſiũ ipſum, qui Galliã circa euãgeli-
cæ legis exortũ inuiſit, ac Lutetiã ſplendore fidei Chriſtianæ pri-
mũ illuſtrauit, Pariſioꝝq; fuit epiſcopus: fuiſſe Dionyſiũ Areopa-
gitam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gitã, à beato Paulo adductũ ad Chriſtũ, diuinaq́ꝫ uocatione è Grę
cia, ad Gallias ſplendore nouo fidei claritateq́ꝫ lucis euangelicæ
perfundendas, accitũ. Et potiſſimũ proſa illa præclara & elegans:
in miſſæ diei illius officio, modulatiſſima cõcinnitate ſolita cõcini.
Gaude prole Gręcia: glorieť Gallia, patre Dionyſio. Et ſane ſatiꝰ
eſt hac in re cũ tota ſentire eccleſia, illiusq́ꝫ ſequi grauiſſimã ſenten
tiã, publico oĩm conſenſu & antiquo probatã uſu q̃ nõnullos, eoſ-
demq́ꝫ paucos, nouitatũ ſtudioſos, paradoxorũq́ꝫ ſectatores. Quo-
rum ſtudiũ in hoc potiſſimũ uerſatur: ut quæ ab omnibus recepta
ſunt & approbata, euertant & refigant. ut etiã nouas inducãt opi-
niões: & ſectas exuſcitẽt. ut deniq́ꝫ quippiã afferant in cõtentionẽ:
quod ab oĩm diſſidet ſententia uſuq́ꝫ cõmuni, cõtendentes, ea ratio
ne, ſingulari doctrina præditi uideri, & plus omnibus ſapere: ſi con
tra q̃ cæteri omnes, ſentiant. ſi improbent, quæ à cæteris probanť
omnibus: aut ea approbent, quæ à reliquis omnibꝰ dãnanť. Verũ
qui ſecundũ apoſtoli monitũ non plus ſapere uolunt q̃ oportet, ſed Roman. 12.
ſapere ad ſobrietatẽ (uelle aũt debent omnes) non debent facile au
res patefacere nouis iſtis placitis & aſſertiõibus, à cõmuni & proba
ta omnibus ſententia abhorrentibus: ſed uia regia ac plana incede
re. quã tenentes: nullo trahẽtur errore malo, nec ferenť per deuia.

¶ Diſſolutio rationũ aduerſæ partis: cõuincere nitẽtiũ, opera quæ Dionyſii noĩe ſunt annotata, nõ eſſe Dionyſii Areopagitæ. ſed alterius cuiuſpiã authoris. Cap. VIII.

NVnc autem reliquũ eſt pro noſtro officio: ut ratio-
nibus aduerſariorũ, & qui oppoſitas iã dictis tutan-
tur partes, pro uirili noſtra occurramus. Inter quos
in primis ſe offert Eraſmus Roterodamus: qui in Eraſmus.
epiſtola, ſecundo tomo operum beati Hieronymi
à ſe recognitorum præfixa recenſens multa opera alienis authori
bus falſo aſcripta: inter cætera ait. Et hierarchiarũ libros Dionyſio
tribuimus Areopagitæ, & eundem putamus eſſe: quẽ iuxta Lute
tiam Pariſiorũ urbẽ, martyrio coronatũ accepimus, è tribus (ni fal
lor) unum facientes. hæc ille. Sed exhibeat (oro) Eraſmus uel unũ
Dionyſiũ, præter Dionyſiũ Areopagitã: qui tẽpore apoſtolorum
(quo opera illa quatuor, Dionyſio aſcripta, ſimul & epiſtolas, cõpo
ſitas eſſe: manifeſtis cõuinciť argumentis) doctrina rerũ ſacrarũ ha-

bitus ſit inſignis, quẽ poſſimus dicere illorũ operũ & epiſtolarum
authorem:& tunc illi ingenue palmã concedimus. Dicit quidem
in loco iam citato Eraſmus:nos ex tribus Dionyſiis unum facere.
ſed quinam ſint hi tres Dionyſii:& qua ratione dinoſcantur eſſe di
uerſi,operibusq́; & tempore diſtincti,& quo pacto opera eorũ triũ
uni ſoli aſcribamus:nõ affert in mediũ,neq; latius explicat. Debuiſ-
ſet certe(ne gratis aliorũ ſententiam refutare uideretur:& ſine ra-
tione loqui)accuratius id expromere: uulgatũq;(ſiquis eſſet in hoc
articulo)errorẽ clarius enodare. Nimirũ coniectare cuiq; licet: Eraſ
mũ ex tribus ſuis Dionyſiis,primũ facere eũ:qui à beato Paulo cõ
uerſus, Areopagita denominatus eſt. Secundũ uero eũ: qui opera
Dionyſii nomine inſcripta compoſuit:omnino à primo diuerſum.
Tertiũ uero,à duobus iam dictis etiã aliũ:qui in Galliam Chriſtũ
annunciaturus peruenit, & apud Lutetiam martyrij corona lau-
reatus eſt. Sed facile erit cuiuis,hoc modo pro ſuo arbitratu: quos
cõmunis hominũ ſententia facit eoſdem, diſſecare ab inuicẽ atq;
aſtruere eſſe diuerſos:nulla ad id aſſerendum ratione adducta.
Nos uero ſupra,ſatis ſuperq;(quãtũ putamus) oſtendimus:unũ eũ
dẽq; eſſe Dionyſiũ, cui illa tria cõpetunt officia. & ipſum re ipſa
atq; ſecundum ſubſtantiã:unicũ eſſe. ſecundũ tria aũt illa opera,
ratione triformẽ. ¶ Idem quoq; Roterodamus in annotationibus
ſuis ſuper nouum teſtamentum,circa decimũſeptimũ caput actu-
um apoſtolorum, recenſet ſententiam & rationes Laurentij Val
Laurentius Vallenſis. lenſis: quibus in eiuſdem loci actorum apoſtolicorum annotationi
bus ipſe Valla refellit eorũ(certe nobiſcũ ſentiẽtiũ)opinionẽ: qui
putant Dionyſiũ Areopagitã,ibidẽ à Luca nominatũ,fuiſſe au-
thorẽ eorũ librorũ qui inſcribuntur de hierarchijs,cæleſti & eccle
ſiaſtica,& de diuinis nominibus. eundemq́; eſſe:qui apud Pariſios
agonẽ ſui martyrij expleuerit. Verũ rationibus illis:ſuo ordine re-
I. ſpondendũ ẽ. ¶ Primũ quidẽ id obiectat Valla. Areopagitæ iudi
Areopagitæ. ces erãt: nõ philoſophi. At iſti ſentiẽtes(ſcilicet uni cũ fuiſſe Diony
ſiũ,cui tria pdicta conueniunt officia) Dionyſiũ,ſummũ faciũt phi
loſophũ:qui ex eclipſi ſolis,deprehenderit periclitari totã natu-
ram. ¶ Cui adhibenda eſt reſponſio. alia quidem ratione Areopa
gitas dici: alia philoſophos. Areopagitas enim:quia in Areopago
uico Athenienſi,ex Solonis Salaminij,unius ex ſeptẽ Græciæ ſa

pienti-

pie̅tib⁹ prima inſtitututiõe,iudices erant cõſtituti. Philoſophos ue
ro:quia ſapientiæ ſtudiũ amore proſequebantur, illiq́ꝫ penitus inſi
ſtebant. Haud tamen repugnat,eundẽ & Areopagitã eſſe & phi
loſophũ:cũ geminę illę rationes haudquaq̃ inter ſe pugnantes,uni
& eidem probe conuenire poſſint. Enimuero philoſophia diffini
tur:eſſe diuinaꝝ humanaꝝq́ꝫ reꝝ cognitio. & philoſophus is eſſe
dicitur:qui diuina humanaq́ꝫ callet,omnemq́ꝫ bene uiuendi ratio-
nẽ animo eſt cõplexus. Quis aũt aptior eſt ad iuſtitię moderationẽ,
iudiciariãq́ꝫ functionẽ:q̃ is qui tam inſigni reꝝ omniũ peritia eſt in
ſtructus? cum dicat Plato beatas tũ fore reſpublicas:cũ eas philoſo Plato.
phi regerent,aut eaꝝ rectores,ſapientiæ ſtudere contingeret. Cũ
itidem compertum ſit,plæroſq́ꝫ philoſophoꝝ fuiſſe legum latores:
quid uetat eoſdem conſtitui in arduis cauſis diſquirendis & iu-
dices? Itaqꝫ Laurentius ex eo ꝙ Dionyſiũ fatemur fuiſſe ſummũ
philoſophũ:perperam colligit eundẽ à nobis non poſſe dici Areo-
pagitã,& curiæ Athenienſis iudicem. Perinde atqꝫ ita necteret ar
gumentum. Dionyſius,eximius fuit theologus, non igitur eccleſię
Athenienſis primum & deinde Pariſienſis fuit epiſcopus. Epiſco
pi nanqꝫ (diceret Valla) rectores eccleſiaꝝ ſunt,at theologi quate
nus huiuſmodi,moderationẽ nõ habẽt eccleſiaſticã,diuerſiqꝫ ſunt:
theologi & epi̅. Certe inualida eſſet iſta collectio:cum poſſit idem
ob diuerſas rationes,ep̅us eſſe & theologus. ¶ Porrò quod ſubne
ctit Laurentius: Dionyſiũ ob inſignem philoſophiã deprehẽdiſſe
ex eclipſi ſolis t̄pe dominicę paſſionis (ſecundũ eos q̄ Areopagitã
ſentiunt eorũ operũ quæ Dionyſio attribuunt̄ eſſe authorẽ) ꝙ na
tura tũ periclitaret̄,id reor ab eo eſſe adiectũ propter eorũ placita,
qui tradunt ipſum Dionyſiũ Areopagitam ipſo die paſſiõis Chri-
ſti fuiſſe Athenis:& uiſo deliquij ſolaris præter naturæ legẽ oſtẽ-
to,attonitũ exclamaſſe. Aut deus naturæ patit̄:aut tota mũdi ma
china diſſoluitur. Quod inter cæteros,author libri de ſphera:in fi-
ne illius ſui operis etiã perhibet. Verum id dictũ,ijs quæ de ſeipſo
ſcribit Dionyſius:aduerſatur potiſſimũ quantũ ad ipſi⁹ loci in quo
talia dixiſſe refertur,aſſignationẽ. In ſeptima nempe ſuarũ epiſtola
rũ,quæ eſt ad Polycarpũ,& in undecima,quæ ad Apollophanẽ in
ſcribit̄:tradit ſe Dionyſius tẽpore illius inſolitæ defectionis ſolis,
fuiſſe in Heliopoli ciuitate Aegypti:& ibidem philoſophiæ ſtudio
operã

operam nauaſſe.nõ autẽ fuiſſe Athenis,ciuitate Græciæ: magna
locorũ intercapedine ab Heliopoli,diſtãte. Et hac in re,poti⁹ Dio
nyſio de ſe teſtimoniũ perhibenti credendũ cenſuerim:q̃ aliĳs op-
poſitũ referentibus. Vtrũ autẽ in hanc eruperit uocẽ : qua deum
naturæ pati,aut naturã totã periclitari ſignificarit:ex eius dictis ne
quaq̃ cõſtat,cum ipſe mirũ illud defectus ſolis ſpectaculũ narrãs:
id de ſe nõ ſcribat. Itaq; ali⁹ ab illo quærẽdus eſt probatus author:
qui illud,ipſum dixiſſe,ſufficienter aſtruat. Quanq̃ id nihil ad rẽ
facit præſentẽ:dixerit ea uerba nec´ne,cum ſatis ſine hoc cõſtet,i-
pſum ante ſui ad Chriſtũ conuerſionẽ:egregiũ fuiſſe philoſophię
II profeſſorẽ. ¶Secundo inſiſtit Laurentius, Dionyſiũ Areopagitã
Athenis uix bene percipere potuiſſe tenebras, tẽpore ſuffixionis
Chriſti in cruce,obortas:ut aiunt ĳ,quos refellere annititur. cũ cõ-
Matth.27. ſentaneũ(inquit)nõ ſit:eas tenebras,Athenas uſq; perueniſſe. Nã
quod ait euangeliſta, tenebras factas ſuper uniuerſam terrã : eius
regionis terrã intellexit, aſſentiente & diuo Hieronymo:& aſſeue
rante Origene in homelĳs quas ſcripſit in Matthæũ. Vbi plane
negat:eas tenebras è ſolis accidiſſe deliquio. ſed aut nubibus inter
cedentibus:aut alioqui aëris denſitate coacta. Quod ſi hę tenebrę
tanto ſpacio cõtigiſſent per uniuerſum orbẽ:aliquis certe ſeu La-
tinus ſeu Græcus ſcriptor,eius rei meminiſſet. Iã epiſtolã ſuꝑ hac
re,uelut Dionyſii nomine confictã:deridet Laurentius. Hæc ex
Laurentio Eraſmus. ¶Verũ reddẽda eſt Vallæ reſpõſio, nos &
id admittere,ꝙ horrificas illas tenebras,quarũ mẽtionẽ faciũt euã
geliſtæ: Dionyſi⁹ Athenis nõ ꝑceperit.cũ tũc (ut ſuo ipſius cõſtat
teſtimonio)uerſaretur in Heliopoli urbe Aegypti. Proinde ſiue
ad Athenas uſq; ꝑuenerint illæ tenebræ,ſiue nõ:nihil refert ad ꝓ
ſens negociũ. Crediderim tamẽ poti⁹, etiã Athenis eas tenebras
perceptas:ſicut & in Heliopoli deprehẽſas ipſas eſſe,ſcribit Diony
ſius,cũ non minus Heliopolis q̃ Athenæ:extra Iudæã & Syriam
regioniſq; illi⁹ fines,ſit cõſtituta. Neq; deſunt ſcriptores,minime
proletarĳ:qui arã illã Atheniẽſem,cui titulus erat inſcriptus, igno
Actu.17 to deo(quẽadmodũ meminit beat⁹ Paul⁹:in oratiõe ſua ad Athe
nienſes)primũ fuiſſe erectã referũt,occaſione illarũ tenebrarũ e-
tiã Athenis perceptarũ. Quas cũ ex ratiõe aſtronomica deprehẽ
derint tũ philoſophi fuiſſe præter cõſuetũ naturæ curſum:eas oc
cu'ti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

culti cuiuſdã numinis uirtuti aſcripſerũt, illiq; licet ignoto, arã di-
carũt. Quinimmo & terrificã illã obtenebrationẽ, magis ſimile ue
ro eſt, per uniuerſam terrã habitabilẽ eſſe expãſam: q̃ per ſolã Iu-
dęæ ac Paleſtinę: terrã, ut cõtendit Laurẽtius. quãdoquide idipm
potius ſonare uidẽtur triũ euãgeliſtarũ Matthæi Marci & Lucę Matth. 27
uerba. & uoluerit inſuetis illis tenebris deus, Chriſti paſſionem ac Marci. 15.
mortẽ iniuſtã toti inſinuare mũdo. ut exiſtimare fas eſt: quę ꝓ to- Lucæ 23.
tius mũdi ſalute, non Iudæorũ tantũ, ab eo in cruce perferebatur.
¶ Ad Hieronymũ aũt dicere non iniuria poſſumus, ipſum nõ tã
ſuam de tenebris illis expreſſiſſe ſentẽtiã: q̃ aliorũ placita & opini
onẽ recenſuiſſe. ex qua alienæ ſentẽtię enarratiõe: nihil ſolidi teſti
monij habet, ad cõuincendũ quod molitur Laurẽtius. Verũtamẽ
Hieronymus illũ Matthæi locũ, qui de tenebris tẽpore dominicę
paſſionis obortis narrationẽ cõtexit, explanãs: nequaq̃ dicit eas ꝑ
ſolã Iudęæ regionẽ fuiſſe diffuſas, quin potius ſubindicare uidet:
eaſdẽ toti orbi incubuiſſe: cõmũesq; apparuiſſe. Ita enim ait. Et ne Hieronym⁹
forſitan uideretur umbra terræ, uel orbis lunæ ſoli oppoſitus, bre-
ues & ferrugineas feciſſe tenebras: triũ horarũ ſpaciũ ponitur, ut
omnis cauſantiũ occaſio tolleret. Et hoc factũ reor: ut cõpleatur
prophetia dicẽs. Occũbet ſol meridie: & cõtenebrabitur ſup ter- Amos. 8.
rã in die lux. Et in alio loco. Occubuit ſol: cũ adhuc media eẽt dies. Hiere. 15
Videturq; mihi clariſſimũ lumen mũdi, hoc eſt luminare mai⁹, re
traxiſſe radios ſuos: ne aut pẽdentẽ uideret dominũ, aut impij bla-
ſphemantes ſua luce fruerentur. Hæc Hieronymus. At quomo
do geminũ illud oraculũ propheticũ tunc eſt cõpletũ: ſi in ſola ter
ræ Iudæorũ plaga ſubortæ fuerint illæ tenebræ, & reliqua tota
pars orbis claro ſolis lumine illuſtrata refulſerit? Nũquid particu-
lares illæ & uni tantũ regioni incubãtes tenebræ: dicentur induce
re ſolis occubitũ? qui cũ per occaſum ſublatus fuerit: totus ipe mũ-
dus atra tenebrarũ caligine horret offuſus. Quoniã igit Hierony
mus ſentit duo illa prophetarũ uaticinia, quæ prænunciarunt ſolẽ
in ipſo meridie occubiturum, in hora paſſionis domini fuiſſe com-
pleta: eo ipſo ſubinſinuat, tenebras illas in totũ orbẽ terrarũ fuiſſe
diffuſas, & non in ſolam Iudæorum terrã. Pręterea, ſi ſol ſuos re-
traxit radios, ſubduxitq; ſuam terrę claritatẽ, ut hic perhibet Hie-
ronymus: quomodo deſtituta beneficio radiorum ſolariũ terra re

liqua præter Iudæam potuit Phœbæo ſpendore illuſtrari, diurno
ue perfundi lumine? Neq; enim recte dixeris:ſolem ab una tantū
regione ſuos retraxiſſe radios,& reliquis terræ plagis eoſdem com
municaſſe. Ex prædictis igitur Hieronymi uerbis potius college-
ris ipſum ſenſiſſe:tenebras illas uniuerſales fuiſſe,quàm particula-
res. Inſuper,locū illū Amos prophetę paulo ante adductū :qui ita
Amos 8. in noſtra traductione legitur. Et erit in die illa,dicit dominus: occi
det ſol in meridie:& tenebreſcere faciam terram in die luminis.&
conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum:& omnia cantica ueſtra
in planctum.illum inquam locū exponens beatus Hieronymus li
bro tertio ſuorum cōmentarioꝝ in eundē prophetam:ait. Poſſu-
mus hūc locū & in dcmini intelligere paſſione:quādo ſol hora ſex
ta retraxit radios ſuos,& pendentem in cruce dominū ſuū ſpecta-
re non auſus eſt:quando tenebris cuncta cōplentibus: feſtiuitates
eorum & cantica, Veſpaſiano Titoq; ſuperātibus,in plāctū luctū
q; mutata ſunt,quādo lachrymaꝝ & pœnitudinis & cilicioꝝ re-
pleta ſunt omnia:& capita habuere caluitiū, quæ prius Nazarę-
orū decorata cæſarie,comā domino nutriebant. Hæc ibi. Et con
ſimilē prorſus ſententiā,ex ipſo(ut crediderim)Hieronymo pau-
cis uerbis demutatis ſumptā:habet gloſſa ordinaria,prædictū pro
phetæ locū exponēs. Ex illo autē Hieronymi dicto nequaq̃ ſub-
inferre quiſpiā poſſet:ipſum ſenſiſſe,tenebras illas tꝑe paſſiōis do
mini exortas,ſolam occupaſſe Iudææ plagā,ſed potius toto mūdo
Origenes perceptas eſſe.quādoquidē & ſolē tum retraxiſſe radios ſuos & te
nebras cuncta compleſſe:in ſupra dictis uerbis perhibeat. De Ori
gene uero,qui in homelia triceſimaquinta ſuper Matthæū diffu
ſe hac de re diſſerit:dicendū eſt,eum poti⁹ id afferre de tenebris,
ꝙ Iudæę regionem tantūmodo occupauerint:ut uiā aperiat qua
calūniantibus ueritatē euangelicam fideles quoquo pacto reſpon
deant,q̃ ut illud ſolide tenendū aſtruat. Quod autē tenebras illas
inficiatur deliquio ſolis inductas,putatq; aut nubiū craſſaꝝ inter-
uentu aut aëre in denſitatē concreto obortas:eo ipſo à ſacraꝝ lite
raꝝ,ſanctorumq; patrū procul abeſt ſententia.quādoquidē poſt-
Lucæ. 21 q̃ dixit Lucas in euangelio:dominicam deſcribens paſſionē. Erat
autem fere hora ſexta:& tenebræ factæ ſunt in uniuerſam terrā,
uſq; in horā nonam.protinus tanq̃ cauſam ante dictoꝝ reddēs:ſub

nectit, & obſcuratus eſt ſol. Vbi in quibuſdam codicibus ſuo tem
pore ita cõtextã fuiſſe literã: tradit in prædicta homelia Origenes.
Et te nebræ factæ ſunt in uniuerſam terrã: deficiẽte ſole. ꝗuis hãc
lectionẽ non uſqueadeo probet: quod ſuæ ſententiæ nõ omnino
quadret. Sed & beatus Dionyſius in utraqꝫ epiſtola ante dicta, pla
ne aſtruit illas tenebras, à ſolis defectione præter naturæ legem fa
cta, ſubortas eſſe: declarans rationẽ & modũ particularẽ, quo ea e-
clipſis inchoata fuerit & perfecta. Cui tanꝗ oculato teſti credẽdũ
eſſe potius autumo, quã Origeni: qui inſolitũ illud mũdo non con
tuitus eſt ſpectaculũ. Auguſtinus itẽ libro tertio de ciuitate dei, ca Auguſtinus
pite decimoquinto de illa in paſſione domini obtenebratiõe ſola-
ri loquẽs: ait. Quã ſolis obſcurationẽ nõ ex canonico curſu ſiderũ
accidiſſe: ſatis oſtendit, ꝙ tunc erat paſcha Iudæoꝝ. Nã plena lu-
na: paſchæ ſolẽnitas agitur. Regularis autẽ ſolis defectio. nõ niſi fi
ne lunæ cõtigit. Hæc ille. In quibus uerbis inſinuat: illã ſolis obſcu
rationẽ, ex eclipſi ſolari tũ facta profectã eſſe. Porrò quod ſubijcit
Laurẽtiꝰ in ꝑſenti obiectiõe, tenebras illas tp̄e paſſiõis Chriſti fa-
ctas, nõ uideri ꝑ uniuerſam oĩno terrã fuiſſe expãſas: ꝗniã illiꝰ oſtẽ
ti nec Latinꝰ quiſpiã aut Græcꝰ ſcriptor meminerit: paꝝ ſolido ni
titur argumẽto. Tũ ꝙ Phlegon hiſtoricꝰ, exactiſſimus olympiadũ Phlegō
ſupputator: in decimoquarto operis illius libro, ita de illo tenebra-
rũ portento ſcribit. Quarto autẽ anno ducenteſimę ſecũdę olym
piadis: magna & excellens inter omnes quæ ante eã acciderãt, de
fectio ſolis eſt facta. Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem eſt
uerſus: ut ſtellę in cælo uiſę ſint, terręqꝫ motꝰ in Bythinia, Nicenę
urbis multas edes ſubuerterit. Hæc ille. Is aũt annus quartus ducẽ
teſimæ ſecũdæ olympiadis: fuit annꝰ decimꝰ octauus imperij Ty
berij Cæſaris, ꝗ quidẽ anno Chriſtus deus noſter crucẽ pro nobis Tyberius
paſſus eſt. ut clare demõſtrat Euſebiꝰ in ſuo chronico. Tũ etiã, ꝙ Cæſar
ſacra diuinæ ſcripturę hiſtoria: nõ indiget in ſui cõfirmationẽ ſuf-
fragio ſcriptoꝝ ſeculariũ. neqꝫ ex eoꝝ annalibus aut diarijs pẽdet
ueritatis ſacraꝝ narrationũ ſoliditas: ſed ex deo, ſyncæriſſimo toti
us ueritatis fonte. Non igitur firmitatẽ accipit aut robur hiſtorica
reꝝ geſtaꝝ in ſacris libris cõſcriptaꝝ cõmemoratio, ab ethnicis au-
thoribꝰ: ut neqꝫ ſol ſplẽdorẽ precario mutuo à luna aut ſubrutilis
aſtris. Nempe quoniam nulli meminerunt antiqui rerum ſcri-

Ioſuæ 10. ptores, ſolē tēpore Ioſue diutius in ſuo cōſtitiſſe gradu citra occa-
ſum. aut retrogreſſum eſſe ſolē decē lineis à ſua ſtatione, atqꝫ diem
4. Regū 20. longe productiorē ſolito reddidiſſe, tēpore Ezechiæ regis Iuda: nū
quid idcirco hæſitabimus in firma utriuſqꝫ haꝝ narrationū uerita
te, aut eā abnegabimus? Demum ꝙ epiſtolā ſuper eclipſi portēto
ſa ſolis ueluti Dionyſii nomine confictā, irrideat Laurentius nos
magnopere non mouet. Si eñ de epiſtola loquatur, quæ ab Athe
nis dicat̃ eſſe miſſa à Dionyſio, tēpore deliquij ſolaris illic cōſiſtēte,
ad aliquē amicoꝝ, defectionis illius explicatoria: admittim⁹ eā eſſe
cōmētitiā. Si uero uerba faciat Laurētius de epiſtola longo poſt tē
pore ſuper ea re conſcripta: abnegamus eſſe fictitiā illā, & ſub no-
mine Dionyſii confictā, cū geminā ipſe Dionyſius cōſcripſerit e-
piſtolā: deliquiū illud ſolare cōmemorantē. Vnā quidē ad Poly-
carpū: ordine ſeptimā, & alterā ad Apollophanē: ordine undeci-
mā, ut iā ſæpius ante dictū eſt.

¶ Aliarū adhuc rationum, quas aduerſæ partis defenſa-
tores adducunt: diſſolutio. Cap. IX.

AFferunt & aduerſarij, qui opera, Dionyſii nomine
annotata exiſtimant non eſſe cōſcripta à Dionyſio
Areopagita: etiā alias ad ſuā ſententiā corroboran
dā rationes quas & hic referre & diluere: uidet̃ ex-
1. pediens. ¶ Eraſmus quidem in ſuis annotationibus
ante citatis circa decimūſeptimū caput actuū apoſtoloꝝ: perhibet
ſibi non uideri, priſcis illis tēporibus tantū fuiſſe cærimoniaꝝ, quā
tū illoꝝ operꝝ author deſcribit, in libro ſcilicet de eccleſiaſtica hie-
rarchia, & his uerbis ſubinſinuat, authorē illū ſuo iudicio nō fuiſſe
Dionyſiū Areopagitā: ſed alterꝝ quēuis tēpore poſteriorē. Quod
etiam ſubinſinuat in præfatione, paraphraſi ſuę in epiſtolas beati
Pauli ad Corinthios præfixa his uerbis. Dionyſius (inquit) qui
in hierarchia ſecunda priſcos eccleſiæ ritus ſatis copioſe deſcribit:
eruditis recentior quiſpiam fuiſſe uidetur: ꝗ fuerit Areopagites il-
le, Pauli diſcipulus. Hæc ibi. ¶ Sed illi ſatisfaciendum eſt: potius op
poſitum debere ipſi uideri. quandoquidē ab apoſtolis qui erant ba
ſes & columnæ eccleſiæ ſtatim poſt acceptas exuberanti infuſiōe
ſpiritus ſancti primitias, inſtituta fuit & ordinata in ſuis gradibus
& officijs eccleſia: cærimoniæqꝫ & ritus ſacri ab ijſdem definiti,
quibus

quibus eccleſiaſtica adminiſtrarentur ſacramenta & miniſtrorum
ſacrorū fieret conſecratio:anteꝗ̃ diſpergerētur in uniuerſum orbē,
aut per martyriū de mundo tollerentur. Spiritus enim ſanctus ec-
cleſiæ director & magiſter optimus, eis ſuggeſſit, ea ipſa cærimo-
niarū genera quibus in ſacramentorum diſtributione & conſecra-
tione pontificū, ſacerdotū, ac miniſtrorū eccleſiæ utendū foret: per
ipſos potius apoſtolos conſtituenda eſſe, qui relicti erant à Chriſto
fundatores eccleſiæ:ꝗ̃ illorū primā conſtitutionē ſucceſſoribus re-
linquendā. Opera aūt ipſa, de quibus agitur controuerſia :tēpore
apoſtolorū erant cōpoſita, ut multifariā ſupra eſt oſtēſum, & iā cō
ſtitutis pleriſq; eccleſiæ cærimonijs: quæ ex ritu apoſtolico in pri-
mitiua eccleſia obſeruabantur. Sed age, nonne beatus Paulus in e- 1. Timo.3.
piſtola ad Timotheū:epiſcopos nominat & diaconos:ꝗ & ad Titū Titum 1.
ſcribit. Huius rei gratia reliqui te Cretæ : ut ea quæ deſunt corri-
gas, & conſtituas ꝑ ciuitates presbyteros:ſicut & ego diſpoſui tibi.
Rurſum in principio epiſtolæ ad Philippeñ. epiſcopos nominatim Philippen.1.
exprimit & diaconos. Et in actis apoſtolorū cū Mileti agēs, horta- Actuū 20.
ref maiores natu eccl'iæ ab Epheſo à ſe accitos, ut cū ſedulitate ac
diligētia paſcerēt gregē dominicū:epiſcopos etiā nominauit. Rur
ſum Euſebius in hiſtoria eccleſiaſtica, libri tertij capit.18 de beato Euſebius.
Ioanne euāgeliſta loquēs, ait. Cū poſt tyranni obitū de Pathmos
inſula Epheſum rediret:rogabaf etiā uicinas illuſtrare prouincias,
quo uel eccl'ias fundaret in qbus nō erant locis: & in quibꝰ erāt, ſa-
cerdotibus ac miniſtris inſtrueret, ſecundū ꝙ ei de unoquoq; ſpiri
tus ſanctus indicaſſet. Hęc ille. Ex quibus omnibus liquido cōſtat:
circa principiū legis euāgelicæ ab ap'lis cōſtitutos eſſe ep̄os, presby
teros, diaconos, & reliquos eccl'ię miniſtros. At manifeſtū eſt:eos
nequaꝗ̃ tūc fuiſſe ordinatos ſine certis cærimonijs & ſacro ritu. Si
em̄ in ueteri lege circa ſummi ſacerdotis ac minorū ſacerdotū con Exodi 29.
ſecrationē, certi erant diuinaq; inſtitutione determinati ritus obſer Leuiti 8.
uandi:nōne ualentiore iure & circa pontificū noui teſtamenti ſa-
cerdotūq; & diaconorū ordinationē, certæ erant etiā diligentiore
cura obſeruandæ cærimoniæ ? Nec minus circa ſacramentorū.
ut baptiſmi, confirmatiōis:& ſanctæ euchariſtiæ adminiſtrationē:
quorū uſus(ſicut & aliorū) ſtatim ab ipſo eccl'iæ naſcentis exordio
fuit inductus. Erant igif & t̄pe ap'lorū conſtituti ritus ſacri : quibus

hæc oĩa rite peragerent. Et illos authoritate apl'ica iã decretos atq;
in uſum eccleſiæ aſſumptos: ipſe Dionyſi⁹ Areopagites (qui circa
ea tpa floruit) explicuit ſingulatim in ſuo de eccl'iaſtica hierarchia
II. libro: certoq; ordine digeſſit. ¶ Deinceps in eodẽ annotationũ loco
ſubiūgit Eraſm⁹: miꝝ id eſſe, ſi tã priſc⁹ author fuit & tã m'lta ſcri
pſit, qui Dionyſiano nomini aſcripta opera cõpoſuit: illũ à nemine
ueteꝝ ſeu Græcoꝝ ſeu Latinoꝝ fuiſſe citatũ. nõ ab Origine nec
Hieronymo: qui nihil intentatũ reliquit. Et ita in eã inclinat̃ partẽ
Eraſm⁹: ut uideat̃ ei author illoꝝ opeꝝ nõ fuiſſe Dionyſius Areo-
pagita. ¶ Cui occurrendũ eſt, certe plæroſq; Græcoꝝ citaſſe bea-
tũ Dionyſiũ Areopagitã: ut illoꝝ opeꝝ, de quibus uentilat̃ queſtio,
conſcriptorẽ. & in primis Ioannẽ Damaſcenũ, nõ paruæ apud Græ
cos authoritatis: & alios ſupra nominatos. Quinimo & apud Græ-
cos, ipſe Dionyſius ob eximiã doctrinæ excellentiã in libris illis re-
conditã: Magnus cognominat⁹ eſt. & apud Latinos itidẽ maximo
Origenes. in precio habitus: paſtꝗ libri eius hoꝝ aurib⁹ inſonuerunt. De Ori
Hieronym⁹. gene aũt & Hieronymo, recte id dicere poſſumus, eos Dionyſiũ
Areopagitã inter cæteros ſcriptores eccleſiaſticos nec citaſſe nec
nominaſſe: qm̃ ad ipſoꝝ manus, libri illi Dionyſiani non peruene-
rant. quẽadmodũ etiã fatet̃ Hieronymus multos à ſe prætermiſ-
ſos authores alios percelebres, ꝙ eorũ libri non erant ei in manib⁹,
nec ad ipſum delati fuerant. At uero infirma eſt hæc collectio. Di
onyſii Areopagitæ libri nõ peruenerunt ad man⁹ Originis & Hie-
ronymi, illiusq; non meminerunt inter ſcriptores eccl'iaſticos: ergo
Dionyſi⁹ Areopagita nihil ſcripſit, nec author eſt eorũ qui nomini
Gregorius. eius aſcribunt̃ operũ. ¶ Subnectit & eodẽ in loco Eraſm⁹. Grego
rius uir probæ fidei, citans huius literas: nõ iudicat eũ fuiſſe Diony
ſiũ Areopagitã. Et Hieronym⁹ in catalogo ſcriptorũ illuſtriũ, unũ
aut alteꝝ Dionyſiũ recenſet: huius libros non recenſet. ¶ Sed ad
Gregorius. hæc paucis reſpondendũ, ꝙ ſicut Gregorius non indicat libros il-
los eſſe Dionyſii Areopagitæ: ita nec aſtruit eos non eſſe ipſius Di
onyſii. & ex illo Gregorij loco non magis corroborari põt Laurẽ
tiana pars & Eraſmica: ꝗ oppoſita. Omitto ꝙ cuiuſpiã ſcriptoris au
thoritas ſolã negationẽ ſonans, et inficiatorie adducta: prorſus inef-
ficax eſt ad quippiã roborandũ. Quare ex eo ꝙ Gregorius nõ in-
dicat libros illos eſſe Dionyſii Areopagitæ: nequaꝗ recte colligas,

idcirco

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idcirco huiuſmodi libros nō eſſe ab Areopagita cōpoſitos. De Hi-
eronymo iā dictū ē, ipm nō recenſuiſſe libros Areopagitæ: qm̄ ad
man⁹ eius, aut propter locoꝝ diſtantiā aut aliud quod interceſſit
obſtaculū, nō puenerūt illi libri. Quod ſi dicāt ea opa nō eſſe Dio
nyſii Areopagitæ, qm̄ ea nō recenſeat Hieronym⁹, neqꝫ illi ut au-
thori ipſa aſcribat: æqua omnino ratiōe, neqꝫ unius erunt Diony-
ſii neqꝫ alterius quē inſerit Hieronym⁹ catalogo uiroꝝ illuſtrium.
qm̄ neutri eoꝝ ut authori eos libros (quos Dionyſio Areopagitæ
tribuim⁹) aſcribit Hieronymus, neqꝫ illoꝝ ſcripta recenſens: nomi
nat eoſdē libros tāq̄ ab alterutro eoꝝ cōpoſitos. Cui⁹ ergo Diony
ſii tandē erunt illa opa: ſi neqꝫ ab Areopagita (ut uolunt) neqꝫ ab al
terutro duoꝝ Dionyſioꝝ à Hieronymo citatoꝝ, ſunt conſcripta?
Quærēd⁹ certe erit aliqs ali⁹ ab illis Dionyſi⁹: q quartū obtineat
inter Dionyſios locū, & dicat eoꝝ operꝝ de qbus eſt cōcertatio, cō
ſcriptor. Sed ubi is tandē inuenietᷣ? ¶ Porrò Hieronymus in libro
ſuo iā citato de uiris illuſtrib⁹, duoꝝ duntaxat Dionyſiorū memi-
nit, ut mō dictū eſt. Quorū prior eſt Dionyſius Corinthiorū eps: Dionyſi⁹ Corinthius.
de quo ſupra, cap. 7. habitus eſt ſermo diffuſior. explicatūqꝫ tēpus
quo in eccl'ia dei floruit: per imperatores Romanos & ſummū pon
tificē tū gubernacula rerū tenentes, deſignatū. Ex quo ſane loco
dilucidū eſt, eundē nō potuiſſe eorū quæ Dionyſio attribuuntᷣ ope
rū eſſe authorē: q̄ ea ipſa, apl'orū tpe haud dubie dinoſcantᷣ fuiſſe
cōſcripta. Poſterior uero à beato Hieronymo in p̄dicto eius libro
cōmemorat⁹ Dionyſius, eſt Dionyſius Alexandrin⁹ eps: clar⁹ ſu Dionyſi⁹ Alexandrinus.
pra modū habitus ſub Valeriano & Galieno impatorib⁹ Roma-
nis, ſummis aūt pontificibus ſubinde ſedē apoſtolicā tū moderanti
bus, Cornelio, Sixto, & Dionyſio, circa annū ab aduētu dñi in mū
dū, ducenteſimū & ſexageſimū. ut phibet Euſebius Cæſarieñſis in
ſuo chronico, q & circa finē ſexti libri & plæriſqꝫ in locis ſeptimi,
ſuæ eccl'iaſticę hiſtoriæ: m'lta admodū digna p̄conia de eodē refert
Atq non ſinit ipſa tpis rō, hanc in quēpiā cadere exiſtimationē: q̄
fuerit hic Dionyſius Alexandrinus, eorū operū Dionyſianorū de
quibus agitᷣ cōtrouerſia, cōſcriptor. ut quæ apoſtolicis tēporib⁹ &
circa nouæ legis exordiū cōpoſita fuiſſe: manifeſtis dep̄hendantᷣ in-
diciis. Et multo min⁹, Dionyſi⁹ ipſe ſumm⁹ pōtifex (q circa eadem Dionyſius ſummus pontifex.
tpa quibus ipſe Dionyſius Alexandrinus, floruit) dici poſſet præ-
dicto.

dictorum author operũ.tũ ob ipſam tẽporis diaphoniã atq; diſcre pantiã.tũ etiam ꝙ hic Dionyſius apoſtolicæ ſedis moderator, nul la traditur literaria monumenta poſteritati reliquiſſe:neq; à Hie-
IIII ronymo inter ſcriptores eccleſiaſticos reponitur. ¶ Poſtremũ ſu- bijcit in eadẽ annotione Eraſmus:Laurentiũ Vallã perhibere,ꝙ fuerint ſuæ ætatis doctiſſimi uiri:qui iudicarint eos libros Areopa gitæ aſcriptos,eſſe Apollinarij. Tametſi eius nominis(inquit) du os cõmemorat Hieronymus,alterũ Hieropolitanũ epiſcopũ: qui floruerit ſub Marco Antonino ſecundo,alterũ Laodicenum: in Syria epiſcopũ. Neutri tamẽ,huiuſmodi quicꝗ tribuit operũ. Ne- que enim opinor:hæc Apollinari hęretico tribuenda. Hæc Eraſ- mus. ¶ Sed hiſce uerbis gladiũ ipſe nobis miniſtrat in nos ante di strictũ:quo Vallã confodiamus. Nẽpe prius contendit Eraſmus ea opera quæ Dionyſii nomine inſcribuntur,nõ eſſe Areopagitę attribuẽda:quoniã Hieronymus illa nõ aſcribit Areopagitæ,ne- que illius meminit ut eorũ operũ authoris. Cõſimili igitur ratione cõtendemus eadẽ opera nõ eſſe Apollinaris,cõtra Laurẽtij ſentẽ tiã:quoniã Hieronymus unũ & alterũ recenſens Apollinariũ in catalogo uirorũ illuſtriũ,neutri eorum attribuit ea opera de qui- bus uerſatur ſermo. Sed neq; Euſebius Cæſarienſis alicui Apolli nari eadẽ aſcribit opera:qui tamẽ exactus fuit ſcriptorũ illius tẽpo ris annotator. Id unũ tamen lubens Eraſmo tribuerim:ea opera ꝗ Areopagitæ aſcribuntur,non eſſe Apollinari hæretico tribuen- dã,propter ſanam ac rectam doctrinam,orthodoxæq; fidei maxi me conſentaneam:quæ in illis operibus ſublimiter & ſyncære cõ tinetur. Non enim ſolet ex putido uaſe dulcis aqua profluere:ne- que graue olens ſentina ſuaue profundere poculũ. ¶ Quænã au- tem fuerint huius Apollinaris hæreſiarchæ(à quo ſectatores ei⁹: Apollinariſtæ dicti ſunt) impia dogmata:undecimus liber eccleſi- aſticæ hiſtoriæ,capite uiceſimo diffuſius explicat. adijciẽs,& eoꝝ damnationem:à Damaſo tum ſummo põtifice,cum magna ſedu- litate protinus fuiſſe factam. Cæterum duorum illorũ Apollinari um:à beato Hieronymo in libro uirorum illuſtriũ repoſitorũ:pri or fuit Apollinaris Aſianus,apud Hierapolim epiſcopus, qui flo ruit ſub Marco Antonino ſecundo,imperatore Romano,& So- tere ſummo pontifice: circa annum ab incarnatione domini cen- teſimum

Apollinaris hæreticus

Apollinaris Hieropolita nus.

teſimũ & ſeptuageſimũquartũ. Vnde manifeſte dinoſcitur hic Apollinaris, ipſi Dionyſio Corinthiorum epiſcopo fuiſſe cõtemporaneus: & iiſdem argumentis quæ de Dionyſio Corinthio adducta ſunt, cõuincitur nõ fuiſſe author eoꝝ opeꝝ de quibus præſens agitatur diſcuſſio. De eodem autem latius narrationem texit hiſtoria eccleſiaſtica: libri quarti cap. uiceſimoquarto & uiceſimoquinto. Poſterior uero Apollinaris, à Hieronymo in ſupra dicto eius opere cõmemoratus: eſt Apollinaris Laodicẽſis, Syriæ epiſcopus ſub Gratiano imperatore & Damaſo ſummo pontifice habitus illuſtris: circa annũ à redẽptione mundi trecenteſimũ & octogeſimũ. Quæ uel ſola temporis ſupputatio, ex chronico Euſebij deſumpta: claro eſt argumento, Apollinarẽ hũc Laodicenũ neq̃quã conſcripſiſſe opa illa præclara, quæ Dionyſiano nomini attribuuntur: ꝙ ipſa (ut multifariã ante eſt oſtenſum & crebrius dictũ) circa ea tempora quibus adhuc ſancti apoſtoli uerſabantur in terra: fuerint cõpoſita. Huic accedit, ꝙ Apollinaris iſte Laodicenus epiſcopus (ſi Euſebio in chronico & in hiſtoria eccleſiaſtica credimus) ſuſcitator fuit infandæ hæreſeos: de qua paulo ante fact⁹ eſt ſermo, quãuis idipſum Hieronymus non cõmemoret. Nempe & tẽpus & locus eius ab Euſebio ſignatus: prodit eundẽ ipſum eſſe, de quo Hieronymus ſecũdo ordine loquitur. Eat itaqꝫ nũc Laurentius Valla, & à doctiſſimis ſuæ ætatis uiris ſciſcitet̃ accuratius: quiſnam fuerit ille Apollinaris, quẽ iudicauerint eſſe eorũ authorem operum quæ Dionyſio Areopagitæ aſcribunt̃. Credo equidem ipſos: in illo inueniendo multũ ſudaturos fuiſſe. quãdoquidẽ clariſſimi uiri eruditiõeqꝫ ſingulari præſtãtiſſimi, Euſebius & Hieronymus, ubi recenſent Apollinares, ob doctrinę ſplendorẽ ante ſua tp̃a celebratos: nullius meminerũt Apollinaris, cui Dionyſiana illa opera uere poſſint aſcribi. Sed de his hactenus.

¶ A patribus eccleſiæ moderatoribus recte cõſtitui poſſe leges obligatorias: quaꝝ trãſgreſſio inducat mortalis culpæ labẽ, æternæqꝫ dãnatiõis reatũ. Cap. X.

AT aliquãta digreſſiõe expaciati parũper ab inſtituto, ut ꝑ beato patre Dionyſio Areopagita apologeticõ diſceptatoriũ quinqꝫ proximis capitibus cõprehenſũ cõſcriberem⁹: nunc rurſum ad iter inceptũ



Apollinaris laodicenus.

pedē flectamus oportet. Præcedēs quidē ſermo mōſtrauit, ab a-
poſtolis & uiris apoſtolicis inſtituta eſſe permulta: circa euangeli-
cæ legis exortum, ad rectū totius eccleſię regimē attinētia: quę nō
ſunt in euāgelij codice conſcripta. Nunc reliquū eſt oſtēdere: & i-
pſos primæuæ eccleſiæ rectores & eoꝝ ſucceſſores probe cōſtitu
iſſe eiuſce generis leges & regulas, populi Chriſtiani obligatorias,
& in ſacra noui teſtamēti pagina minime expreſſas: quaꝝ præua-
ricatio inferat letiferā noxam, & ad perpetuā detrudat mortem,
Quinimo & nunc & futuro itidē tp̄e ad conſummationē uſq; ſecu
li, tales ſanctiōes ordinādi, illos eccleſiæ primores etiam habere po-
teſtatem: ſi quando id efflagitarit utilitas eccleſiæ aut neceſſitas.
I Quod ſane ſequentibus ratiōibus ita aſtruere conabimur. ¶ Qua
rum prima: ſit hæc. Multa ſunt ſtatuta concilioꝝ generaliū & ec-
cleſiæ catholicę: quæ determinant ac declarant apertius diuina p̄-
cepta, definiuntq; hoꝝ circunſtantias & modum obſeruandi par
ticularem. At nemini dubiū eſſe debet, huiuſmodi inſtituta ſacro
ſanctaꝝ ſynodorum & eccleſiæ orthodoxę, obligare quoſcunq; fi
deles tā arcto uinculo: quod trāſgrediētes ea efficiātur rei culpæ
Exodi. 20. mortiferę, & damnationis perpetuæ. Exempli gratia. Diuino p̄ce
pto iubemur ſanctificare ſabbatum. Eccleſia aūt ſancta determi-
nauit modū illius ſanctificationis: utpote quod fiat inter cætera ab
ſtinēdo ab opere corporali, & audiendo miſſæ officium diebus do
minicis & feſtis. Et ergo obſtringūtur oēs illa conſtitutiōe eccleſi
aſtica: ad audiēdum miſſæ myſteriū in diebus ſolēnibꝰ, quod ſi ne
glexerint ſine legitima cauſa: haud dubie grauē incurrūt aīæ rea-
tū. Similiter iubemur diuino præcepto ieiunare: & conuerti ad do
minū in ieiunio, quod p̄ Iohelē prophetā nobis eſt inſinuatū. Ec-
Iohe. 2. cleſia aūt catholica determinauit obſeruationē ieiunij quotannis
eſſe faciēdā in quadrageſima: abſtinēdo à lacticinijs. & in quatuor
tp̄ibꝰ anni ac uigilijs aliquoꝝ ſolēniū feſtoꝝ: abſtinēdo à carnibus,
& unica refectione diurna. Quare ad ieiuniū huiuſmodi eccleſia-
ſticū obſeruādū alligamur ea conſtrictione: ut tranſgrediētes id ie
iunij præceptū, peccati mortalis noxā contrahāt. Rurſum obligā
tur iure diuino Chriſtiani ad confeſſionē peccatoꝝ ſacerdoti faci
endā, ad ſuſceptionē itidē ſanctæ euchariſtiæ, & ad orationē. Mo-
dum aūt & tēpus hæc obſeruandi: conſtituit eccleſia catholica in

ſacroſan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſacroſctis ſynodis.ut q̄ ſaltē ſemel in anno ſcilicet in feſto paſchę,
fiat ab unoquoq; confeſſio pctōrum integra:& ſuſceptio ſacramenti
euchariſtię.quodq; ſacris initiati ordinibus legāt quotidie horas ca
nonicas:per modum orationis deo debitæ. Et clarum eſt quēq; ꝓ
ſua uocatione ad hæc ipſa aſtringi tam arcta obligatiōe:ut præua-
ricans hæc præcepta eccleſiaſtica reddetur reus æternæ mortis.
Nam is ſimul eſt diuini tranſgreſſor mandati:quod,iſta debitis de-
terminant circunſtātijs. Manifeſtum eſt igitur,cōcilia generalia et
primos eccleſiæ p̄ſides:ſuis præceptis homines ad id obſtringere
poſſe,cuius tranſgreſſio ſit animæ mortifera. ¶ Secūda ratio. Mul II
tæ præterea ſunt cōſtitutiōes ſynodales & eccleſiaſticæ,q̄ quis nō
ita determinēt è uicino & tā aperte modū obſeruādi aliq̄d diuinū
p̄ceptū:multū tamē cōferūt ad dei honorē amplificādum,ad ſalu-
tem etiam animarum curandam,& deniq; ad Chriſtianæ religio-
nis maiorem ſyncæritatem. Quemadmodum ordinatio antiqua
de ſancto die paſchę celebrando quotannis non decimaquarta lu-
ne æquinoctio uerno proxima,more Iudæorum:ſed die dominica
proxime illam decimamquartam lunam ſequēte,quod certe Chri
ſtianorum eſt. Commēdabilis identidem illa ſanctio de abſtinen-
tia carnium feria ſexta cuiuſq; hebdomadæ:in memoriam domi-
nicæ paſſionis. Similiter & ea magnopere probanda, de continen
tia uirorum eccleſiaſticorū qui ſacros ordines ſuſceperūt:ut in ſan
ctimonia ac caſtitate:diuino miniſtrēt altari. De nuptiarum etiā ce
lebratione:certis anni temporibus prętermittēda. Deniq; de æta
te & temporibus ordinandorum:& ad eccleſiaſticos ordines pro-
mouēdorum.& conſimiles id genus leges:ad honeſtatem & decus
totius eccleſiæ plurimum faciētes. Illarum autem conſtitutionum
tranſgreſſor(ut ſi quiſpiam citra neceſſitatem ueſceretur carnibus
feria ſexta,aut ſi ſacerdos occidētalis eccleſiæ,duceret uxorem) fie
ret haud dubie reus peccati mortalis & æternæ damnatiōis, quod
eccleſiæ ſanctę rebellis eſſet ac contraueniret. Poteſt igitur gene-
rale concilium & ipſi eccleſię antiſtites aliquid ordinare conſenta
neum euangelio(qualia ſunt hęc omnia modo adducta:ad plenio
rē euangelij obſeruationem apprime conducentia)quod ſubiectū
conſtringat populum, & ita obliget. ¶ Tertia. Quod à ſpiritu III
ſancto,infundente gratiam ſuam & inſinuante ſuam uoluntatem

mentibus hominū ſimul in Chriſto congregatoꝝ, conſtituitur ac
decernitur: nō minoris eſt nec inferioris gradus ac ſortis, q̄ quod à
Chriſto eſt palā cōſtitutum. Eſt em̄ ſpiritus ſanctus, etiā deus: pa-
tri & filio, authoritate ac poteſtate æqualis. At quæ decernuntur
in concilio eccleſiæ generali legitime congregato, cōcernētia ſtatū
ac regimen uniuerſalis eccleſiæ: à ſpiritu ſancto conſtitui cenſenda
ſunt, qui tali præſidet cōcilio & ipſum dirigit, immo cuius magiſte
rio & gubernatione: tota Chriſti eccleſia agitur ac regit̄. ſecundum
Ioann. 16. iſtud uerbū dn̄i noſtri ad ſuos diſcipulos. Adhuc multa habeo uo
bis dicere: ſed non poteſtis portare mō. Cum aūt uenerit ille ſpiri-
tus ueritatis: docebit uos omnē ueritatē, credendoꝝ ſcilicet & agen
doꝝ ad rectā eccleſiæ ædificationē. Vn̄ in actibus apoſtoloꝝ poſt
cōuocatum ab eis cōciliū ſuper ea quæſtione, eſſent'ne cærimoniæ
ac obſeruātiæ legis Moſaicæ imponendæ fratribus, qui ex gentibꝰ
cōuerterent̄ ad Chriſtū: ſententiā ac determinationē illius ſynodi,
Actuū 15. in hunc modū apoſtoli fratribus abſentibus ſcripſerunt. Viſum eſt
ſpiritui ſancto & nobis: nihil ultra imponere uobis oneris: q̄ hęc ne
ceſſaria, ut abſtineatis uos ab immolatis ſimulachroꝝ & ſangui-
ne, & ſuffocato & fornicatione. In quibus uerbis, ſpiritui ſancto ut
primo authori aſcribunt illius cōcilij definitionē apoſtoli: ſicut ue-
re erat. Et de alijs ſynodalibus cōſeſſibus: idē cenſeri debet iudiciū.
Igitur trangreſſores cōſtitutionū in huiuſmodi cōcilijs ordinatarū:
tanq̄ ſpiritui ſancto rebelles ac iniurij, culpæ mortalis rei cōſtiuunt̄
IIII. ac æternæ mortis. ¶ Quarta ratio. Chriſtus eccleſiæ ſponſę ſuæ di
lectæ ſemper aſſiſtit, eaqꝫ in ſuis dirigit operibus ac inſtitutis, ſecun-
dum hanc ſuā pollicitationē factā diſcipulis ſuis ante ſuā ſalutiferā
Matth. 18. paſſionē. Vbi ſunt duo uel tres congregati in noīe meo: ibi ſum in
medio eoꝝ. Quanto igit̄ magis in medio eſt totius eccleſiæ: ſimul
adunatę in cōcilio generali? Rurſum, Chriſtꝰ ad Petrū à ſe toti prę
Lucæ 22. fectū eccleſiæ: ait, Ego rogaui pro te Petre: ut nō deficiat fides tua.
Quibus uerbis, & pro ſancta eccleſia (cuius cōſtitutꝰ erat Petrꝰ pa-
ſtor) rogaſſe ſeipſum: etiā ipſe inſinuat, ut nō deficiat fides eius, ſed
integra perſeueret: depulſo prorſus omni errore & infidelitate. In-
Matth. 28. ſup in cælū aſcenſurus Chriſtus: apoſtolis ſuis cōteſtatus eſt. Ecce
ego uobiſcum ſum omnibus diebus: uſqꝫ ad conſummationē ſecu-
li. Quod ſi omnibus diebus reuera nunq̄ ab eccleſia ſua protegen

da ac

da ac defenſanda ſe ſubtrahit. Et ſi uſqꝫ ad conſummationē ſeculi:
ſemper utiqꝫ affuit, & nunc adeſt, & aderit ſemper eccleſiæ ſuæ,
eam recte dirigens. Quocirca præcepta eccleſiæ in generalibꝰ con
ciliis ædita: etiā & Chriſti cenſenda ſunt quodā modo præcepta,
ut qui per ipſam eccleſiā illa conſtitui ac ſuo nomine decerni: cu-
ret & uelit. Tranſgredientes igitur ea inſtituta: nō tam humana ꝗ̃
diuina præuaricantur præcepta, peccatiqꝫ mortiferi labē incurrūt.
æternæqꝫ dānationi ſe reddunt ac culpa noxios: ob huiuſmodi ino
bedientiā in Chriſtum & eccleſiam.

## ¶ Eccleſiæ primores ac p̃ſides poſſe leges obligatorias cōdere, etiā cum adiecta interminatione: ꝙ eoꝝ tranſgreſſores incurrant peccati mortalis reatum. Cap. XI.

Ut aūt maius accipiat robur quod in p̃cedēte pro-
poſitum eſt capite, ab ipſis ſcilicet ecclīæ primatibus
ac pręcipuis rectoribus cōſtitui poſſe regulas & ſan
ctiones, ſubditoꝝ obligatorias: cum expreſſa etiam
tranſgreſſoribus pœna, ꝙ letiferæ culpæ ꝑpetuęqꝫ
morti fient ob eaꝝ præuaricationē obnoxii: adiiciendæ ſunt ſupe-
rioribus rationibus & aliæ, quæ in huiuſce ueritatis perſuaſionē a-
nimos oīm ualentius inducant. ¶ Sit itaqꝫ hæc: ordine quinta ratio. v.
In multis conciliorꝝ eccleſiaſticoꝝ ſummoꝝqꝫ pontificum decretis
exprimitur illa pæna: ꝙ ſententiā excōmunicationis incurrant illo-
rum ſtatutoꝝ tranſgreſſores. In nonnullis itidē explicatur intermi
natio dānationis æternæ: quæ ſignificatur iis inferenda qui præua-
ricati fuerint huiuſmodi conſtitutiones. Et utrūqꝫ hoꝝ fieri recte
cenſet: & cōformiter ad illud uerbū dn̄i, dictū Petro de eo qui ob-
ſurdeſcit ad monita eccleſiæ: illiqꝫ parere recuſat. Si eccleſiā nō au- Matth. 18.
dierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanꝰ. Quo uerbo deſignat Chri
ſtus: cōtumaces & rebelles eccleſiæ, nō mō in materia correptionis
fraternę, ſed etiā in alia quauis obſeruanda cōſtitutione: à reliquo-
rū fideliū conſortio abiiciendos eſſe & eliminandos. Atqui excom
municatio non infert alicui legitime: niſi propter peccatū mortale,
& potiſſimū ob pertinacē inobedientiā in ipſam eccleſiam. Igitur
eccleſia ſancta nonnunꝗ̃ intendit ac proponit obligare ſuos ſubdi
tos ad aliquid faciendum, eo aſtrictionis uinculo: ut illius præcepti
uiolatores efficiant rei labis mortiferæ & dānationis æternæ. atqꝫ

huiuſmodi pœnã, trãſgreſſores manere: in ſuis inſtitutis exprimit.
Illud aũt faciens eccleſia: credenda eſt non errare. quoniã à ſpiritu-
ſancto (qui ſpiritus eſt ueritatis) directa: in ijs quæ ſunt iuris fideiq;
& moꝝ, oberrare non poteſt. Ergo ſuas conſtitutiones decernere
poteſt eccleſia, cum hac obligationis ratione & modo: ꝙ tranſgre-
dientes eas, incurrant ſuæ ſalutis iacturã per peccati mortalis rea-
tum. illãq; & interminari & exprimere etiã poteſt pœnã: quo dili-
gentius ſibi caueant omnes, & tanti diſcriminis admoniti, ſuæ ſalu-
VI. ti conſulant. ¶ Sexta. De prælatis eccleſiæ ſub nomine diſcipuloꝝ
Lucæ 10. loquens Chriſt⁹ ait. Qui uos audit: me audit. & qui uos ſpernit: me
ſpernit. Et rurſum de illis qui ꝑpoſiti ſunt rei eccleſiaſticę: loquẽs
Matth. 23. turbæ dñs, inquit. Omnia quæcunq; dixerint uobis: ſeruate & faci
te. Qui aũt omnia dicit: nihil excludit. Beatus item Paulus ad He
Hebræ. 13. bræos ſcribens ait. Obedite præpoſitis ueſtris: & ſubiacete eis. Ipſi
enim peruigilant: quaſi rationẽ de animabus ueſtris reddituri. Et
1. Petr. 3. Petrus. Subditi eſtote omni humanę creaturæ: propter deũ. Et in
plæriſq; alijs epiſtolaꝝ apoſtolicaꝝ locis: eadẽ continetur ſentẽtia.
Ex qua dilucidũ eſt, contemnentes pręcepta eccleſię & pręlatorũ:
etiam deũ contemnere & illi eſſe inobedientes, quare & mortiferi
criminis contrahere reatum. Quod cum ita ſe habeat: cur non po-
terit eccleſia catholica & prelati eius, ſuos ſubditos obligare ad ali-
quid agendũ ea lege ac conditione, ꝙ trãgreſſores illius incurrant
mortale peccatũ? cũ ita res agat: ꝙ pręuaricantes tale pręceptum,
VII. reuera taliter peccent. ¶ Septima ratio. Si quid antiquę legis ſacer-
dos agendum cuiq̃ decreuerat: obediendũ illi erat in promptu, neç
reluctandum. & detrectanti ipſius imperiũ: mors in pœnã tãti ſce
Deutero. 17. leris erat irroganda, ſecundũ illud dñi uerbũ in Deuteronomio.
Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ eſſe perſpexeris inter ſan-
guinẽ & ſanguinẽ, cauſam & cauſam, lepram & leprã, & iudicum
intra portas tuas uideris uerba uariati: ſurge & aſcende ad locum
quẽ elegerit dñs deus tuus. ueniesq; ad ſacerdotes Leuitici gene-
ris, & ad iudicẽ qui fuerit illo tẽpore: quæresq; ab eis, qui iudicabũt
tibi iudicij ueritatẽ. Et facies quodcunq; dixerint, q præſunt loco
quẽ elegerit dñs: & docuerint te iuxta legẽ eius, ſequerisq; ſenten
tiam eoꝝ: nec declinabis ad dextrã neq; ad ſiniſtrã. Qui aũt ſuper-
bierit, nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tẽpore miniſtrat
domino

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domino deò tuo:ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes
malū de Iſraël. cunctusq; popul⁹ audiēs timebit:ut null⁹ deinceps
intumeſcat ſupbia. Hæc ibi. Atqui non minor eſt ſacerdotū nouę
legis qui præſunt rei eccleſiaſticæ, authoritas:nec minus eis debet
obediētiæ obſequiū à ſubditis. quinimmo tanto poteſtas hoꝶ au-
guſtior & eminētior: quanto noua lex ueteri eſt præſtabilior, eoq;
amplius ipſis eſt obtēperandū, ſiquid agēdum decreuerint uel fu-
giēdum. Qui fuerit igit illoꝶ rebellis ſanctionibus & decretis: mor
tē incurrit animæ ſignificatā per mortē corporis iuſſam inferri in
ueteri lege ijs qui ſacerdoti Leuitico nō audiebant, grauēq; cōtra-
hit mortiferi criminis reatū. ¶ Neq; id quidē ab re: quoniā huiuſ-
modi inobediētia, in ipſum quoq; deū redundat & intorquet. quē
admodū atteſtatur beatus Paulus in epiſtola ad Theſſalonicenſes: 1. Theſſa. 4.
dicēs. Scitis: quæ pcepta dederim uobis per dominū Ieſum. Itaq; q
hæc ſpernit:non hominē ſpernit, ſed deū, qui etiā dedit ſpiritū ſuū
ſanctum in nobis: Et cū murmuraſſet omnis congregatio filiorum
Iſraël contra Aaron & Moyſem in ſolitudine, importune expo-
ſcens panē & carnes ſibi miniſtrari: reſpondit eis Moyſes. Audiui
murmur ueſtrū contra dominū. Nos uero quid ſumus: quia muſſi
taſtis contra nos? Dabit uobis domin⁹ ueſpere carnes edere, & ma Exodi 16.
ne panes in ſaturitate: eo quod audierit murmuratiōes ueſtras: qui
bus murmurati eſtis cōtra eū. Nos enim quid ſumus? nec contra
nos eſt murmur ueſtrū: ſed cōtra dominū. Ex quibus uerbis cōſtat
aperte, rebellionē & cōtumaciā quæ in præpoſitos eccleſiaſtico re
gimini cōmittit: etiā in deū fieri, & exinde illā graui peccato obno-
xiū reddere hominē: triſtiq; ſupplicio mulctandū. Ex oppoſito igit
recte conficias, eum qui eccleſiaſticis morē gerit rectoribus: & ipſi
quoq; deo obtēperare. q leges & regulæ obſeruationū, à ſacroſan
ctis ſynodis ac primarijs eccleſię paſtoribus inſtitutaꝶ: non tam ab
hominibus ſunt q̄ à deo, illas per homines decernēte. Quod etiam
præclare teſtat ſanctus Maximus, in quodam ſermone de ieiunio Maximus.
quadrageſimæ: dicens. Sacraꝶ literaꝶ exēpla protulimus: quibus
approbaremus hunc quadragenariū numerum nō eſſe ab homi-
nibus cōſtitutum, ſed diuinitus conſecratum: nec terrena cogitatio-
ne initiatum, ſed cæleſti maieſtate præceptū. Et paulo poſt de eo-
dē loquens ieiunio: ſubnectit. Hæc autem non tā ſacerdotū præ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cepta:quã dei ſunt. atq; ideo qui ea ſpernit:non ſacerdotẽ ſpernit,
ſed Chriſtum:qui in ſuo loquitur ſacerdote. hæc ille. Quod autẽ
hic ſacer author de uno dicit inſtituto eccleſiaſtico, obſeruantia ſci
licet quadrageſimæ:de cæteris omnibus itidẽ ſtatutis eccleſię & ꝑ
ceptis eſt conſimili ratione dicendum. ꝙ ipſa uidelicet non tam ſa
cerdotum præcepta:q̃ dei ſunt.& proinde qui ea ſpernit:nõ ſacer-
dotem ſpernit,ſed deũ qui in ſuo loquitur ſacerdote.¶ Octaua ra-
VIII tio.In Deuteronomio etiam legitur dominus dixiſſe ad Moyſem.
Deutero.21 Si genuerit homo filium contumacẽ & proteruũ,qui nõ audiat pa
tris ac matris imperium,& coercitus obedire cõtempſerit: appre-
hendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad portã iudi
cij,dicentq; ad eos. Filius noſter iſte,proteruus & cõtumax eſt,mo
nita noſtra audire contemnit : comeſſationibus uacat & luxuriæ,
atq; cõuiuijs.lapidibus eum obruet populus ciuitatis , & morietur:
ut auferatis malũ de medio ueſtri,& uniuerſus Iſrael audiẽs perti-
meſcat.hæc ibi.Sed nõne patres noſtri ſpirituales:ſunt ſupremi ec-
cleſiæ paſtores,& illius tractantes gubernacula? Nonne & mater
noſtra ſecundũ ſpiritum,eſt ſancta eccleſia:quæ nos Chriſto ex a-
qua & ſpiritu ſancto regenerauit,& ex filijs iræ reddidit filios gra
tiæ? Qui igitur cum Luthero,eccleſiæ præcepta & orthodoxoꝝ
patrũ ridẽt ac floccipendunt:aſtruentes nos impune ieiunia quæ-
uis ſoluere poſſe:& feria ſexta carnibus ueſci ,ꝙ item nõ poſſit uni
uerſalis eccleſia non ſuis cõſtitutiõibus alligare ad aliquid:cui⁹ trãſ-
greſſio ingerat nobis letale crimen.illi inquam,nonne filij ſunt ꝓ-
terui & contumaces:nolentes audire præcepta parentum? Nõne
& ijdem merito dicuntur uacare comeſſationibus & cõuiuijs : q̊d
alios ad illa,loca ieiuniorũ & abſtinentiæ,ſuis peſtiferis ſuaſionibus
inducunt? De quibus quidem filijs,ipſa mater eccleſia merito po-
Eſaiæ.1. teſt querula uoce dicere id: quod eſt apud Eſaiam. Filios enutriui
& exaltaui: ipſi autẽ ſpreuerũt me. Quæ igitur eos manet pœna:
& quo digni ſunt ſupplicio? Sane graui criminatione ſunt accuſan
di coram maioribus natu eccleſiæ:& niſi reſipiſcant,pro ſuoꝝ ſce-
lerum qualitate iuſte plectendi. Quod ſi id supplicij non inferat eis
humanum iudicium:nihilo ſecius ob hanc proteruiam ſuam, dirã
animę mortem incurrunt mentiſque obdurationem,per mortem
corporis & lapides,in ueteri lege filio proteruo inferri iuſſos : apta

cõcinnitate

concinnitate & congrua ſimilitudine ſignificatam.

¶ Aliis inſuper rationibus, uim obligatoriam conſtitu
tionum eccleſiaſticarum, qua fideles conſtringunt &
coarctant comprobari. Cap. XII

SVpra dictis adiungendæ ſunt & aliæ rationes: quæ
ſtabiliant ac ſuffulciant eccleſiaſticarum legum au
thoritatem & pondus, ſitque hęc ſuo ordine nona.
¶ Et uerbo & exemplo ſuo docuit Chriſtus domi= VIIII
nus & legiſer noſter: euitandum eſſe ſcandalũ pro
ximorum, & ne coram cæco (ut ait ſcriptura) ponamus offendicu Leuiti. 19.
lum: ne'ue errare faciamus cęcum in uia. Verbo quidem: cum ait. Matth. 18.
Væ mundo à ſcandalis: & uæ homini per quem ſcandalum ue=
nit. Et rurſum. Cauete ne ſcandalizetis unum ex his puſillis: qui in
me credũt. Exemplo uero: cum exactoribus tributorum ſoluit di Matth. 17
drachma (quamuis liber eſſet à pendendo tributo) ne ſcandaliza-
ret eos. Cuius imitator ſedulus, beatus Paulus in ſuis epiſtolis ſum
mopere admonet, eſſe cauendum ab inferendo cuiquam ſcanda= 1. Corin. 8.
lo: dicens inter cætera. Si eſca ſcandalizat fratrem meum: nõ mã=
ducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Et
merito quidem, nam ex recta charitatis lege obſtringimur ad con-
ſulendum ſaluti fratris: ſicut & noſtræ. quare eodem obligamur
uinculo ad omnia quoque propulſanda: quæ poſſunt obſtaculum
præbere ſaluti proximi noſtri, inter quæ: potiſſimum collocatur
ſcandalum. Sed & ſacratiſſima uirgo Maria, uirtutum omniũ cla
riſſimum exemplar & promptuarium, nonne legem purificatio- Lucæ. 2.
nis à Moyſe latam (cui tamen non erat ſubiecta) ad unguem im=
plere uoluit: ne illam contemnere uideretur, & ne quempiam ſcã
dalizaret? At uero ſiquis palàm præuaricaretur eccleſiaſticas or=
dinationes, ſancte ac probe inſtitutas & multis ante ſeculis hacte
nus obſeruatas: hoc ſuo opere quàmplurimis inferret ſcandalum.
induceretque ſuo exemplo ad effrenatam legum eccleſiaſticarũ
ſolutionem. ſimulq; & in hanc eos perpelleret exiſtimationem:
quod non ſint magni pendenda ſanctionum eccleſiaſticarum de-
creta, ſed pro arbitrio cuiuſque aut admittenda aut refutanda.
Quis igitur hunc non cenſuerit infandi ſceleris eſſe reũ: aut ęter-
næ mortis iudicio obnoxium? ¶ Porrò admittit Lutherus in ſuo

de libertate Chriſtiana(quem impugnamus)libro,propter euitã-
dum proximi ſcandalum obſeruanda eſſe eccleſiæ inſtituta:addu
cens nonnulla ex ijs quæ huic inſeruimus rationi exempla, ad id
comprobandum . quemadmodum ex dictis eius,in ſecũdo huius
libri capite citatis:liquido conſtat. Et id quidem:recte ſentit & af-
firmat. Verum huic melli letiferum immiſcet uenenũ : cum ſimul
aſtruit,duntaxat propter eam cauſam utputa euitationem ſcanda
li in proximo,cuſtodienda eſſe præcepta eccleſiæ.& ubi non ſub-
eſt ſcãdali periculum,ut in ſecreto loco ſemotiſq; arbitris: impune
eccleſiaſtica ſtatuta uiolari poſſe.quod certe prorſus eſt abnuen-
dum. Nempe ubi nulla daretur ſcãdali occaſio : quoniã clãculum
id fieret,& non eſſet etiam interueniens contemptus eccleſiæ re-
ctorumq; eius;ſed ſola concupiſcentia carnis,inpellẽs quempiã ad
mãducãdas carnes feria ſexta,aut ad ſoluendum ieiunium ab ec-
cleſia præceptum:talis indulgens animo ſuo,& recta rõne reiecta
obſequẽs ſuæ cupiditati,committeret letale crimen:ob hãc potiſ-
ſimum cauſam,quoniã non obedit legibus ſacris eccleſię,iam olim
conſtitutis & diuturno approbatis uſu,ſicut deberet.& eo ipſo etiã
X deo eſt inobediens: quemadmodum ſupra dictum eſt. ¶ Decima
ratio. Magnæ authoritatis ac efficaciæ ad obligãdum.eſt conſue
tudo eccleſiaſtica & uſus:multo tempore obſeruatus. Cum enim
annexum ſibi habeat ex diuturnitate obſeruationis publicum po-
puli totius conſenſum: uigorem ac uim legis obtinere haud ab re
creditur. Quod cum multiplici ſanctorum patrum authoritate cõ
probari poſſit:in præſentia tamen unico probatiſſimi authoris te-
ſtimonio contẽti erimus,beati ſcilicet patris Auguſtini:ita ſcriben-
tis ad Caſulanum presbyterum.quod & in undecima diſtinctio-
Auguſtinus. ne libri Decretorum,capite,in ijs rebus.adducitur. In ijs rebus(in-
quit)de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei &
inſtituta maiorum,pro lege tenenda ſunt. Et ſicut præuaricatores
diuinarum legum:ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudi
num, coërcendi ſunt. hæc Auguſtinus. Sed quis ambigat: di-
uinarum legum præuaricatores incurrere mortiferam noxam,æ-
ternæq; damnationi ſubiacere? Igitur & laudabilium conſuetu-
dinum ab eccleſia iam diutius obſeruatarum tranſgreſſores: ex
prædicta Auguſtini ſententia in eandem incidunt damnationẽ.

Quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quo circa ſiquis honeſtæ approbatæq́ꝫ cõſuetudini eccleſiaſticas
obſeruatiões cõcernẽti, opibus cõtradicit:grauis culpæ ſe uinculo
cõſtringit. Decreta igitur ſynodalia & antiquoꝝ patrũ, uniuerſa-
lis eccleſiæ ſtatum dirigentia, diuturnoq́ꝫ uſu iam corroborata: cui
que ſeruãda ſunt diligẽtius, & ad opus accommodanda. Quod &
beatus atteſtatur Hieronymus in epiſtola ad Luciniũ Bethicũ: Hieronymus
his uerbis. Traditiões eccleſiaſticæ præſertim q̃ fidei nõ officiũt,
ita obſeruadæ ſunt:ut à maioribus ſunt traditę, nec alioꝝ (ut priſco
rũ) conſuetudines: alioꝝ cõtrario more ſunt ſubuertẽdæ. hæc ibi.
Demũ beatus Paulꝰ quãtũ authoritatis deferẽdũ eſt eccleſiaſticę
cõſuetudini; haud obſcure declarat in prima ad Corinthios epiſto
la. ubi poſtq̃ dixit indecoꝝ eẽ uiro, ſi comã nutriat: mulieri uero, i-
dẽ nõ eẽ indecẽs: ſubiũgit. Siquis aũt uidet cõtentioſus eẽ: nos talẽ
cõſuetudinẽ nõ habemꝰ: neqꝫ eccleſia dei. Ecce cõtẽtioſo & ſentẽ 1. Corin. 11.
tiã ante prolatã euertere moliẽti, nihil aliud obijcit Paulus: q̃ eccle
ſiæ dei cõſuetudinẽ, tanq̃ maximũ põdus & momentũ, ad aliquid
in ijs quæ ad mores ſpectant agendũ, habentẽ: ut & uere habet, &
habere eſt exiſtimãda. ¶ Cęterũ ut ex pluriũ teſtimonio maius ac
cipiat robur, quod hæc ratio proponit: accedat ſupra dictis & Ho-
norij tertij ſummi põtificis authoritas, ſcribentis capitulo Pariſien
ſi (quẽadmodum recenſet primus epiſtolarum decretalium liber:
titulo de conſuetudine, cap: cum conſuetudinis) in hũc modũ. Cũ
conſuetudinis, uſuſqꝫ longæui non ſit leuis authoritas, & plęrunqꝫ Honorius tertius.
diſcordiam pariant nouitates: authoritate uobis præſentium inhi-
bemus, ne abſqꝫ epiſcopi ueſtri cõſenſu immutetis eccleſiæ ueſtrę
cõſtitutiones & conſuetudines approbatas. uel nouas etiã induca-
tis, ſiquas forte feciſtis: irritas decernentes: hæc ille. Quod ſi unius
eccleſiæ particularis inſtituta & mores diutino approbatos uſu: tã
ta ſeueritate, ꝓhibet ſummus eccleſiæ p̃ſes immutari atqꝫ reſcindi.
quãto maiore ratiõe putãdũ eſt, & uniuerſalis eccleſiæ cõſuetudi-
nes publico roboratas totiꝰ populi & antiq̃ cõſenſu: nequaq̃ infrin
gi debere? Et ſi in unica eccleſia ut Pariſienſi, ſubuereaẽ ipſe ſupre
mus eccleſiæ paſtor, nouitates poſſe diſcordias parere & diſſidia in
ter illius eccleſię ſacerdotes, miniſtros & populũ: nõne multo ampli
us formidãdũ eſt, ne id locum habeat in catholica & quæ per totũ
orbem Chriſtianũ extenditur eccleſia? quod nouitates ſcilicet quę

ex antiquarum conſuetudinum immutatione inducerentur: mul-
tarũ diſcordiarũ atq; diſſenſionũ in toto populo Chriſtiano mate-
riã atq; ſeminaria ſuggerant necnõ ſubminiſtrent? Demũ ſi probe
recteq; legẽ preſcribit illi canonicorũ collegio ad quod literas dat,
idẽ ſummus pontifex: non eſſe permutandas illius eccleſiæ uetu-
ſtas conſuetudines, aut illis abrogatis nouas ſine epiſcopi ſui cõſen-
ſu inducendas: quanto magis hæc cuiq; definita debet lex intelligi
q non queat pro ſuo arbitratu aut reſcindere antiquas totius ec-
cleſiæ cõſuetudines, aut nouas inuehere? quandoquidẽ ea autho-
ritas abrogandi leges antiquas, aut nouas cõſtituendi: nõ ex unius
priuati hominis nutu pendeat & arbitrio. ſed ad totã eccleſiã gene
raleq; cõcilium legitime coactũ pro re tã ardua tantæq; molis ſit
recurrendũ, illiusq; ſtandũ ſententiæ. Demũ ut ad beatũ Auguſti
nũ (unde in huiuſce rationis decimæ cõprobationibus, ſumpſimus
exordiũ) quaſi circulo quodã circũacto relabamur: idẽ grauiſſim'
author in cõpluribus ſuorũ ſcriptorũ locis eandẽ multifariã appro
Auguſtinus. bat ſententiã. Et præſertim cũ ita ſcribit ad Ianuariũ. Si quid por
bẽ frequentat eccleſia: quin ita faciendũ ſit diſputare, inſolentiſſi-
mæ inſaniæ eſt. Hæc ibi. Quæ igit̃ eſt inſania: nõ ſolũ diſputare, ſit'
ne ita faciendum, ſed & uerbis & ſcriptis anniti ad perſuadendum
omnibus, quòd ſecus eſt faciendũ? nonne hæc longe inſolentior eſt
animi ueſania? Idẽ quoq; in libro contra Manichæos. Palã eſt (in-
qt) quã in re dubia, ad fidẽ & certitudinẽ ualeat authoritas eccle-
ſiæ. hæc ille. Quanto igit̃ amplius eadẽ ualet in re penitus certa: &
diuturno uſu longinquiq; tẽporis conſolidata? ut non debeat eam
quiſq̃ in quæſtionẽ trahere: aut quòd abolenda ſit, cõtendere. De
mũ idẽ eximius doctor contra Fauſtũ decertans: ait. Vides in hac
re, quid eccleſiæ catholicę ualeat authoritas: quæ ab ipſis fundatiſſi
mis apoſtolorũ ſedibus uſq; ad hodiernũ diẽ, ſuccedentiũ ſibimet
epiſcoporũ ſerie & tot populorũ conſenſione firmat̃. Poſtremum
in epiſtola ad Hieronymũ: idẽ ſcribit. Contra eccleſiæ fundatiſſi-
mũ morẽ: nemo ſentiat. Verũ ne plus æquo uidear inculcare te-
ſtimonia, potiſſimũ in re tã aperta, quæ uel ſine teſtimonijs ultro
XI. ſuſcipi debeat: uerbũ non amplius addã. ¶ Vndecima ratio. In ci-
uili gubernatione reipublicæ: curia iudiciaria (ut Parienſis ſenat')
poteſtatẽ habet condendi nouas conſtitutiones: ad tranquillitatẽ
&ut

& utilitatem totius cõmunitatis attinentes, cum adiecta expreſſio
ne pœnæ quod illaꝝ ſanctionum præuaricator morte mulctabit,
extremoq́; afficietur ſupplicio, quoniã huiuſmodi authoritatẽ con
ſtituendi tales leges, accepit ipſa curia ſenatoria à regia maieſtate: à
qua primũ eſt inſtituta. Exempli gratia. ob legitimas cauſas ad id
impellentes: ſuprema iuſtitiæ Gallicanæ curia apud Lutetiã Pari-
ſioꝝ conſiſtens, recte poſſet huiuſmodi decernere legẽ. Nullus in-
tempeſta nocte accinctus gladio diuagetur in tenebris per plateas
ciuitatis: alioqui capitis ſubibit periculũ. Aut etiam talem ſtatuere
ſanctionem. Nemo in curiæ ſenatoriæ ſeptis & clauſtris eximat
gladiũ in alteꝝ: ut eum adoriatur. alioqui præſentes dabit pœnas:
& furcę appendetur. Ergo conſimili ratione in eccleſiaſtico ſtatu
poſſunt, qui reꝝ præſunt ſummæ, rationabili occurrente cauſa cõ
dere regulas: ad honeſtatẽ uitæ, utilitatẽ eccleſiæ, ſalutẽq́; animaꝝ
facientes, cum adiuncta declaratione pœnæ in præuaricatores: ꝙ
contrahẽt peccati mortalis labẽ perpetuæq́; mortis reatũ. Poſſunt
inquam: nõ à ſe ipſis habita, ſed à deo ſolũ accepta poteſtate, qui cõ
ſtituit eos ſuæ eccleſiæ gubernatores ac antiſtites: & ergo poteſta-
tem etiã illis tradidit ea ordinandi, quæ directioni eccleſiæ neceſſa
ria cenſent & utilia. Abſurdũ nẽpe id uideri debet, eccl'iaſticæ rei
ſummã gerentes authoritatẽ, minus habere facultatis ad cõſtituen
das regulas ac leges ſuæ adminiſtrationi accõmodas, pœnãq́; defi-
niẽdã eaꝝ trangreſſorib⁹: q̃ habeant ciuilis reipub. rectores ad de-
cernendas leges nouas pro ciuitatũ moderatione, deſignandãq́; in
eaꝝ tranſgreſſores pœnã. ¶ Duodecima ratio & poſtrema. Expe- XII.
dit in omni republica leges ipſas cõſtituere, nõ nudas & ſine ſuppli
cij quod ſubibunt uiolatores eaꝝ, determinatione: qm̃ hoc pacto
non incuterent metũ peruerſis, ſed nihili fierent, ꝙ liceret eas impu
ne tranſgredi. Et ita periret omnis eaꝝ maieſtas, authoritas & ui-
gor: neq́; diuturnitatẽ haberẽt aut ſtabilitatẽ leges illę, ſed quaſi ſuc
ciſis neruis eueſtigio collaberent, irentq́; peſſum. Neceſſe eſt itaq́;
legibus ipſis cũ condunt, adijcere pœnas præuaricatoribus inflige-
das: ad imitationẽ lationis diuinaꝝ legũ in ſacris literis expreſſarũ,
cũ certa pœnaꝝ definitione, ut illis deterreant à malitia coërcean-
turq́; praui, & ſi non uirtutis amore: ſaltẽ oderint peccare mali for-
midine pœnæ, ut ait Horatius. Huiuſmodi aũt pœna, debet eſſe Horatius.

accommoda & reſpondēs ipſi cōditioni repub. in qua decernitur. Vt qm̃ reſpublica ciuilis ordinatur ad uitã hanc tēporalē cũ tranquillitate degendam: leges eius in grauibus delictis recte decernũt pœnã tranſgreſſoribus, uitæ corporalis ablationē & obtrũcationē. Et qm̃ eccleſiaſtica reſpublica potiſſimũ tēdit & refert ad uitã animæ perpetuã, ſalutēq; æternã: leges eius faciundũ aliquid aut euitandũ ſtatuētes apte & cōgrue definiunt præuaricatoribus earũ, pœnã illi oppoſitã fini: ſcilicet peccati mortalis (quod animæ uitam aufert) noxã, aut æternæ mortis occaſionē. Nō quidē: ut illã pœnã incurrant aliqui, & cadant in laqueũ mortis. ſed ut illius grauitate deterriti, diligētius legē poſitã obſeruēt: & ita conſtitutã euadant pœnã, neq; incidant in eãdē. Quis igitur ex reipublicæ ciuilis qualitate, non pſpicit in eccl'iaſticis legibus congruētiſſime legitimaq; ratione adijci hanc pœnã, ſed in grauibus ſolũ & arduis rebus: q̃ præuaricatores eaꝝ aut mortiferũ contrahēt crimē, aut perpetuã incurrent damnationē? Faceſſat ergo Lutherus cũ ſuis aſſectatoribus: oblatrans eccleſiæ ſupremos antiſtites ac patres orthodoxos nequaq̃ ius habere cōdēdi leges eccl'iaſticas, neq; decernēdi pœnas eaꝝ tranſgreſſoribus. Ad quod amplius confutandũ: adijcientur & nonnullæ aliæ rationes, in uiceſimoquarto huius libri capite.

¶ Chriſtum non omnia in euãgelio præcepta ad eccl'iæ catholicæ ſtatum conferētia: particulatim expreſſiſſe. Cap. XIII.

NVnc uero reliquũ eſt cauillatorijs argutijs eorũ obuiare qui putãt ſacroſanctis ſynodis & eccl'iaꝝ primoribus nullã adeſſe authoritatē decernēdi regulas aliquas aut ſanctiones, populi Chriſtiani obligatorias. Quæ quidē: non ex illo de libertate Chriſtiana opuſculo Lutherano (quod euertere molimur) deprōptæ ſunt (quoniã nullæ ferme illic rationes adducuntur: ad ſtabiliendum rē propoſitã) ſed ex alijs: qui in uerba Lutheri iuraſſe uidentur, & ei⁹
I. ſequuntur caſtra. ¶ Hi igitur: primo ſic inſiſtunt. Chriſtus antiquę legis præcepta & decalogum, in euãgelio ſeruari præcepit. Si uis
Matth. 19. (inquit) ad uitã ingredi: ſerua mãdata. Et rurſum, hoc fac: & uiues.
Lucæ 10. Eadem quoq; præcepta recte interpretatus eſt, & ampliori decla-
Matth. 5. ratione explicuit Mathæi quinto capit. & alijs locis. neq; ulla alia

adiecit

adiecit diuina præcepta : ſed conſilia tantū & monita perfectionis
in euangelio ſuperaddidit. Similiter & apoſtolos ſuos miſit Chriſtꝰ
prędicare euāgeliū uniuerſo orbi:& docere cunctas gentes dicēs.
Euntes prædicate euāgeliū omni creaturæ. Et iterꝫ. Euntes do- Marci. 16.
cete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpi- Matth. 28.
ritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mādaui uo-
bis. Quod & apoſtoli fideliter ſunt executi : neq; addiderunt noua
pręcepta obligatoria extra euangeliū. Quæ noua mandata ſi fuiſ-
ſent ad ſalutē neceſſaria : ipſe dominus noſter ( qui æterna eſt pa-
tris ſapientia) addidiſſet utiq; per ſeipſum illa: aut ꝑ apoſtolos ſpiri-
tu ſancto illuſtratos ea mundo promulgaſſet, quod tamen nō legit͛
fuiſſe factitatū. Non habent igitur generalia concilia nec eccleſiæ
præſides ullā authoritatē: poſtea ſuperaddēdi noua præcepta obli-
gatoria. ¶ Verꝫ adhibēda eſt his reſponſio, ꝙ Chriſtus infirmitatis II.
apoſtoloꝝ ac imbecillæ capacitatis conſcius anteq̄ indueret͛ uirtute
ex alto: noluit ea oīa quæ ad futurā eccl'iæ gubernationē erant ne-
ceſſaria, explicare. qua necdū erant oīm eoꝝ capaces: quēadmo-
dū ipſe cōteſtatꝰ eſt eis dicēs. Adhuc m'lta habeo uobis dicere : ſed
nō poteſtis portare mō. Cū aūt uenerit ille ſpūs ueritatis : docebit Ioan. 16.
uos omnē ueritatē. Sed cōpluſcula ad directionē eccl'ię ꝑtinētia p̃-
cepta in euāgelio nō expreſſa, poſtea ꝑ ſuos explicuit ap'los: ut ante
eſt dictū. Multa etiā ꝑ eoꝝ ſucceſſores: magiſterio & inſpiratione
ſpūs ſancti, prout ipſe æterna ſua ſapiētia nouit ipi eccl'ię ſuæ utiliꝰ
expedire. Et ergo poſterioribus nouæ legis ſeculis nōnulla curauit
inſtituēda : q̄ prius nō reuelauerat, nec ordinauerat inſtitui debere.
qm̄ poſteriore t̄pis decurſu: expediēs erat illud inſtitui in eccleſia.
in priore ꝟo: nō ita id cōgruebat nec expediebat. ¶ Quēadmodū III.
& in ueteri lege ꝑ diuerſas tēpoꝝ ſucceſſiōes: diuerſa ſuo pp'lo deꝰ
dedit inſtituta, nō aūt oīa: uno eodēq; tēpore. Quippe t̄pe Abraæ Gene. 17.
primū cōſtituit dn̄s præceptū de circūciſione : & nō in anteriore tē-
pore, neq; p̃cedēte annoꝝ curriculo. & tēpore Moyſi inſtituit dn̄s Exodi 12.
agnū paſchalē quotannis manducandum, celebrandūq; phaſe: &
non prius atq; per Moyſem diuerſis etiā annoꝝ interuallis uaria
ædidit præcepta, ad dei cultū aut exercenda iudicia in populo, con
ducētia: & nō oīa uno eodēq; temporis articulo. Cōſimiliter in an-
tiqui decurſu teſtamēti poſteriorībꝰ ſecundū tēporis ſeriē patribus
aliqua

aliqua myſteria clarius reuelata ſunt:quã priorib⁹. Vt Abrahę inſi
Gene.18 nuata ſunt diuinitus nonnulla fidei ſacramenta:quę maiores illius
latuerunt quẽadmodũ ſuperbeatæ trinitatis arcanũ. Et Moyſi q̃
dam apertius reſerata:quã Abraæ. Et demũ ipſi Dauid eximio ꝓ
Pſal.118 phetæ,aliqua lympidius & detectius recluſa:quã antiquioribus pa
tribus, ut in pſalmo uere dicat de ſeipſo. Super ſenes intellexi:& ſu
IIII. per omnes docentes me intellexi. ¶ Nec minus in legis euãgelicæ
tpe,quãtũ ad ea q̃ orthodoxæ fidei reſpiciũt declarationem:diuer
ſa etiã fuerũt temporũ interualla, quibus explicata ſunt manifeſti
us catholicæ fidei myſteria in concilijs generalibus, & non omnia
uno eodemq; tempore ſunt per ſpiritũ ſanctũ omnino aperte &
æqualiter elucidata. quoniam id nõ expediebat: neq; occurrebat
occaſio. Quippe in ſynodo Nicena. determinata eſt dilucidius cõ
Concilium Nicenum. tra Arrium:cõſubſtãtialis ac coæterna filij dei cũ patre diuinitas.
Poſtea in cõcilio Cõſtantinopolitano declarata eſt apertius per or
Conſtantino politanum. thodoxorum patrum ſententiam, contra Macedoniũ, ſpiritus ſan
cti deitas:eademq; cũ patre ac filio natura, poteſtas, & authoritas.
Epheſinum Deinde in cõcilio Epheſino clarius definita eſt ſynodali authorita
te uera Chriſti dei & hominis deitas,atq; ſecũdum diuinitatẽ ęter
Calcedonẽſe nitas:contra Neſtorium & eius impios aſtipulatores. Poſt hæc ue
ro in cõcilio Calcedonenſi,manifeſtius explicata eſt duaꝶ in Chri
ſto naturaꝶ diuinæ & humanæ ueritas:cõtra Eutichium, inducẽ
tem geminæ in ipſo naturæ cõfuſionem. Et ita in cæteris concilijs
ſubſequentibus & diuerſo celebratis tpe:alia & alia ſacroſanctę fi
dei myſteria fuerunt, hæc quidem prius:illa uero poſterius, decla
rata patẽtius. prout importuna hæreticorum improbitas, ad ſui cõ
demnationẽ impellens eccleſiam:expoſcebat. Hæc autẽ ſupra di-
cta, per ſacroſanctam eccleſiam ita ſunt palàm definita:non quidẽ
quoniam prius fuerint apud orthodoxos patres dubia aut ambi-
gua. cum ea ipſa à principio naſcẽtis eccleſiæ:& certa penitus ha-
bita ſint & indubitata. Sed detectius expreſſa fuere, ſuo quodq; tẽ
pore:ad retũdẽdã hæreticoꝶ peruicaciã. Demum necdum inte-
Baſilienſe gro tranſacto ſeculo, cẽtenarioq; annoꝶ curriculo:in ſynodo Baſi
lienſi, publica eccleſiæ ſententia, aſſerta eſt immaculata puritas cõ
ceptionis ſemper ſanctæ uirginis Mariæ matris dei. Ita plane eoꝶ
quæ ad mores & actiones pertinẽt Chriſtianiſmi, aliqua prius ſunt

in eccleſia ſancta ordinata: utpote tēpore apoſtoloꝝ & apoſtolico
rū uiroꝝ, ſecundū ordinē diuinæ ſapientiæ. Alia uero: longo poſt
interuallo, ſuccedenteq; multo poſterius tēpore. quēadmodū ſpi-
ritus ſanctus, qui omniū eſt artifex, omnia ꝑſpiciēs, omnia cogno-
ſcēs: ipſi eccleſiæ (cui ſemper aſſiſtit director) nouit cōmodius ex-
pedire. ¶ Ex his itaq;, ad ea quæ hæc prima proponit obiectio: ap- V
ta patet reſponſio. Admittēda ſiquidē ſunt omnia, quæ in ea aſſu
munt: hoc uno excepto quod adducit, apoſtolos extra euangeliū
& ultra illud, nulla adieciſſe præcepta obligatoria. id enim ſuperio Cap. 3. & c. 4.
ribus locis oſtēſum eſt: longe à ueritate alienum eſſe. Negādū eſt
tamē, quod in hac aduerſarioꝝ ratiōe colligitur: & ipſa pariter cō
ſecutio, improbāda. Eſt enim inualida prorſus: hæc ratiocinatio.
Chriſtus in euangelio non dedit aperte hoc præceptum: exempli
gratia, de ieiunio quadrageſimæ aut quatuor temporum. ergo il-
lud non eſt obſeruandū. Similiter & iſta: penitus conſimilis priori.
Apoſtoli non conſtituerūt nec explicuerunt tale præceptū: ut de
audiēda miſſa diebus feſtis, de confeſſione peccatorū faciēda in fe
ſto paſchæ, aut recipienda tunc ſacroſancta euchariſtia. ergo illud
nō eſt obſeruādum ea diſtrictione: ut tranſgreſſio eius efficiat ho
minē peccati mortalis reum. Quoniā per locū ab authoritate ine-
pta ſumitur argumētatio: inficiatoriam illationē contexens ex aſ-
ſumpta propoſitiōe negatiua. Inſuper quod nō explicuit Chriſtus
manifeſte: partim apoſtoli, & partim eorum expreſſerunt (Chri-
ſto ſemper authore præcipuo) ſucceſſores. Ita quod aperte nō de
clararunt ſuis traditionibus apoſtoli: inſtituerūt illud poſteri eoꝝ,
& ſubſequētibus apoſtolica tēpora ſeculis eccleſiæ primates. acce
pta, ut id agerēt ſanctionesq; nouas ſtatuerēt, à Chriſto poteſtate:
qui uoluit longa tēpoꝝ ſucceſſione & paulatim ſuā eccleſiā talibꝰ
præceptis roborari & muniri.

¶ Quāuis euāgeliū, ad ſalutē ſit ſufficiēs: non tamē omnia in
eo aperte ac particulatim cōtineri, quæ nobis ad cōſequēdā
ſalutem ęternā ſunt neceſſaria. Cap. XIIII.

SEcunda aduerſarioꝝ obiectio. Lex euāgelica ſiue
euāgeliū: eſt ueritas cōſummata & ſufficiēs ad ſalu
tem. Ipſa quoq; perfectū eſt exemplar & regula ui
tæ: continens omnia quę neceſſaria ſunt homini ut

ſaluus fiat. Regula inquã immutabilis, quã qui ſequit̃: ambulat in
luce, qui uero ab ea deflectit iter, aut ſuperaddit illi humanas adin
uẽtiones: in tenebris ambulat. Nõ igitur poteſt ſynodus patrũ aut
põtificũ authoritas, ultra ea q̃ in euãgelio expreſſa ſunt, noua con-
dere præcepta: quorꝫ trãſgreſſio tã graui pœnæ ſubigat hominẽ.
Nã & ſupuacua cenſeri debent illa, minimeq́ꝫ neceſſaria: & p̃ter
Chriſti intẽtiõem cõſtituta, cũ ipſe ſolũ ad illa nos obligare inten-
II derit, q̃ manifeſte in euãgelio expreſſit. ¶ Reſpõſio. Sufficiẽs qui-
dẽ eſt euãgeliũ Chriſti ad bene beateq́ꝫ uiuẽdũ: & p̃cepta q̃q́ꝫ cõ-
tinet ſufficiẽtia ad ſalutẽ. ſed nõ omnia pticulatim ac peculiariter
in eo explicãtur: q̃ faciẽda nobis ſunt ut ſalutẽ conſequamur. Cõti
nẽtur ſane multa p̃cepta, immo omnia q̃ poſtea ſunt expreſſe ſup
Mat. 18. addita: in his duob⁹ p̃ceptis euãgelicis. Audire debẽt oẽs eccleſiã:
Mat. 23. alioqui à cæterorꝫ cõmuniõe ſequeſtrãdi ſunt. Quæ dicũt prælati
Lucæ. 19 eccleſiaſtici: faciẽda ſunt. alioq in illis ſpernit̃ de⁹: ſi cõtẽnant̃. Verũ
tñ ad fideliũ ſalutẽ expediebat, ea q̃ nõ fuerãt ĩ euãgelio expreſſa:
ſenſim & pedetẽtim ſucceſſioneq́ꝫ quadã tpis, per traditiones apo-
ſtolorꝫ, per ſacroſanctas ſynodos, atq́ꝫ p cõſtitutiões eccleſiaſticas,
modo obligatorio exprimere: ut cõmodi⁹ fieri à nobis q̃ant. ¶ Cõ
III ſimili plane modo, ueteris legis p̃cepta q̃ cõtinet decalog⁹: ſufficiẽ-
tia q̃dẽ erãt ad ſalutẽ. Nõ tñ idcirco ſupflua cẽſeri debet eorꝫ cla-
Mat. 5. rior explicatio & recta interpretatio: q̃ Matthæi quinto cap. aſſi-
gnat̃, quinimmo illa etiã ad ſalutẽ eſt neceſſaria & utilis. Sic & duo
p̃cepta charitatis, de diligẽdo inquã ſup omnia deo, & proximo p
pter deũ: ſufficiẽtia ſunt ad ſalutem aſſequẽdã, quoniã in illis duo
Mat. 22. bus mãdatis tota lex pẽdet & prophetæ. Sed nũquid eã ob rẽ ſup
uacanea dicẽda ſunt decẽ p̃cepta decalogi: exprimẽtia illorꝫ duorꝫ
mãdatorꝫ ſenſum ac clariorẽ intelligentiã, aut minus ad ſalutẽ ne
ceſſaria? Nequaq̃ pfecto. Nã & hæc, uolẽtib⁹ ad uitã ingredi ob
ſeruanda ſunt: & cõplicant̃ in illorꝫ duorꝫ p̃ceptorꝫ ſinu. Haud ſe
cus & q̃ cõtinet ſacrũ euãgeliũ: ſufficientia quidẽ ſunt ad ſalutem.
Verũ indigẽt latiore explicatione & expreſſione nõnullorꝫ: quæ
IIII ſuppreſſa inibi delitеſcũt & abſtruſa ſunt. ¶ Huiuſmodi autẽ ex-
planatio & ſuperadiectio, facta eſt per traditiones apoſtolicas: & ſa
crorum conciliorum inſtituta. Quæ nequaquam appellari debent
adinuentiones humanæ: ut contumelioſo nomine ea uocat Lu-
therus

therus,& qui ſuæ adhærent factioni. Quoniam non humano ſen
ſu aut arbitratu tantum,ſunt ordinata: ſed ſuggerente ſpiritu ſan-
cto. Nec pure & ſolum humana ſunt ſtatuta:quoniam non ſoli in
nituntur rationi naturali, ut leges ciuiles:neq; in ſolo illius lumine
ſunt condita.ſed ex ſacrarū literarū canone & inibi expreſſis recto
ratiocinio ſubinde deducūtur. & idcirco diuinorum p̄ceptorū ali-
quid quoquo modo ꝑticipant, neq; ab eorum conditione ſunt o-
mnino(quātum ad obligādi uim)aliena. Neque eadem eccleſiæ p̄
cepta,ſacro euangelio ſunt cōtraria:immo quā maxime cōformia,
& ad pleniorē eius obſeruationē plurimū faciētia. Demū nec ipſa
ſunt p̄ter Christi intētionē:ut aſſumit hæc obiectio.ſed ab eo ma-
gnopere approbata:eiuſq; directiōe & p̄ſidio inſtituta primum,&
hactenus uſu nō intermiſſo obſeruata, & ad finem uſq; ſeculi illa-
befacta futura. ¶ Tertia obiectio. Apoſtoli in quibus Chriſtus & V
ſpritus ſanctus loquebatur: potuerūt quidē diuina pręcepta inter
pretari,ſuiſq; determinare circūſtantijs,& ubi opus erat noua ſup
addere p̄cepta:& alia ad directionem eccleſiæ facientia conſtitue
re. Alij uero qui apoſtolica tempora ſecuti ſunt paſtores eccleſia-
rum:nō eā habuerūt ſpiritus ſancti exuberātiam neq; uitæ ſancti
tatē ſicut apoſtoli:ſed ab illa uirtutū excellētia multū degenerarūt
Quare nec illis ita Chriſtus aſtitiſſe nec ſpiritus ſanct9 affuiſſe cre
dēdus eſt:neq; illorū direxiſſe cōcilia,aut decreta ordinaſſe. Quin-
immo nec eiuſdem fuiſſe authoritatis cum primis illis patribus,
nec poteſtatis in adminiſtratione rerū eccleſiaſticarū uident̄, pro
pter magnā ab eis moꝝ diſcrepātiā. Nō habuerūt igit̄ ſaltē hi po-
ſteriores:ius & facultatem ordinādi cōſtitutiones eccleſiaſticas.
¶ Reſpōſio. Admiſſis omnibus quæ hic aſſumūtur: negādum eſt VI
id omne quod colligit̄ & infert̄. Quia ſicut in locū beati Petri ſuc
ceſſerūt alij,ſuo quiſq; tēpore ſummi pōtifices,parē cū illo poteſta
tē ſortiti:ita in locū apoſtoloꝝ ſuffecti ſunt eccleſiarū epiſcopi,eā-
dē habentes docēdi ac regendi gregem dominicū cū illis authori-
tatem.quēadmodū ꝓhibet Anacletus,ſancto Clementi in ſupre Anacletus.
mi pontificatus moderatiōe ꝓxime ſuccedēs,apoſtoliſq; ꝓpemo
dū coæuus,in eo decreto:quod adducit author libri decretoꝝ uice
ſima prima diſtinctione,cap.in nouo teſtamento. Et q̄uis in poſte
rioribus eccleſiæ prælatis minor ſit ſanctitatis ac doctrinę p̄ſtan-

 tia,

tia, ac ſpiritus ſancti gratia q̃ in apoſtolis: id tamen nullatenus dero-
gat illorum dignitati adminiſtratoriæ & authoritati gubernandæ
eccleſiæ. Quoniã hæc poteſtas nequaq̃ conſiſtit nec fundatur in
ſanctitate uitæ, eminentia doctrinæ aut ſpiritus ſancti exuberan-
tia: ſed in accepta epiſcopali iuriſdictione atq; pontificali ordine &
gradu. quandoquidẽ non minorẽ habet poteſtatẽ pontificiã malus:
Ioan. 11. q̃ bonus epiſcopus. Et Caiphas prophetauit, non quia bonus erat:
ſed quoniã pontifex anni illius. Cũ igitur poſteri eccleſiæ rectores
æqualis ſint poteſtatis quantũ ad eccleſiæ regimen cum apoſtolis,
quamuis nec apoſtoli ſint nec prophetę: etiã æqualẽ habent autho
ritatem inſtituendi noua præcepta ad populi Chriſtiani guberna
tionẽ ſicut apoſtoli, atq; ita obligandi ſubditos ſuis inſtitutis ad hãc
obediẽdi diſtrictionẽ: ut tranſgredientes ea declarenť obnoxij cul-
pæ mortali, reddanturq́; rei dãnationis æternæ, ſicut illi primi pa-
tres. neq; recipiendũ illud eſt unq̃, q̃d affert præſens obiectio: nec
Chriſtũ nec ſpiritũ ſanctũ affuiſſe poſterioribus illis eccleſię paſto
rib⁹ nec hodiernis adeſſe, in ijs quæ ad totius reipub. Chriſtianæ &
eccleſiaſticæ ptinent gubernationẽ: ſicut aſtitit apoſtolis. Quoniam
nunq̃ defuit ipſe ſupbonus ſpiritus, neq; defutur⁹ eſt unq̃ directio
Eſaiæ 59. ni eccleſiæ catholicæ. Non eñi abbreuiata eſt man⁹ dñi: ut ſaluare
nequeat. Alioqui iã olim deſtituta eſſet eccl'ia ſponſa Chriſti, dire-
ctione ſpiritus ſancti: & amplius ab eo non gubernareť. Deſtituta
itidẽ eſſet præſentia & præſidio Chriſti dilectiſſimi ſponſi ſui: qui
pollicitus fuerat ſe illi affutuꝝ omnibus diebus uſq; ad conſumma
tionẽ ſeculi. quod omnino impium eſt ſentire: ac proſſus abſurdũ.
VII. ¶Sed dicant uelim, qui hæc obiectant: nunquid legis euangelicæ
tempus, & gratiæ per Ieſum Chriſtũ factæ: ad tẽpora tantũ apoſto
lorũ extentũ eſt. & cum eoꝝ felici ex hoc mũdo trãſitu cõſumma-
tum ac finitũ? Nunquid & ſacramentoꝝ ad curandos animarum
noſtrarũ morbos à Chriſto inſtitutoꝝ uis & efficacia, in ſolũ id ſe-
culũ quo hic agebant apoſtoli, eſt indulta à deo: & non in ulterius
tẽporis curriculũ? Quod ſi (ut debẽt) non admittãt. ſed fateantur
etiã ad noſtrũ uſq; ſeculũ gratiã euãgelicę legis & ſacramentorũ
antidotũ protendi, quinimmo ſecundũ Chriſti promiſſionẽ, ad fi
nem uſq; ſeculi extẽdendũ: quare conſimili ratione non fatebunť
conſtituendorũ pro utilitate eccleſię decretoꝝ authoritatẽ, per to
tum

tum euangelicæ legis decurſum & hac itidẽ tẽpeſtate & ad finem
uſq; mundi penes eccleſiæ principes illabefactã manere: cũ hæc ſit
indiuiduo nexu atq; perpetuo, eccleſiæ orthodoxæ coniũcta : neq;
ab ea diuellatur unq̃, ſed continuo cũ ea defluxu cõſiſtat. Siquidem
apoſtolis & eoꝝ nomine præcipuis eccleſiæ ſuæ ſanctæ rectoribus Ioan. 14.
promiſit Chriſtus ſe daturꝝ ſpiritũ ſanctũ: ut maneret cũ eis in æter
nũ, non aũt per certa tẽpoꝝ interualla, quib⁹ exactis: auferretur ab
eccleſia ſpiritus ſanctus, neq; ei amplius aſſiſteret.

¶ Veteris legis cærimonias, ab apoſtolis aboleri iuſſas: nõ
aũt ſanctiones ſacras, in nouo teſtamento ad integriorẽ
euangelij obſeruationẽ ordinatas. Cap. XV.

QVarta aduerſarioꝝ obiectio. Apoſtoli in ſuo cõci- I.
lio (q̄d actuũ decimoquinto capite deſcribit) cõgre- Actuũ 15.
gati: noluerunt humeros fratrũ præceptis grauibus
onerare. Et beatus Paulus in ſuis epiſtolis paſſim li- Gala. 4.
bertatẽ prędicat: in lege euangelica (quæ lex eſt ꝑfe Philippen. 3.
ctæ libertatis) amplectendã. proinde cęrimonias & traditiones par Coloſſ. 2.
uifacit: ac ſeruitutẽ abijcit hominũ. Immo & Chriſtus: iugum ſuæ Math. 2.
legis appellat ſuaue. quod, ne premerent apoſtoli maiore pondere:
non auſi ſunt noua adiungere præcepta ad ea quæ Chriſtus ex-
preſſerat, qui tamen ſapientiores erant & ſpiritu ſancto pleniores:
q̃ eorum poſteri & ſucceſſores in eccleſiæ gubernatione. Quomo-
do igitur id recte attentabunt præſules eccleſiæ ipſis tempore po-
ſteriores, uirtuteq; & ſapiẽtia inferiores? ¶ Reſpõſio. In cõcilio illo ci II.
tato noluerũt q̄dẽ apoſtoli imponere fratrib⁹, ex gẽtilitate ad Chri
ſtum conuerſis iugum legalium cærimoniarum, & Moſaicæ legis
obſeruantias. Eaſdem quoq; & Paulus in ſuis epiſtolis merito refu-
tat: libertatem ab illis prædicat, ſeruitutemq; rituum illorum uete-
rum ſummopere damnat. Demum ſuæ legis iugum, ſuaue aſtruit
& leue Chriſtus dominus noſter: quia nequaq̃ grauatum onere
Moſaicarum obſeruationum, à ueteri lege nos liberat. Neq; etiam
paſtores eccleſiaſtici iugum ueteris legis & eius cærimonias iã olim
abolitas, poſſent humeris ſuorum ſubditorum imponere: neq; illud
etiam attentant. Ex hoc tamen nequaquam conficere quiſq̃ recte
queat: ꝙ non poſſint ipſi proceres eccleſiæ noua conſtituere præce
pta, non quidem ad ueteris legis, ſed nouę & euangelicę commo-

 diorem

diorē obſeruationē facientia. Qm̄ illā non præiudicant nec derogāt
ueræ libertati legis nouæ: nec redigunt hominē in abiectā ſeruitu-
tem, neq; iugum domini reddunt graue, apud eos: qui ſyncæro dei
amore feruidoq; ſuccenſi, alacriter ambulant in lege domini. Siqua
uero ſeruitus in illis oboritur aut difficultas explendæ legis: ipſa
ſolum enaſcitur ex pigritia aut nequitia noſtra, non ex ipſo
rum præceptorum eccleſiaſticorum qualitate aut conditione. qua-
III. re non debet illis: malitia noſtra impingi nec aſcribi. ¶ Porrò quod
proponitur in hac obiectione de apoſtolis, ipſos ultra ea quæ conti-
net euangeliū nulla addidiſſe præcepta: penitus eſt repudiandū &
abnegandum. quemadmodum diffuſe monſtratum eſt ſuperius: in
tertio & quarto huius libri capite. Et quamuis tunc apoſtoli nulla
cōſtituiſſent noua præcepta, quia ob recentem euangelij prædica-
tionem tunc eccleſia ſuum primo auſpicata exordiū, illis non indi-
guiſſet: ſequenti nihilo minus tempore erant noua pro cōmoditate
eccleſiæ inſtituēda præcepta, propter emergētes nouas cauſas, quę
tunc & nō prius exigerent noua ſtatuta, quēadmodū & medici di-
uerſo tēpore: nouis oborientibus morbis noua adhibent remedia.
IIII. ¶ Quinta obiectio. Chriſtus ſacramenta eccleſiaſtica definiuit ac in
ſtituit, ſecūdum euangelicā etiam determinationē illa adminiſtrari
uoluit: & nō alia inſtitui ſacramēta nec ab hominibus noua ordina-
ri, ita præcepta ſua & doctrinā prædicari uoluit hominibus: & illis
homines obligari. non aūt noua præcepta ſtatui ab hominibus: nec
humanis ſtatutis ſuos fideles alligari. Ergo præſides eccleſiæ in ſy-
nodis & conſeſſibus ſuis noua inſtituētes præcepta ſub tā arcta &
rigida obligatiōe: præſumunt illud arrogāter cōtra ordinationē diui
V. nā, ex ſeipſis. ¶ Reſpōſio. Chriſtus noua ſecūdum ſubſtātiam ſacra
menta ab hominibus inſtitui noluit: quoniā id neceſſarium nō erat,
cum ſufficerēt ea ſeptē ab ipſo inſtituta & ab apoſtolis promulga-
ta. Attamē ritū adminiſtrādi illa ſacramēta, in euāgelio nō expreſ-
ſum: ab hominibus directore ſpiritu ſancto uoluit inſtitui, ut quo-
modo baptiſmus ſuſcipiēdus, ſacroſancta recipienda euchariſtia, a-
gēda pœnitētia: & ita de cęteris. Haud aliter modū obſeruādi ſua p̄
cepta de ieiunio, de oratione, de ſanctificatione ſabbati: uoluit ipſe
Chriſtus ab hominibus per ſancti ſpiritus inſtinctum & inſpiratio-
nem declarari, nouorum præceptorum conſtitutione, quæ tamen
tendunt

tendũt ad aptiorem diuinorum præceptorum declarationẽ,& me-
liorem obſeruationem. Rara ſiquidem ſunt immo ferme nulla prę
cepta ab hominibus ſuperaddita: quæ nõ uergãt ad faciliorem mã-
datorum dei executionem, aut commodiorem euãgelij completio-
nem. Quare non eſt aſcribenda eccleſiaſticorum præſulum arrogã
tiæ, ratiõabilis ac matura nouorũ p̄ceptoꝝ cõſtitutio: ſed bñplacito
dei qui illud eis facũidũ ſuggeſſit, & ſyncæro illorũ zelo ad dei ho
norem animarumq; ſalutem: quo prudẽter & ſedulo per ſalutaria
inſtituta utrũq; curarũt. ¶ Sexta obiectio. Chriſtus eccleſiæ paſtori VI.
bus poteſtatem commiſit iniũgẽdi ſubditis diuina præcepta: & ob-
ſtringẽdi illos ſecũdum ea. immo ipſe deus in eis tũc imponit illa: &
obligat ad ea. Non autem tradidit illis Chriſtus poteſtatem cõdẽdi
ac decernẽdi noua præcepta: & obligãdi homines tam arcto uincu
lo ad illa ſeruanda. quoniam non tunc deus, ſed homines ea ſta-
tuunt: & ut homines conſtringunt ad illa exequẽda, non dominus
in eis humana ſtatuentibus. Ergo quatenus ſupremi eccleſiæ recto
res diuina præcepta imperant ſubditis: obligant eos, immo domin⁹
in eis & per eos. Quatenus uero eis humana iniungunt præcepta
ac imponunt: monent eos tantum aut conſulunt, uel etiam adigunt
illos per comminationem alicuius pœnæ temporalis & corporalis,
non autem alias. Non igitur poſſunt ipſi eccleſiæ præſides, ſuos ſub
ditos conſtringere ad ea quæ humana ſunt præcepta ſeruãda: ſub
interminatione incurrendi peccatum mortale. aut æternæ dãnatio
nis inferẽdæ. ¶ Reſponſio. Cũ eccleſiaſtica inſtituta à patribus or- VII.
thodoxis ſancita (quæ noua & humana p̄cepta uocant aduerſarij:
ſed falſo) pertineãt ad diuinoꝝ pręceptoꝝ determinationẽ & decla
rationẽ, Chriſtianæ itidẽ religionis dignitatẽ, eccleſiæq; ſanctæ dire
ctionẽ, & deniq; totius populi Chriſtiani ſalutẽ (ut in primæ & ſe-
cũdæ obiectionis diſſolutione: clarius eſt oſtẽſum) nõ homines ſolũ
obligãt ad ea: ſed deus etiã in eis & per eos, obligat ſubditos, qui p̄ci
puus eſt author illoꝝ præceptoꝝ cõdẽdorum & moderatorib⁹ pri
marijs eccleſiaꝝ etiã poteſtatẽ commiſit talia conſtituendi præce-
pta. immo illis tanq̃ organis utitur, ad talem ſuam uoluntatem alijs
inſinuãdam. Quocirca nõ debẽt huiuſmodi eccleſiæ catholicæ ſta-
tuta, noua haberi aut dici: ſed quodã modo & potius antiqua, ratio-
ne diuinoꝝ præceptoꝝ quæ explicant, & diuturni temporis à pri-
ma ipſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ma ipſorū cōſtitutione. Neq; penitus humana, cenſenda ſunt aut nominanda id genus præcepta: quod nō ſolo humano ingenio aut ſolertia nituntur, nec à ſola rectæ rationis luce uigorem ſuū accipiunt. Sed in altiore conſtituta gradu: ex diuinæ paginæ fonte deductitia ſunt, ſuamq; primā ſortiūtur originē. Proinde cū diuinis præceptis propemodū cōſpirant: magnāq; ad illa habent affinitatē. Sin uero præcepta illa ab hominibus cōſtituta eccleſiaſticarūq; magiſtris, nihil facerent ad cōmodiorem pręceptorū dei executionē aut faciliorē euangelij obſeruationē, ſed eſſent ad morū honeſtatē Chriſtianorumq; ſalutē minus pertinentia, parūq; aut nihil conducentia: ad illa ſolū obligarent homines ut homines, non de⁹ in eis, neq; de⁹ iuſſit talia inſtitui. Neq; poſſent ꝑpoſiti eccleſiarum ad talia agenda conſtringere ſubditos eo uinculo, quod illorū tranſgreſſio efficeret quēpiā peccato criminali obnoxium: ſed ſolum ſub cōminatione alicuius pœnæ temporalis aut corporalis. Verum nulla fere talia inueniuntur præcepta: aut ex traditione apoſtolorum, aut ex ſacroſanctis ſynodis, aut conſuetudine antiq̄ eccleſiæ, introducta. ut conſtat, ſingula huiuſmodi percurrēti. Admittendū eſt nihilominus, quod non poſſunt ipſi eccleſiarum pręſules quæcunq; ſua ſtatuta ſine delectu & diſcrimine conſtituere ſub illa diſtrictione: quod tranſgredientes ea, protinus incurrāt æternæ mortis damnationē. ſed aliqua, & aliqua non: ſecundū materiæ ſubiectæ qualitatē & cōditionem.

¶ Eccleſiæ antiſtites ac rectores: tranſgreſſoribus eccleſiaſticarum legum recte interminari mortalis culpæ & damnationis æternę reatum. Cap. XVI.

I SEptima aduerſariorū obiectio. Solus dominus deus

Sapien.11. habet uitæ & mortis imperiū: ſolus uiuificat & mor

1.Regū.2. tificat, glorificat & cōdemnat. ſolus item gratiam dat

Pſal.83. & gloriam, aufertq; & ſubtrahit collatā homini gra

tiam: cū quis peccat, ſolus deniq; deducit ad inferos

1.Regum.2. & reducit. Nō igitur eccleſia cōciliumq; generale aut ſummorū ꝑſulum quiſquā, habet poteſtatē obligādi homines ad quippiā agēdum tam rigida aſtrictione: quod tranſgrediētes id, incurrāt mortiferum crimen aut ęternam mortē. Alioqui uēdicarēt ſibi huiuſmodi legum cōditores: quod ſolius dei eſt propriū. Idipſum autē:

magnæ

magnæ eſſet arrogantiæ atq; inſolentiæ. ¶ Reſponſio. Tribuēdū II
eſt hanc obiectantibus rationē: quicquid in ea aſſumptū eſt, infici-
andum uero & abnegandū: quod cōcluditur. Quoniã ſacroſanctę
ſynodi & ſupremi eccleſiarum paſtores, eã definientes pœnã trãſ-
greſſoribus ſuorū ſtatutorū: neq; gratiã eis auferunt neq; gloriã. ſed
ſoli illi ſubditi tanto ſe afficiūt incōmodo: qui ſponte ſua præuari-
cantur eccleſiaſtica præcepta, quæ deberent ſeruare. Neq; etiã illi
legum eccleſiaſticarū latores: aut mortificant aliquē aut condēnãt,
aut deducunt ad inferos. quinimmo elaborãt pro uiribus & adhibēt
operam: ut eos à morte, à damnatione, ab inferis eripiant, illa cōſti-
tuentes decreta, perquæ ab omnibus hiſce malis liberentur, ſi ue-
lint. Soli autē illi, qui ſuo indulgentes animo & euntes poſt ſuas cō
cupiſcētias: peruerſitate ſua uiolant huiuſmodi ſancta eccleſiæ man
data, quæ deberent ſtudioſe implere, ſicut & poſſent ſi uellent: ipſi
ſibi ſunt authores mortalis culpæ & damnationis perpetuæ. Non
enim eo ipſo ꝙ eccleſiaſtici præſules & ſynodaliū conſeſſuum pa-
tres definiūt huiuſmodi pœnã tranſgreſſoribus irrogandã, utpote
ꝙ letiferi criminis contrahēt labem & æternæ mortis reatū: cenſen
di ſunt eos aut in letale crimē detrudere, aut in lacū dãnatiōis æter
næ demergere. Quandoquidē hæc tam grauis pœnæ determina-
tio & denunciatio: non fit ut quis eam incurrat, neq; quēpiam adi
git ad eam ſubeundam. ſed potiſſimū ea fit: ut grauitate tantæ pœ-
næ abſterreantur homines à tranſgreſſione præceptorū eccleſiæ.
Alioqui & beatus Paul⁹ inſimulandus eſſet inſolētiæ, ꝙ denūcia
uerit in ſuis epiſtolis non ſemel: furibus, rapacibus, fornicatoribus,
immundis, maledicis, & id genus peccatoribus: ipſos regnū dei nō
poſſeſſuros. Sed quis in tantam erumpere auderet blaſphemiam? 1. Corin. 6.
aut aſſerere: ꝙ illis uerbis apoſtolus mortificaret aliquos aut con- Ephe. 5.
dēnaret, aut deturbaret ad inferos? Nihilo certe magis id faciunt
orthodoxi patres: in ſuis eccleſiaſticis cōſtitutionibus. ¶ Quod ſiqs III
cauſetur beatum Paulum nō primo illis ſuis uerbis decernere hu-
iuſmodi pœnam trãſgreſſoribus diuinæ legis, neq; ex ſeipſo: ſed de
nūciare tãtum illam ijs ad quos ſcribit, longo ante tēpore à deo de
terminatam & decretam. In eccleſiaſticarum autem cōſtitutionū
latoribus ac eccleſiarum prælatis ſecus euenire: quod pœnam hi
deſignēt, nūquam ante illis legibus aſſignatam. protinus illi ſatiſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

faciendum eſt,etiam patres ipſos eccleſiaſticos non ex ſeipſis neqꝫ
ſuo ſenſu huiuſmodi pœnam ſuis ſanctionibus apponere: ſed deo
authore ac ſuggerente.cuius magiſterio,ſicut regulas & leges ec-
cleſiaſticas condiderũt:ita eiuſdem authoritate monituq́ꝫ, tales de
finierunt pœnas illarum legum tranſgreſſoribus. Vt non ſolum
ipſa ſtatuta,ſed & tranſgreſſionis eorum pœnę:etiam ex deo ſint.
& totum in illis ordinationibus ſit opus dei tanquam præcipui au
Gene.3. thoris. Adde quod diuina lege multis in locis cautum eſt:inobediẽ
2.Regum.2 tiam in deum inferre mortiferam animæ noxam,æternæq́ꝫ mor-
tis reum hominem reddere. Ex qua declaratiõe diuinitus facta &
generatim,deducitur rectũ cõſequio & hæc ueritas:trãſgreſſionẽ
mãdatorũ eccleſiæ ingerere labem animæ letiferã,& addicere ho-
minẽ ꝑpetuæ damnationi.quod huiuſmodi trãſgreſſio,ſit inobedi
entia in matrem eccleſiã & patres eius rectores:& demũ inobediẽ
tia in deum. Conſtat igitur,huiuſmodi deſignationẽ pœnæ in ec-
cleſiaſticis legibus factã:pẽdere etiã ex diuina lege. & ex determi-
IIII natiõe pœnæ ꝑ hanc explicata. ¶ Octaua obiectio. Iudex & pote-
ſtate ſuperior nõ poteſt niſi illa imperare:quæ poteſt ipſe diſcerne
re & cognoſcere. Quæ uero eius fugiunt notionẽ & ſcientiã: quo
modo à ſuis ſubditis recte exiget,aut pro illorũ prætermiſſiõe pœ
nam depoſcet? Atqui ſolus deus,actus internos diſcernit & intue-
tur:quibus præcipue gloria uel ſuppliciũ æternum debetur. Actꝰ
autem extrinſeci: ab illis actibus internis boni uel mali iudicãtur.
Ergo nõ poteſt eccleſia actus intrinſecos agẽdos alicui imponere:
cũ illos non cognoſcat nec diſcernat. Quare etiam nõ poteſt ipſa
decernere p̄uaricatoribus ſuorũ p̄ceptorum:reatum culpæ morta
lis aut damnationem æternam,cum huiuſmodi pœna potiſſimũ
depẽdeat ex malitia actuũ interiorũ:in quos eccleſiaſtica poteſtas
V. nullũ habet ius & authoritatẽ. ¶ Reſpõſio. Admittendũ eſt:quic
quid hæc aſſumit ratiocinatio. Cum ea tamẽ quæ ſecũdo loco af-
fertur propoſitione,& hæc eſt tribuẽda: quod nõ ſolis actibus in-
ternis gloria & ſupplicium debetur,ſed etiam externis, quoniã &
hi,à domino præcepti ſunt,qui de bonorũ ſunt genere:mali uero
prohibiti,ex decalogo præceptorũ dei. Quales ſunt,eleemoſyna-
rũ erogationes,ieiunia,oratiões,& earum actionũ bonarum in ex
teriora prodeuntiũ oppoſitæ tranſgreſſiones.ſicut & p̄uaricatio-
nes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes mãdatorum dei, ſiue affirmatiõe ſiue negatiõe expreſſorum:
quæ haud dubie pœnam depoſcũt. Vnde & uiceſimũ quintum Mat. 25
Matthæi caput (ut interim alios ſcripturæ locos pene innumeros
ſubticeamꝰ) manifeſte prodit: ijs qui miſericordię opera proximis
impẽderint, deſignãdum immortale præmium, illis uero qui ea ne
glexerint: perenne ſuppliciũ. Porrò eccleſia ipſa et præcipui eius
paſtores, ſicut interiores hominũ actus in ſuo foro exteriore nõ di
ſcernũt: ita nec ſuis legibus aut regulis ad eos primũ & præſertim
aſtringũt, neqꝫ etiam de illis agẽdis præcipue ſanctiões ſtatuũt. Ni
hilo ſeciꝰ ex oppoſito, ſicut exteriores hominũ oꝑatiões haud ma-
gno negocio diſcernũt: ita de illis exercẽdis leges recte ſtatuunt, &
legũ illarum tranſgreſſoribus haud iniuſte pœnas definiũt. Nẽ-
pe tranſgreſſiones illæ. non niſi ex prauis actionibus internis pro-
dire poſſunt: perinde atqꝫ noxiꝰ fructus ſemper ex mala progignit̃
arbore. & exinde cõuincuntur huiuſmodi operationes externę eẽ
improbæ: qm̃ recte poſitis legibus ſunt aduerſę, atqꝫ ꝓinde dignæ
pœnis illis: quæ per legum poſitiones ſunt definitæ. ¶ Nona ob- VI.
iectio. In ſacris eloquijs ſunt multa conſilia, monita, exhortationes
& comminationes: quibus nequaquã intendit nos deus aſtringere
per mortis æternæ interminationem. Quinimmo & in diuinis prę
ceptis, benigna interpretatio locum habet: neqꝫ quælibet eorum
prætergreſſio, cenſeri debet letale crimẽ. Aliud enim peccatũ eſt
(ut egregie ſentit præclarus uir, Ioãnes Gerſon) pleno ac delibera Ioannes Gerſon
to cõſenſu in legem diuinam impingere, aliud uero: ex ſurreptiõe
& imperfecto conſenſu, pedem in illam offendere. Ergo & eccle-
ſia ipſa in ſuis ſynodis ac determinationibus cõciliorum atqꝫ ſtatu-
tis: aliqua debet ꝓponere ut cõſilia & monita, & nõ paſſim omnia
ut præcepta, ſub comminatione incurrẽdi mortale peccatũ. Simi
liter & ipſa eccleſia ut mater pientiſſima in filios ſuos: in ſuis pręce
ptis uti debet benigna interpretatiõe & moderata. neqꝫ omnes de
linquẽtes in illa, decernere obnoxios eſſe mortali culpæ: ſed habe
re rationem fragilitatis humanæ, plęrũqꝫ ex infirmitate aut igno-
rantia peccantis. ¶ Reſponſio. Admittẽdũ eſt, quicquid in hac ra VII
tiocinatiõe & aſſumitur & cõcluditur: quoniam nihil in ea dictum
deuiat à uero, neqꝫ ijs quæ ante ſunt allata repugnat. Nempe etiã
eccleſia, multa proponit agenda ut conſilia & exhortationes: quo

rum omiſſionibus nullam decernit pœnã. quemadmodũ libera ieiu
nia, & ex deuotione arbitraria uolentiũ ea obſeruare in aliquorum
feſtorum ſolennium uigilĳs: & liberam ſanctæ euchariſtiæ ſuſce-
ptionem in celebrioribus anni ſolennitatibus. quam qui prætermit-
tit: non incurrit idcirco peccati labem. Neq; intẽdit eccleſia ſancta
obligare filios ſuos ad aliquid ſub interminatione incurrendi crimi-
nale peccatũ aut mortis æternæ reatum: niſi in eis præceptis in qui
bus illam exprimit pœnã ac aperte annectit, aut ſaltẽ in quibus uer
bum præcipiendi aut tantundẽ ualens explicat. Vtit̃ itidẽ ipſa ma-
ter noſtra clementiſſima in ſuis præceptis eadem benigna modera
tione: quam dicit uenerabilis cancellarius Pariſiẽſis eſſe obſeruan-
dam in diuinis mandatis. Non enim intelligit ipſa obſtrictos eſſe ad
pœnã deſignatã, ſuorũ præceptorũ tranſgreſſores: niſi eos qui pleno
atq; electione prodeunt conſenſu atq; ex certa malitia, ea præuari-
cantur: aut ex ignorantia craſſa ſiue affectata, aut ex uehementi cu-
piditate, cui (ut debet) animus nõ reſiſtit, aut alio quouis modo: quo
etiã in diuinis præceptis uiolandis eſt tranſgreſſio mortalẽ culpã in-
gerens animæ & ad æternæ dãnationis detrudens barathrum.

¶ Concilia generalia, ab errore noxio prorſus eſſe aliena eademq́; recte in ſuis canonibus pœnam tranſgreſſoribus inducere. Cap. XVII.

I. DEcima obiectio. Concilia generalia eccleſiæ ſaltẽ ali
qua, multis ſunt ſuſpecta: atq; in dubiũ trahunt an
in ſpiritu ſancto fuerint legitime cõgregata, q̃a quæ
dã (ut nonnulli cõtendunt) errauerunt in ſuis ſtatu-
tis ac ſanctionibus. Inſuper dubiũ etiam eſt an ſpiri
tus ſanctus illis conciliorũ inſtitutis intendat homines tam diſtricte
obligare: ut ea præuaricantes æternã incurrant mortem. quod non
eſt credendum: niſi euidenter & manifeſte illud ſuũ beneplacitum
demonſtret. Quod ſi non reuelet ſpiritus ſanctus illã eſſe ſuã inten
tionẽ ac uoluntatẽ: id argumentũ eſt non inualidũ, q̃ non proponit
obligare per illa decreta homines ad æternę dãnationis pœnam ob
tranſgreſſionẽ: ſed duntaxat ad aliquã pœnã temporalẽ. Inualida
II. ſunt igit̃ conciliorũ ſtatuta: quantũ ad uim illam obligatoriã. ¶ Re-
ſponſio. Bene affectis in deũ & ſanctã eccleſiam nequaq̃ ſuſpecta
ſunt ipſa concilia uniuerſalia. ſed ĳs tantum: qui ſchiſmata ſuſcitare
ſtudent,

ſtudent, & dirã diſſectionẽ populo Chriſtiano inducere ꝑ hæreſes.
Enimuero qm̃ perſpiciunt illis improbis ſuis conatibus & prauis do
gmatibꝰ obſtare concilioꝝ definitiones ac decreta: moliuntur totis
uiribus ea eneruare, ut maiore licẽtia & fidentiore audacia hoc ad-
empto obſtaculo graſſentur in populum dei. Neq; unq̃ generalia
concilia in ſpiritu ſancto legitime congregata, aberraſſe à uia uerita
tis deprehenduntur: potiſſimum in ijs definiendis quæ ad orthodo
xam fidẽ rectoſq́; mores attinent. quamnis oppoſitam aſtruat ſen-
tentiã Lutherus & aſſectatores eius: quibus ea in re non eſt haben
da fides. Quomodo enim ex immenſa luce conſurgent horrẽdæ te
nebræ: aut ex feruentiſſimo calore frigus aſperũ, aut ex ſuauiſſimo
fonte profluet unda amarulenta? Sic ſane à ſpiritu ſancto (qui ſpiri Ioan.16.
rus eſt ueritatis) ſacroſanctaꝝ ſynodoꝝ præſide: neq; falſitas aliqua
neq; improbus error proficiſci põt. At uero ſpiritus ſanctus ipſis ge
neralibus concilijs (ut dictũ nunc eſt) præſidens, ſuũ manifeſte decla
rat propoſitũ: ꝙ uelit præcepta in illis conſtituta obligare ſubditos
eo rigore, ut tranſgredientes ea rei ſint mortiferi criminis & mortis
illud cõſequentis: quando inducit ipſos patres eccleſiaſticos aſſiſten
tes cõcilijs, ad exprimendã talẽ obligationẽ, decernendáq; trãſgreſ-
ſoribus huiuſmodi pœnã. Illa ſiqdẽ pœnæ expreſſio, ſicut & prçce-
ptorum ſynodaliũ conſtitutio: eſt à ſpiritu ſancto, totius cõcilij dire-
ctore. Neq; expetenda eſt alia diuini ſpiritus reuelatio: qua certio-
res fiant homines bonæ uoluntatis eius, ſuper qualitate & conditio
ne pœnæ imponendæ. ¶ Cæteꝝ id unũ lubens tribuerim Luthe- III.
ro & aſtipulatoribus eius: cõcilia quidẽ hæreticoꝝ iuſſu atq; aſſen-
ſu cõuocata, aberraſſe à recta fidei linea & æqtatis amuſſi, de qbus
tñ in præſentis obiectionis dilutione non ſumus prolocuti: nec de
illis, ꝓcedens noſter agit̃ ſermo. Quale fuit cõciliũ illud apud Me- Cõcilium Me
diolanũ, iuſſu Cõſtantij imꝑatoris Arriani celebratũ: ad Athanaſii diolanenſe.
catholicę fidei propugnatoris acerrimi, cõdẽnationẽ procurandã.
In q̊ epiſcopi catholici: Dionyſiꝰ, Euſebius, Paulinus, Hilarius, & alij
nonnulli, quia noluerunt ſubſcribere damnationi Athanaſii: in ex
ilium ſunt pulſi. ut narrat hiſtoria eccleſiaſtica libri decimi, capite
uiceſimo. Quale etiã fuit cõciliũ Ariminenſe: paulo poſt ab epiſco Ariminenſe.
pis Arrianæ factionis cõgregatũ. In quo orientales prçſules ſua cal
liditate & aſtu, occiduæ plagę ſacerdotes circũuenerũt: aſtutoq́; ua

framento ad ſuſtollendam cõfeſſionẽ fidei de cõſubſtãtialitate filij dei cum patre, in Niceno cõcilio prius approbatam, eos induxerũt. quemadmodũ diffuſe refert hiſtoria eccleſiaſtica libri decimi capite uiceſimoprimo. Proinde eãdem hæreticorꝫ cõſpirationẽ merito dãnat Gelaſius papa: decimaquinta diſtinctione capite ſancta Romana. his uerbis. In primis Ariminẽſem ſynodũ, à Cõſtantio Cęſare Cõſtãtini filio cõgregatã mediãte Tauro pſecto: ex tũc & in æternum cõfitemur eſſe damnatã. Eiuſmodi quoq; fuit cõciliũ deinceps apud Antiochiã Syriæ celebratũ: ſub præſentia Cõſtãtij principis, in Arrianos maxime ꝓpẽſi, & in cõſeſſu nonagita epiſcoporꝫ: ubi Athanaſius pro fidei ſyncæritate pugil fortiſſimus: ſede ſua epiſcopali (quam in Alexandrina tenuit eccleſia) eiectus eſt, exilioq; damnatus: ut deinde facilius Niceni cõcilij robur & authoritas ſuſtolleretur, præualeretq; mẽdacium ueritati. ſicut hiſtoria Tripartita: libri quarti capite nono latius commemorat. Demum cõſimilis itidem formæ fuit & conciliũ, poſtea apud Seleuciam Iſauriæ coadunatum: centum & ſexaginta epiſcoporum. In quo Nicenæ ſynodi fides de conſubſtantialitate filij cum deo patre, peſſundata eſt: & per oppoſitum hæreticorꝫ decretũ cõculcata. ut hiſtorię Tripartitæ liber quintus: triceſimo quarto cap. apertius enarrat. Sed tandẽ uicit ueritas, qm̃ inſurrexerunt in eã teſtes iniqui: & mẽtita eſt iniquitas ſibi. At uero cõcilia, catholicorꝫ patrũ iuſſu cõſenſuq; coacta: neutiq̃ in fide oberraſſe deprehẽduntur. qualia in primis fuere celeberrima illa octo cõcilia uniuerſalis eccleſiæ: de qbus ſermo texit͛ profuſior in uolumine decretorꝫ, diſtinctione decimaquinta & decimaſexta: potiſſimũ cap. ſancta octo. Et poſt illa, longo interiecto tẽpore (ut interea multa alia taceamus cõcilia: cũ ſumma eccleſię totius authoritate & cõſenſione cõgregata) nominatiſſimũ illud cõciliũ Lateranẽſe: ſub Innocẽtio tertio, ſummo põtifice. Dein de Lugdunẽſe: ſub Gregorio decimo. Poſtea Viẽnenſe: ſub Clemẽte quĩto. & demũ Cõſtãtiẽſe ſub Ioãne uiceſimo tertio & Martino quinto. quod plane nationũ oĩm Chriſtiani orbis cõcurſu pariter & aſſenſu: approbatiſſimũ fuit & celebratiſſimum. In quo Vicleſiana hæreſis & Huſſitana (quẽadmodũ ſupra etiã eſt dictũ) publica cẽſura ẽ cõdẽnata. Vñ & Lutherana iſta colluuies tãq̃ genimẽ uiperarꝫ prodijt: haud dubie cõſimili iudicio & anathemate digna.

¶ Quod

Gelaſius.

Antiochenũ.

Cõciliũ apud Seleuciam.

Pſal. 26.

Conciliũ Lateranenſe
Lugdunenſe
Viennenſe
Cõſtantienſe

¶Quod ſi qs obiectet, unius cõcilij decreta per alterius ſubſequen IIII.
tis ſynodi ſanctiones oppoſitas plerunq; improbari, inualidaſq; red
di: & proinde in ipſis plærunq; cõcilijs etiam generalibus, halluci
nationes fieri: audiat Innocentium tertium, in concilio generali
memorabile id decretum depromentem: quod in quarto libro e-
piſtolarum decretalium, titulo de cõſanguinitate & affinitate, ca.
non debet. ita cõtexitur. Nõ debet reprehẽſibile iudicari: ſi ſecun-
dum uarietatem temporum, ſtatuta quandoq; uariẽtur humana.
præſertim cum urgens neceſſitas aut euidens utilitas: id expoſcit.
quoniã ipſe deus ex ijs quæ in ueteri teſtamento ſtatuerat: nõnulla
mutauit in nouo. hæc ibi. Itaq; quod in uno cõcilio prius cõſtitutũ
fuerat: poſtea ob emergẽtes nouas cauſas & omnino aliã reꝝ con-
ditionẽ, rationabiliter abrogatur aut cõmutatur in melius. ¶Vn- V.
decima obiectio. Quãuis cõcilio generali ob aſſiſtentiã ſpiritꝰ ſan-
cti ea cõcederetur authoritas: definiendi pœnã ſuoꝝ canonũ trãſ-
greſſoribus, mortiferi criminis noxã & æternę dãnationis reatum,
in aliquibus ſtatutis totũ uniuerſalis eccleſiæ ſtatum cõcernẽtibus:
ea tamen poteſtas nunquã particulari alicui paſtori eccleſiaſtico
ut epiſcopo, uidetur indulgẽda. Tũ quia tunc unuſquiſq; pontifex
pro ſuo nutu & arbitrio in ſua diœceſi pręcepta inſtituet, trãſgreſ-
ſores ad mortale peccatũ & inferos obligãtia: & quos uolet, demer
get in lacũ infernũ. Et ita ſalus hominis repoſita erit in arbitrio e-
piſcopi: utq; eũ dãnet in mortẽ æternã, ſi libitũ illi fuerit. Tũ etiã
qa põt ipſe præpoſitꝰ eccleſię & paſtor interdũ minus eſſe prudẽs
& circũſpectꝰ: qui pro ſua libidine talia ſtatuta, definiẽtia trãſgreſ-
ſores eoꝝ eſſe peccati mortalis reos, temere cõdet, & ſine ulla matu
ra diſcretiõe. unde grauia accidẽt incõmoda: multoꝝq; pedibꝰ inij
ciet laqueus pditiõis. Tũ deniq; quia dñs deus paſtores ordinauit
& rectores, ut dominicũ gregẽ paſcãt & enutriãt: nõ autẽ, ut diſp
dant & occidãt. At per talia ſtatuta cum tanta ſeueritate obligato
ria põtifices ipſi mortificarẽt animas ſubditoꝝ, quas deberẽt uiuifi-
care. ¶Reſpõſio. Nõ modo cõcilijs generalibus, ſed & paſtoribus VI.
authoritate maioribus: ut ſummo põtifici, patriarchis, archiepĩs et
epiſcopis, illa poteſtas inſtituẽdi præcepta (quoꝝ trãſgreſſio definia
tur eſſe peccatũ mortale: ac dãnationẽ perpetuã inferre) eſt colla-
ta. qua tñ uti debẽt dũtaxat ad ædificationẽ eccleſiæ et ſubditoꝝ:

Innocentius tertius.

et nõ

& nõ ad eorum deſtructionẽ & ſubuerſionẽ, eandẽq; exercere de
bent cum circũſpectione ac maturitate: occurrẽte ſcilicet rationabi
li cauſa, & materia legitima ac debita. Idcirco huiuſmodi pręcepta
ſancire debẽt præcipui eccleſiarũ rectores, nõ quidem paſſim in q-
buſuis rebus leuib⁹ & parui momẽti: ſed arduis ac grauibus & ma
gni põderis, ad quas conſtituẽdas: aut urgẽs impellit neceſſitas, aut
ingẽs utilitas, aut magna reipublicæ eccleſiaſticæ honeſtas. ubi eti
am qualitas materiæ id efflagitat: & præſens rerũ cõditio. quod i-
pſa prudẽtia paſtorum, maturo innixa cõſilio: exacte diſcernere de
bet & expendere. Id ubi fecerint moderatores eccleſiaſtici: nõ e-
rit poſita ſalus & damnatio ſubditorum in uoluntate prælatorũ,
ſed cuiuſq; eorũ anima manebit in manibus ſuis. Nempe paſtores
ipſi per talia ſtatuta & pœnæ determinationẽ in trãſgreſſores, nõ
impellũt ſubditos ad illorũ ſtatutorũ præuaricationem: ad quã ſe-
quitur culpa mortalis & dãnatio æterna. ſed quãtũ ex ſe poſſunt,
inducunt ſubiectos ſibi ad obſeruationẽ illorum: ad quã ſequitur
ipſorum ſalus & uita. Subditi autem, ſua ꝓpria malitia & ꝑuerſitate
ꝑuaricantur illa ꝑcepta: & ita ſpõte ſua incurrũt pœnam trãſgreſ-
ſorib⁹ definitã, atq; à ſeipſis. Quare ipſi ſoli ſeipſos ꝑcipitant in dãna
tionẽ & propria ſua uoluntate: nõ culpa paſtorum. Iliusq; morta-
lis culpæ reatum & mortis æternæ pœnã quã incurrunt: ſibi ipſis
ſolis debẽt imputare, non ſuis paſtoribus. Quod ſi præcipu⁹ eccle-
ſiæ rector inconſulte ac temere huiuſmodi præcepta multiplicet,
quod minus ſit prudens & maturus in rebus illis agendis: inconſul
ta illius temeritas ſuperiore authoritate eſt coercenda, & ne effre
nis inſoleſcat: frenanda. Siquidem eius ſubditi ſi uiderent eũ nulla
poſſe ratione abduci à ſua ſentẽtia: nullis deneganda uia iuris legi
time uti poſſent, prouocatione ſcilicet ad ſublimioris gradus eccle-
ſiaſticũ pręſidẽ, qui nimiam illorũ præceptorũ multiplicationẽ ſuc
VII cidat. ¶ Demũ ipſi paſtores eccleſiaſtici non diſperdunt nec occi-
dũt ſubditos quãtum ad animam: per huiuſmodi præceptorũ rati
onabilẽ conſtitutionẽ, ſed ipſimet ſubditi pręuaricantes ea: ſeipſos
perdũt & damnãt. Quemadmodũ ſi peritus medicinæ legem con
ſtituat ægroto quod talibus debeat ueſci cibis, & ab alijs cõtrariæ
qualitatis alimẽtis abſtinere: alioqui incurret mortem corporis. ſi
deinde ægrotus acceptis huiuſmodi præceptis à medico, ſequens
ſuam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuam cōcupiſcentiā non utatur ijs cibarijs quibus eū uti præcepit medicus:ſed contra ijs ueſcatur, à quibus peritus ille medicæ artis illū iuſſit abſtinere, eamq́ʒ ob cauſam expiret animā ac moriatur: quis illius mortē recte imputauerit medico, eo quod denūciauerit illi q̄ ſalutaria ei forēt edulia, & q̄ mortifera? Certe ſolus ægrotus in cauſa eſt ſui interitus: qui recta medicātis præcepta nō ſeruauit.

¶ Duodecima obiectio. Si ſubditi paſtores ſuos cōtemnūt diuina p̄cepta imperātes: haud dubie deū in illis cōtemnūt. Si aūt tranſgrediātur ſtatuta ſuorū paſtorū & quæ ab ipſis primū ſunt ordinata: nō cenſentur in illis deum cōtemnere, quoniam illa nō ſunt diuina præcepta ſed tantū humana. Ergo in horum p̄ceptorū tranſgreſſione nō eſt reatus culpæ mortalis: nec periculū ſubeundæ damnationis æternę. VIII

¶ Reſponſio. In utrorūqʒ præceptorū trāſgreſſione profecto cōtemnitur deus: quia pręcepit ipſos eccleſiæ rectores audiri debere à ſubditis, nō modo in diuinorū mādatorū iuſſione: ſed & humanorum atqʒ ab hominibus poſitorum, quæ rationabilia ſunt & ad honoratiorē dei cultum morumq́ʒ honeſtatem ptinētia, cum dixit de præpoſitis eccleſiæ ad ſubditos apud Matthęum. Omnia quæcūqʒ dixerint uobis: ſeruate & facite. Qui enim omnia dixit, & quæcunqʒ: nihil excepit. Siquidē talia p̄cepta ab eccleſiæ primoribus ædita: nō ſunt mere & ſimpliciter humana, ſed nec omnino diuina, ut ante quoqʒ eſt dictum: ſed partim humana & partim diuina. Humana quidē: q̄d ab hominibus in propatulo ptimū lata ſunt & promulgata, non recepta à deo exteriore ad id faciundū iuſſione & peculiari præceptione. Diuina uero: ꝓpter interiorem & primū authorem deum, mouentē corda ipſorum patrum eccleſiaſticorum ad ea conſtituenda pręcepta. De quibus etiam uerū putari debet id uerbū Chriſti ad apoſtolos: potiſſimum cū ipſi ſanctas ædunt traditiones, ad dei honorē ac animaꝝ ſalutē ſpectātes. Non uos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris ueſtri, q loquitur in uobis. Poſſent & eadem rite cōſtituta p̄cepta à paſtoribus eccleſiaſticis & rectoribus dominici gregis: appellari diuina quodā modo: ꝓpter materiā circa quā uerſant, ptinētē ad dei honorationē, eccleſiaſticæq́ʒ rei dignitatē & decus. necnō ꝓpter deductionē eoꝝ recto quodā cōſequio: ex ijs q̄ in ſacris literis exprimūtur. Nēpe adminiculo etiā alioꝝ q̄ ſubſumi queāt extra diuinę IX Mat. 23. Mat. 10.

paginæ ambitũ,& adijci ratiocinatiõi cõtexẽdæ: huiuſmodi ſtatu
ta ex ſacroꝝ eloquioꝝ fonte apta quadã manuductiõe hauriũtur:
ꝓpter q̃d huiuſmodi moderatoꝝ eccleſiæ p̃cepta: habẽt quãdã re
ductionẽ & habitudinẽ ad diuina mãdata. Quocirca exponentes
Lucæ 10 Mat. 23. hãc ꝓpoſitionẽ euãgelicã. Qui uos audit:me audit. & qui uos ſper
nit:me ſpernit. & hãc. omnia q̃cũq; dixerint uobis: ſeruate & faci-
te atq; cõſimiles, ſolũ de paſtorib⁹ eccleſiaſticis diuina p̃cepta ĩpãti
b⁹: ꝑperã interp̃tãt̃ ſacrã ſcripturã, eãq; ad ſuũ cõtorquẽt ſẽſum ꝓ
arbitrio ac nutu ſuo. ut uideat̃ pagina ĩpa diuĩa fauere aſſertiõi ſuę
quã tutãt̃ & ſuſtinẽt: cũ t̃n ab ea ſit lõge aliẽa, diuerſa et diſcrepãs.

¶ Non omnes humanas traditiones ſine diſcrimine, à deo
reprobari: ſed eas duntaxat, quæ diuinis præceptis ſunt cõ
trariæ, & animarum ſaluti officiunt. Cap. XVIII.

I DEcimatertia obiectio. Per Eſaiã cõquerit̃ dñs de ijs
q traditiones hũanas diuino cultui immiſcẽt, his uer
Mat. 15. Eſaię 29. bis: quæ apud Mattheũ à Chriſto cõtra phariſæos
adducũtur. Sine cauſa colunt me: docẽtes doctrinas
& mãdata hominũ. Et in alio loco apud eundẽ euã-
geliſtarũ dominus ſcribas & Phariſęos acriter reprehẽdit: atq; ſub
eoꝝ typo quoſuis eccleſiaſticos rectores, moꝝ qualitate illis p̃ſimi
Mat. 23. les, dicens. Alligãt onera grauia & importabilia, & imponũt in hu
meros hominũ: digito aũt ſuo nolũt ea mouere. Rurſum Chriſt⁹
Lucæ 10. in euãgelio inſinuat unicũ dei uerbũ eẽ neceſſariũ ad ſalutem: nõ
multitudinẽ hũanaꝝ traditionũ, cũ dicit, Porrò unũ ẽ neceſſariũ.
Gala. 1 Deniq; diuin⁹ Paulus abijciẽdas eẽ in religionis obſeruatione re-
gulas hũanas edocet: cũ ita ſcribit ad Galatas. Sed licet nos aut an-
gelus de cælo euangelizet uobis p̃terquã quod euangelizauimus
uobis: anathema ſit, ſicut prædiximus. Et nũc iterũ dico, ſi quis uo-
bis euãgelizauerit p̃ter id quod accepiſtis: anathema ſit. Non ha-
bẽt igitur humanæ ſanctiones in eccleſiaſticis rebus uim legis: ſed
II. explodẽdæ potius ſunt & reijciendæ. ¶ Reſpõſio. Horũ quatuor
locoꝝ ex ſcriptura citatoꝝ prim⁹, ſane intelligit̃ de doctrinis & mã
datis hominũ: diuino p̃cepto aduerſantibus ac recte rationi. q̃le e-
rat id Phariſæorum placitum: quod ſatius ſit munus aliquod deo
offerre in templo, quàm parentũ neceſſitati ſubuenire. Propter
quod, grauiter increpat dominus phariſæos: id eis obiectans. Qua-
re &

re & uos tranſgredimini mandatum dei: propter traditionem ue- Mat. 15
ſtram? Et rurſum ibidem. Irritum feciſtis mãdatum dei; ꝓpter tradi Mat. 23.
tionem ueſtrã. In alio quoq; Matthæi loco eoſdẽ dominus ſeuere
ob huiuſmodi decreta diuinis cõtraria legibus inſectatur. Apoſto
licæ autem traditiões, ſacrorũq; cõciliorum canones & cõſtitutio-
nes eccleſiaſticæ, ad directionẽ fidelium diuturno uſu receptæ, nõ
aduerſantur p̄ceptis dei & euãgelicis legibus: ſed maxime illis cõ-
ſentiũt, & ad ea facilius exequẽda magnum afferũt p̄ſidium. Quo
circa uerbum illud ꝓpheticum: nequaquam de huiuſmodi ſancti
onibus euãgelio ſupadditis afflatu ſpiritꝰ ſancti, eſt intelligẽdum.
¶ Porrò in ſecũda propoſitiõe ex euãgelio obiecta rep̄hẽditur im III
moderata traditionum humanarũ grauitas, ac intolerabilis ſarci-
na: quæ citra diſcretiõem imponitur humeris hominum, cũ debe-
ant illæ recta mediocritate eſſe determinatæ: neq; uires humanas
nimio premere pondere. Sugillatur etiam oneroſa illa legum hu-
manarum impoſitio in ſubiectos: quãdo qui eas cõſtituerũt, obſer
uare eaſdem detrectant, cum deberent illi ſuo exemplo alios ad le
ges illas integre cuſtodiendas inducere. In ſanctionibus autem ec-
cleſiaſticis debita moderatione definitis: neque immani onere ea-
rum degrauantur ſubiecti, neque ipſarum iugum recuſant recto-
res qui illas conſtituerunt. ¶ Tertius uero locus ſcripturæ ex euã- IIII
gelio in præſentia adductus, ſcilicet id uerbum Chriſti ad Mar-
tham, porrò unum eſt neceſſarium: nequaquam apte ſuffraga-
tur aduerſariorum propoſito. Non enim unum, ibi ſumitur ſecun
dum probatos loci illius expoſitores: pro uerbo dei aut ſermone in
euangelio contento, ut uolunt qui hæc nobis obiectant. ſed pro
unitate mentis in deum collectæ, per internam contemplationem
atque quietem. Quę quidem unio atque adhæſio animi cum deo,
per intimam tranquillamq; ſpeculationem: eſt ad ſalutem conſe-
quẽdam maxime neceſſaria & expediens, reiectis diuiduę uitę &
in plurima diſtractæ nõ ſine ingenti turbatione, curis. Et hæc uni
us acceptio atque ſignificatio in prædictis domini uerbis: maxime
illi loco euangelico eſt conſentanea, quemadmodum præcedẽtia
pariter & ſequẽtia eiuſdem narrationis uerba, liquido produt. Sed
ne ſine authore loqui uideamur: audiatur uenerabilis pater Beda,
ita in ſuis ſuper Lucam commentarijs hoc Chriſti dictum, por- Beda.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ro unum eſt neceſſariũ:exponẽs, Beatꝰ (inquit) Dauid, ſolũ hoc (pa
catis ſcilicet uitioꝝ tumultibus: optata iã in Chriſto mentis quiete
perfrui, quod proxime in ea ſua expoſitione præmiſerat) neceſſa-
Pſalmo 72. rium homini eſſe definiens: deo iugiter inhærere deſiderat, dicẽs.
Pſalmo 26. Mihi aũt adhęrere deo bonũ eſt: ponere in domino deo ſpẽ meã.
Et alibi: idẽ ait. Vnam petij à domino, hanc requirã: ut inhabitẽ in
domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Vt uideã uoluntatẽ do-
mini: et uiſitem templum ſanctum eius. Vna ergo et ſola eſt theo
ria, id eſt contemplatio dei: cui merito omnia iuſtificationum meri-
ta, uniuerſa uirtutum ſtudia poſtponuntur. hæc ille. Sed et Nico-
Nicolaus Li ranus. laus Liranus nõ obſcuri nominis interpres, et in explanãdis ſacris
literis exactiſſimæ diligentiæ: ſic eundem locum elucidat. Por-
rò unum eſt neceſſariũ. ſcilicet ipſe deus: qui unus eſt, et præ omni
bus quærẽdus. Vel unum, id eſt unitas mentis ad deum. Et iſtud
reſpicit uitam contemplatiuã: per quã mens adhæret deo, qui eſt
ſimpliciter unus. ſecundum quod dicit apoſtolus, primæ epiſtolæ
1. Corin. 6. ad Corinthios ſexto capite. Qui adhæret deo: unus ſpiritus eſt. Si
cut ecõuerſo per uitã actiuã intẽdendo creaturis quæ multæ ſunt:
anima diuiditur. Sic ille. Vtraqꝫ aũt harꝫ expoſitionũ à Lirano iã
Auguſtinus. aſſignatarꝫ: etiã reſpondet ſentẽtiæ beati Auguſtini, & intelligen
tiæ eorundẽ uerboꝝ domini: quam tradit præclarus ille doctor in
homelia, euangelij illius explanatoria. Ex quo, liquido cõſtat: ad-
uerſarios ipſos perperam applicare illum ſcripturæ locũ ad dei uer
bũ, ſiue eloquiũ ſacrum in euangelio expreſſum. eoſdemqꝫ inique
contendere, id ſolum (abiectis atque neglectis reliquis omnibus)
eſſe ad ſalutem neceſſariũ. cum huiuſmodi eoꝝ ſenſus: manifeſte
deprehendatur illi loco euangelico minime congruere. ¶ Verꝫ id
unũ illis ultrò & gratis admittamus: quod prędictũ domini uerbũ,
porrò unũ eſt neceſſariũ: inſinuet (ut uolunt) eloquiũ euangelicũ
eſſe neceſſariũ ad ſalutẽ. non tamen cum excludendi particula id
enunciatur, quæ ſignificet id ſolum eſſe neceſſarium. Quare cũ di
cti illius euãgelici ueritate cohæret & id: alia nõnulla pręter id unũ
& cũ illo uno, eſſe neceſſaria. utpote decreta apoſtolica, ſanctarꝫ ſy
nodoꝝ canones: & eccleſiaſticas traditiones diuturno uſu robora-
tas. Non eñ quicquid neceſſariũ eſt: cõprobatur eſſe et ſufficiens,
ſed interdũ etiã indiget alterius neceſſarij adminiculo: ut integrũ
opus

opus conficiat. Neceſſariũ ſiquidem eſt corpus, ad hominis compo
ſitionem: ſed et anima rationali opꝰ eſt, ut integer homo coaleſcat.
Sic & neceſſaria ſtatuæ materia: formæ per artem inducendæ ad-
iectionem expoſcit. ¶ Conſimiliter itidem intelligendũ eſt et illud V.
beati Petri uerbum: in priore ſua epiſtola canonica poſitũ. Si quis 1. Petri 4.
loquitur: quaſi ſermones dei. quod et Lutherani ſolent aſſumere
in ſuæ aſſertionis confirmationem. Significat enim hiſce uerbis Pe
trus: primo loco et præcipuæ, dei uerbũ in ſermonibus noſtris eſſe
proponendũ. ut inter annũcianda populo: obtineat illud primatũ
et ſupremũ gradũ. Non tamen aſtruit in p̄dicta ſententia Petrus:
ſolũ dei uerbũ eſſe depromendum in conſpectu populi Chriſtia-
ni, cœtuiq; publico id duntaxat ediſſerendum: quod in euangelio
cõſcriptũ cõperitur. cum ibidem & leges eccleſiaſticæ ultra euãge
liũ cõſtitutæ: etiã recte denunciẽtur obſeruandæ. Verũ id Luthe
ranis familiare eſt ac germanũ in primis, quę ſine excluſione dicta
ſunt: per adiectã excludendi notã cõſtringere ac coarctare ad ali-
qua, cęteris excluſis. Sed nonne id ipſum eſt ſcripturã detorquere
ad alienũ ſenſum: ac penitus deprauare? Põt & illa beati Petri pro
poſitio recte exponi in hanc ſentẽtiã. Si quis loquit̃ exhortatoriũ
ſermonẽ ad populũ: ea uerba loquat̃ quaſi ſermones à deo ſibi ſub
miniſtratos ut fonte totius ſapiẽtiæ, datoreq; uerbi: nec ea ſuo aſcri
bat ingenio, aut putet ex ſeipſo hauſiſſe. Cui q̄dẽ ſentẽtiæ, & quæ
p̄cedũt in eo epiſtolæ cõtextu, & quæ ſequunt̃ eiuſdẽ apoſtoli uer
ba aptiſſime quadrant, hoc mõ. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã: in 1. Petri 4.
alterutrũ illã adminiſtrãtes, ſicut boni diſpẽſatores m̃ltiformis gra
tiæ dei. Si quis loquitur: quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat: tanq̄
ex uirtute quã ſubminiſtrat deus. ut in omnibus honorificet̃ deus
per Ieſum: cui eſt gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Verũ
ex hac poſteriore datæ propoſitionis intelligẽtia: nullã poſſunt Lu
therani arripere anſam ſtabiliẽdæ ſuæ poſitionis, de abolendis cõ-
ſtitutiõibus eccl̃iaſticis. ¶ Demũ in quarto ſacræ ſcripturæ loco, in VI.
præſenti obiectiõe adducto, & ex epiſtola beati Pauli ad Galatas
deſumpto: particula p̄ter, nõ diuerſum excludit prologũ aut uerbi
p̄coniũ, ſed cõtrariũ & repugnãs ijs quæ euãgelizauerat Paulus.
Nẽpe in ſacris literis id frequẽs eſt & protritũ: q̄ excludẽdi notæ,
aliud, p̄ter, niſi: nõ diuerſum ab eo q̄d proponit̃ excludãt, ſed aduer

Deutero. 4. ſum dũtaxat & pugnãs. Vt cũ in Deuteronomio dicit dñs ad po-
pulũ Iſraëliticũ. Non addetis ad uerbũ qđ loquor uobis: nec aufe-
Deutero. 12. tis ab eo. Et paulo poſt in eodẽ libro. Quod ꝑcipio tibi, hoc tm̃ fa-
cito: nec addas quicq̃ nec minuas. Illoꝝ qppe uerboꝝ dei nõ fuit
tranſgreſſor Moyſes: cũ latius & diffuſius explicuit legẽ populo, q̃
1. Corin. 2. à deo acceperat. Sic in prima ad Corinthios epiſtola ſcribit beatus
Paulꝰ. Nõ iudicaui me ſcire aliquid inter uos: niſi Ieſum Chriſtũ
& hunc crucifixũ. Cũ tñ ſimile ſit uero: diuinũ apoſtolum etiã alia
Chriſti myſteria q̃ crucẽ, Corinthijs annunciaſſe: non tñ ſacramẽ-
Apoca. 22. to uiuificæ crucis aduerſantia. Sic & in Apocalypſi beati Ioannis
apoſtoli: circa finẽ adijcit hæc cõminatio. Si qs appoſuerit ad hęc:
apponet dñs ſuꝑ eũ plagas, ſcriptas in libro iſto. Vbi non quęcũq;
adiectio ad ſcripta in ſacra Apocalypſi prohibet: ſed cõtrariorum
tm̃ & repugnantiũ. Non enim illius interminationis pœnã incur-
rerunt cõplures uiri ſanctitate & doctrina pręſtantes: qui eandem
Apocalypſin ſuis cõmentarijs ac ſcriptis ꝑclare elucidarũt. At ue-
ro qui edicit populo Chriſtiano, traditiones apoſtoloꝝ, canones ſa-
croꝝ cõcilioꝝ & antiquas eccleſiæ regulas eſſe obſeruãdas: nihil
cõtrariũ enunciat ijs quæ Paulus quondã euãgelizauit: ſed illis o-
mnibus maxime conſonũ & quadrãs. Non igit̃ is incurrit anathe-
ma quod denunciauit Paulus futuꝝ inimicis ueritatis.

## ¶ Chriſtianos oẽs obligari ad obſeruandas eccleſiæ leges: etſi eas aliter boni & aliter improbi ſoleant exequi diuerſoq; conſtituto fine. Cap. XIX.

I. DEcimaquarta aduerſarioꝝ obiectio. Ad Timothe-
1. Timo. 1. um ſcribẽs apl's ait. Lex iuſto nõ eſt poſita: ſed iniu-
ſtis & nõ ſubditis. Cui cõſonat eiuſdẽ dictũ hoc ad
Gala. 5. Galatas. Si ſpiritu ducimini: nõ eſtis ſub lege. & illđ
2. Corin. 3. eiꝰ ad Corinthios uerbũ. Vbi ſpiritus domini: ibi li-
bertas. Igit̃ eccleſiaſticæ cõſtitutiões quæ uim legis habere dicunt̃,
nõ aſtringũt obligationis uinculo iuſtos & ſpirituales, q ſpiritu dei
agunt̃ & uiuunt: ſed ſolũ prauos aut imperfectos, indigentes ad-
huc hiſce ritibꝰ & obſeruãtijs tanq̃ adminiculis, quibus prouehãt̃
ad perfectionẽ. Quã ubi attigerint, fuerintq; cõſummate aſſecuti:
amplius non egẽt his ꝑparatorijs elemẽtis ac rudimẽtis. ſed ea pror-
ſus abijciunt, libertatẽq; ſpiritus ſibi uendicant: qua abſoluuntur à
ieiunijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ieiunijs, abſtinentia carnium, & cæteris id genus humanis inſtitu-
tis pinde atq; puer in ætate infantili indiget faſcijs, crepũdijs, cur-
riculo ad dirigendos greſſus: ne imbecillis adhuc pedibus tẽtans in
ambulationem, concidat. Cum uero maiuſculus factus fuerit præ
tergreſſuſq; infantiam: neq; uinculis illis quibus alligetur neq; cu-
nabulis, amplius illi eſt opus, neq; duce ſuorum greſſuũ: quoniã ſo
lidas iam habet baſes pedum quibus ſine periculo lapſus, gradum
tentet. ¶ Reſponſio. Hos tres ſcripturæ ſanctæ locos modo deſi- II.
gnatos: Lutherani pperam ad ſuũ intorquent ſenſum, & cõtra a-
poſtoli ſentẽtiã. Sicut & conſuetudinariũ illis eſt ac pene quotidia
num: pro ſuo arbitratu ſcripturas diuinas inuertere, & ad alienã de
flectere intelligentiã. Quod dilucidius euadet: ſi recta dictarũ pro-
poſitionũ apoſtolicarũ aſſignetur interpretatio. Sane cõpertũ eſt
omnibus: ipſius legis duo potiſſimũ eſſe opera. utpote dirigere eos
quibus lata eſt lex ad capeſſendã uirtutis uiam: & coërcere proter
uos ac rebelles inflectione aut ſaltẽ cõminatiõe pœnæ, ad legis ob
ſeruationẽ. qui nõ amore iuſtitiæ, ſed ſolo timore perferendi ſup-
plicij tranſgreſſoribus definiti: adiguntur ad honeſtũ, aut deterren
tur ab improbitate. Porrò quantũ ad primũ legis opus: pſpicuũ eſt
& iuſto poſitã eſſe legẽ, & eos qui dei ſpiritu ducuntur eſſe ſub le-
ge, directrice ſcilicet & ducatũ prębente ad componẽdos uitæ mo
res. Sed quantũ ad ſecũdũ nõ opus eſt poſita iuſto lex. & qui diui
no feruntur ſpiritu: non ſunt ſub lege quæ coërceat eos formidine
pœnæ ad legis impletionẽ. Spontanee ſiquidẽ & ultronee atq; uir
tutis amore: iuſti exequuntur legẽ alacriter. ſicut & exequerentur:
ſi nulla eſſet pœna trãſgreſſoribus eius determinata. Itaq; obſtrin-
guntur & boni & mali ad obſeruandas eccleſiæ ſanctiones publi-
cas, ſed boni eaſdẽ accõmodãt ad opus: amore iuſtitiæ & honeſti.
mali uero, formidine pœnæ coërcentur ab illis uiolandis: ſicut & à
ppetrandis flagitijs. Quod quidẽ diſcrimen, in duabus primis pro-
poſitionibus ſupra in obiectione adductis: ſignificat Paulus. Sed nõ
attendunt aduerſarij, eadẽ prorſus ratione qua hic nituntur: et id
confici poſſe, iuſto non eſſe poſitã legẽ pceptorum dei, eoſq; q ſpi-
ritu ducuntur: non eſſe ſub lege mandatorum dei, et ita probos ac
uirtute ſpectatos: nequaq̃ obſtringi ad diuina præcepta ſeruanda.
Quod cũ penitus ſit abſurdũ neq; ab aliquo admittendum, omni-
noq;

noq; claudicet eo℞ ratiocinatio,ſi idipſum colligere tentet:manife
ſtū eſt & eandē penitus ceſpitare,quæ id cōtendit inferre de eccle
ſiaſticis legibus abrogādis. Cōſimile nāq; utrobiq; eſt ratiocinіū:
IIII & differēdi diſcurſus. ¶ De libertate uero aſſumptum ab aduerſa
rijs tertio loco uerbum Pauli:accipiendū eſt de libertate à iugo le
gis antiquæ,et de libertate oppoſita ſeruituti peccati.non aūt de li
bertate(ut uocāt)ab obligatione obſeruādi traditiōes eccleſiaſti-
Roma.8 cas.Nēpe in quib⁹ domini ſpiritus habitat,qui nō eſt ſpiritus ſer-
uitutis in timore, ſed ſpiritus adoptionis filiorū dei: ij libertatē ha-
Gala.4 bēt ab onere legis Moſaicæ,qua libertate Chriſtus nos liberauit:
factus ſub lege,ut eos qui ſub lege erāt redimeret. Habēt ijdē & li
bertatem à ſeruitute peccati:de qua dicit Chriſtus apud Ioānem.
Ioan.8. Si filius uos liberauerit:uere liberi eritis,& ueritas liberabit uos.Et
qui facit peccatū:ſeruus eſt peccati. Haud tamē habēt ſolutionē
obligationis ab obſeruatione decretorū eccleſiaſtico℞:quācunque
ſint uitæ ac morum cōditionē ſortiti,ſiue imperfecti fuerint & im-
becilli adhuc animo:ſiue iam cōſummati uirtute & pfecti. Obſtrin
gunt enim ad traditionū eccleſiaſtica℞ obſeruationē: nō modo in
uno ſuæ ætatis decurſu,ſed quādiu uita ipſis fuerit ſuperſtes. Pro
inde cōferri non debent ipſæ ordinatiōes orthodoxorū patrū,ab
eccleſia longo uſu pbatæ:faſcijs & cunis infantiū, atq; huiuſmodi
ſuſtētaculis tenellæ ætatis in pueris,quæ cū adoleuerint in maius
robur:tanq̄ inutilia reijciuntur,ut eas cōferūt aduerſarij in hac ob
iectione. Sed cōparari potius debent indumētis quæ circūponūt
corpori:& amictui ad protectionē ac ornatū hominis,in omnē æ-
tatē neceſſario. Nulla quippe eſt ætas humana:quæ integumētis
corporis non indigeat,ita nec ullum eſt uitæ noſtræ tempus:quod
traditiones canonicas eccleſiæ ut appēdices quaſdā euangelicæ le
V gis nō expoſcat. ¶ Et plane q huiuſmodi ſanctiōes eccleſiaſticas,
in principio exercitationis ad uirtutē tantū aſſerūt eſſe neceſſari-
as,poſtea uero cū uirt⁹ diuturno exercitio acceperit ſolidū robur,
Error beguardo℞ & beguinarū. eſſe abijciendas:haud procul abſiſtunt ab errore Beguardorū &
Beguinarū,damnato in cōcilio Viennēſi ſub Clemēte quinto(ut
cōſtitutionū Clemētinarum liber quintus,titulo de hæreſi s,ca.
ad noſtrum.latius explicat)aſtruentiū hominē , poſtq̄ ſupremum
pfectiōis gradū (quē comminiſcuntur)fuerit aſſecutus:non debe
re

re amplius ieiunare uel orare, immo ipſum túc poſſe corpori ſuo
cócedere quicquid placet. aſſerétiũ ꝓterea, eos qui ſunt in ꝓdicto
gradu ꝑfectionis & ſpiritu libertatis: nõ eſſe humanæ ſubiectos o-
bedientiæ, nec ad aliqua ꝓcepta eccleſiæ obligari. quia ut aſſerũt: 2.Corin.3
ubi ſpiritus domini, ibi libertas. Hęc ibi. Ecce quomodo ĳſdem ar
mis ac telis utuntur & illi iam pridẽ damnati: & noſtra ætate Lu-
therani, eadẽ cõdẽnatiõe digni: ad ſuam improbitatẽ peſtiferamq́;
ſectam defenſandã. Sed iam telum illud quod deprompũt: redditũ
eſt imbelle & obtuſum. ¶ Decimaquinta obiectio. Prioribus de- VI
cretis eccleſiaſticis: ſequẽtia ſecula adiecerũt ſubinde noua eccle-
ſiæ ꝓcepta, illaq́; demũ in tantã adauxerũt multitudinẽ: ut eoꝝ o-
nere nõ leuius ꝓmatur populus Chriſtianꝰ, q̃ olim Iudæi põdere
legis Moſaicæ. Et ita iugũ Chriſti ex eius inſtituto ſuaue ac leue: Mat.11.
efficit̃ ex huiuſmodi multiplicatione ſtatutoꝝ hũanoꝝ, graue, du
rũ, importabile, & intolerabile, multiq́; cõſtituunt̃ eo ipſo ꝓuarica
tores: quorũ imbecilles humeri ſuccũbũt tãtæ ſarcinæ ꝓceptorũ.
Quod ſi hoc pacto ꝑgãt eccleſiaſtici principes ad finẽ uſq; ſeculi
noua cõſtituere ꝓcepta obligatoria: eoꝝ tãdẽ nũerus æquabit̃ are
nę maris, eritq́; ſine numero ac termino. & ita oborietur horrẽda cõ-
fuſio: totũ eccleſię ſtatũ defedãs atq; dedecorãs. Satius eſt igit̃, totã
hãc adiectitioꝝ ꝓceptorũ farraginẽ in immẽſum excreſcẽtẽ ſuſtol
li: & Chriſtianos ſolis euãgelicis eloquĳs inniti. ¶ Reſpõſio. Fatẽdũ VII
eſt ingenue, non indiſcriminatim neq; de rebus leuibus aut parui
momẽti (ut ante quoq; eſt dictum) cõſtituendas eſſe nouas obſer-
uationũ eccleſiaſticarũ regulas: neq; pro ſolo nutu aut arbitrio cu-
iuſpiam, in magnum aceruum multiplicãdas. quoniã id grauiter
publicæ ſaluti officeret: querimoniæq́; & expoſtulationis materiã
frequẽtioriſq́; ꝓuaricationis, multis ꝓſtaret. Unde & beatus Au-
guſtinus ad inquiſitiones Ianuarĳ reſpondẽs, idipſum cõqueritur:
quod diſtinctione duodecima libri Decretorũ cap. omnia talia, ita
citat̃. Omnia talia quæ neq; ſanctarum ſcripturarum authoritati- Auguſtinꝰ ad Ianuariũ.
bus cõtinentur, nec in cõcilĳs epiſcoporũ ſtatuta inueniũtur, nec
conſuetudine uniuerſalis eccleſiæ roborata ſunt: ſed diuerſorũ lo-
corũ diuerſis moribus innumerabiliter uariãtur, ita ut uix aut un
quã omnino poſſint inueniri cauſæ, quas in eis cõſtituendis homi-
nes ſecuti ſunt: ubi facultas tribuitur, ſine ulla dubitatiõe reſecãda

exiſtimo. Quãuis enim neq; hoc inueniri poſſit, quomodo cõtra fidem ſint ipſam tamẽ religionẽ quã in pauciſſimis & manifeſtiſſimis celebrationũ ſacramẽtis miſericordia dei uoluit eſſe liberã, ſeruilibus p̃mũt oneribus: adeo ut tolerabilior ſit cõditio Iudęorũ, qui etiam ſi tempus libertatis nõ cognouerũt: legalibus tamẽ ſacramẽtis, nõ humanis p̃ſumptionibus ſubijciuntur. Hæc Auguſtin⁹. In quib⁹ uerbis nõ oſcitãter attẽdẽdũ eſt nec leuiter põderãdũ: quod in ipſo dicitur exordio. Subinſinuat em̃, immo plane aſtruit illud, ea ipſa eccleſiaſtica decreta q̃ ſanctarũ ſcripturarũ authoritatibus cõtinẽtur, aut in cõcilijs epiſcoporũ ſtatuta inueniũtur, aut cõſuetudine uniuerſalis eccleſiæ roborata ſunt: nequaq̃ eſſe reſecãda, ꝙ etiã in toto hoc libro annixi ſumus aſſerere. Proinde tres illę particulæ, in principio prædictorũ Auguſtini uerborũ poſitæ: obſepiunt aditum omnem immoderatæ ſtatutoꝝ multiplicatiõi. Cui ut amplius uia p̃cludatur: ſummopere curãdum eſt, ut in rebus arduis tãtũ & grauibus, efflagitãte id urgẽte neceſſitate aut magna eccleſiæ utilitate inſtituãt ab ipſis primoribus ſummãq; adminiſtratiõis eccleſiæ gerẽtibus huiuſmodi decreta, cũ maturitate, & rationabili debitaq; cauſa id expoſcẽte. Quod ubi diligẽter factitatũ ſuerit: nõ exurget in maiorẽ ę q̃ nũc eꝝ, eccleſiaſticaꝝ legũ multitudo, neq; cuiquam erit in offendiculum aut ſalutis diſpẽdium.

¶ Nõ eſſe inſimulãdos crudelitatis, eccleſiæ primates: ꝙ leges eius cõdiderint obligatorias cum adiectione pœnarum. Cap. XX.

1 DEcimaſexta aduerſariorũ obiectio. Si regulæ cõſtituerẽtur eccleſiaſticæ exhortatorię tãtum ad quippiam faciẽdũ & inductiuæ, citra obligationẽ & determinationẽ pœnæ in tranſgreſſores: tolerãdũ quidem id foret, & minime detrectãdũ. aut ſi decerneretur dũtaxat pœna tẽporaria: aut ferẽda in corpore. At ꝙ obligatoriæ ferãtur huiuſmodi leges, nõ relinquẽtes cuiquam arbitrium agẽdi quod uelit: ſed adigẽtes pene inuitos ad opus, & cõſtituẽtes p̃uaricatoribus pœnam, mortiferi criminis labem æternęq; mortis exitium: durum omnino eſt ac inhumanũ, accedẽſq; propemodũ ad crudelitatẽ & ſęuitiã. Queadmodũ imperioſus nimiũ haberetur ille dominus & immanis: qui ſeruo ſuo quicq̃ agẽdum mandaret,

ret, adiecta mortis inferēdæ pœna ſi illud prætermitteret. Neq;
eccleſiaſtici præſules eo in opere imitari uidētur manſuetudinē &
benignitatē dñi noſtri Ieſu Chriſti: qui nō uenit animas ꝑdere ſed Lucæ. 9
ſaluare, neq; mittere in gehēnam: ſed eripere à morte. A qua mã
ſuetudine & humanitate dulciſſima procul abſunt: qui tāto rigo-
re ac ſeueritate ſuas ſanciūt regulas, ut earū trāſgreſſores protinus
addicant gehēnæ & in tartara detrudant. ¶ Reſpōſio. Admoni- II
toriæ tantum leges ſine obligatiōis uinculo: nō tātum habent uiriū
& roboris, potiſſimū ad totam numeroſi populi multitudinē: quā
tum obligatoriæ: quæ ob annexam obligationem tāquā calcar &
ſtimulū multos perpellūt ad eas obſeruandas: qui alias negligerēt
eaſdē. Neq; annexa obligatio aut expreſſa adiectio pœnæ quam
incurrāt trāſgreſſores: coactionē inducit cuiq̄, aut inuitū aliquem
adigit ad leges illas implēdas, quādoquidē cuiq; ſemꝑ æqua liber-
tas arbitrij relinquitur ad earꝫ aut obſeruationē aut trāſgreſſionē:
atq; ſi nulla interceſſiſſet obligatio, aut pœnæ ꝓferēdæ definitio.
Sicut & in ꝓceptis diuinis, obligatiōis uinculū aut mortis æternæ
in pœnā determinatio: nō ſuſtollit cuiq̄ libertatē uolūtatis ad ea ex
plēda. Porrò ſi definiretur reatus peccati aut dānatiōis æternæ in
pœnam ijs qui eccleſiaſticas ſanctiones ſeruarēt, & tamē illæ ꝑci-
perētur: id ſane irratiōabile foret ac abſurdum, crudeleq; nō ab re
cēſeret. Nūc uero cū mūera diuinæ gratiæ & gloriæ repromittūt
agētibus, grauis autē peccati noxa morsq; ꝑpetua trāſgredītibus
futura denūciatur: nihil hic præter rationem & æquitatem agitur
neq; inhumanum quippiam geritur. Huiuſmodi nāq; pœna non
adijcitur legibus eccleſiaſticis, ut quis eam incurrat aut ſubeat: ſed
ut ab ea ſibi quiſq; caueat per diligentem ſacratum conſtitutionū
obſeruationem. Quis enim recte incuſauerit deum inhumanita-
tis, quod tradēs Adæ ꝓceptum abſtinendi à fructu arboris ſciētiæ
boni & mali: adiecerit pœnam tranſgreſſioni debitam, dicēs. De li- Gene. 2
gno ſciētiæ boni & mali: ne comedas. In quacūq; enim die come-
deris ex eo: morte morieris. Aut qs ꝓbe dixerit, deū idcirco autho
rem eſſe peccati & mortis: quā incurrit Adam ob trāſgreſſionē:
cū eam adiecerit pœnam dñs, non ut Adam ligni uetiti fructum
manducaret: ſed ut ab eo manducando abſtineret & deterrere
tur. Quis identidem beatū Paulum immitem dixerit aut crudelē: 1. Corin. 6

Ephe. 5. ꝙ in ſuis epiſtolis ſæpius ſcripſerit. fures, rapaces, maledicos, adulte-
ros, & huiuſmodi infandoꝝ criminũ authores: regnũ dei nõ poſ-
ſeſſuros: cũ tanti boni diſpendiũ futuꝝ ipſe denunciauerit: nõ ut ta
lia cõmitterẽtur ſcelera, ſed ut ſedulo declinarẽtur. Quocirca quẽ
admodum nec deus ipſum Adam detruſit in gehẽnã per præce-
pti cum expreſſione pœnæ denunciationẽ: ſed ipſemet Adã ſua
ipſius culpa, nec beatus Paulus perpetratores eoꝝ quæ prohibuit
ſcelerum priuauit æterna cæli hæreditate: ſed illi omnino, qui ueti
ta admiſerunt facinora. Haud aliter eccleſiaſticarum legũ autho-
res nõ deturbant quempiã eoꝝ pręuaricatorẽ in barathrum dãna
tionis æternæ: quin potius ab illo retrahere cunctos ſatagunt, præ
monentes periculũ futuꝝ, ne quis illud incidat. Sed is ſolus in cau
ſa eſt ſuæ damnationis: qui admonitus tanti diſcriminis, ſponte ſua
in illud corruit. ¶ Decimaſeptima obiectio. Nemo poteſt iure pœ
nã tranſgredienti datas leges, cõſtituere: quã non poteſt infligere.
Superuacua ſiquidẽ & inanis foret illa pœnæ definitio: quæ nõ eſ-
ſet in ipſius definientis poteſtate, ut eã ſi uelit irroget peccanti. Ec
cleſiæ aũt præſides & primi paſtores non poſſunt infligere reatũ
culpæ aut mortẽ gehennæ ijs qui pręuaricantur ſuas leges: cum ſo
lus deus gratiã largiatur & auferat animæ, ſolꝰ itẽ gloriã tribuat &
Pſal. 83. mittat in gehennã. Dominus noſter (inquit diuinus pſaltes) domi-
Pſalmo 67. nus ſaluos faciendi: & domini domini, exitus mortis. Et iteꝝ. Quo
Pſalmo. 88. niã domini eſt aſſumptio noſtra: & ſancti Iſraẽl regis noſtri. Solus
Apoca. 1. etiã ipſe habet claues mortis & inferni: mortificat & uiuificat, de-
1. Regũ. 2. ducit ad inferos & reducit. Nõ igit̃ poſſunt ipſi eccleſiaꝝ ſupremi
rectores cõſtituere præuaricatoribus ſuaꝝ legũ pœnã tã grauem:
IIII. mortalis inquã culpæ noxã, aut damnationẽ ꝑpetuam. ¶ Reſpon
ſio. Primo loco aſſumpta propoſitio ueritatẽ habet: quãdo qs pœ
nã aliquã determinans nõ poteſt illã præuaricanti inferre, neq; per
ſeipſum neq; ꝑ ſuꝑiorem principem ſuum à quo accepit poteſta
tẽ condendi leges & definiendi tranſgreſſoribus pœnã. Poteſt ta-
men inferioris poteſtatis princeps definire pœnam in ſuarum le-
gum p̃uaricatores: quam nõ ipſe ſed ſuꝑior dominus (à quo ſortitꝰ
eſt authoritatẽ cõſtituendaꝝ huiuſmodi legum) inferat, & ad quẽ
uiolator eaꝝ puniendus mittatur. Quãuis igitur priſci patres, con
ſtitutionũ eccleſiaſticaꝝ primi authores, & qui deinde ſubſecuti
ſunt

ſunt eos p̄ diuerſa ſecula eccleſiarum p̄cipui moderatores, nō poſſint
cuiq̄ inferre ſubtractionē diuinę gratiæ p̄ contractam culpæ labē,
aut damnationē gehennæ: ipſe tamen deus eorū dominus & prin
ceps ſummus, à quo poteſtatē acceperunt ſanciēdi huiuſmodi ſta
tuta, & decernendi pœnā tranſgredientibus ea: poteſt talē pœnā
ſua propria uirtute inferre. Et id ipſum ſufficit ad hoc: ut iuſte &
recte dicantur hi talia pœnarum genera determinare. Quēadmo
dum plærunq; uidemus inferiorem iudicem decernere pœnam: à
ſupiore iudice (ad quē, puniendus mittitur reus) ipſi malefico infe-
rendam. Omitto q̄ huiuſmodi pœnā in ſanctionibus eccleſiaſticis
expreſſam in tranſgreſſores, utputa q̄ mortifero crimini ob eam
præuaricationē ſint obnoxij, & exinde morti æternę: non tā decer
nunt patres orthodoxi earum ſanctionum latores, q̄ ipſe de⁹: qui & il
larum legum & determinationis pœnarum in illis expreſſarum, præci
puus eſt author, ut ſepius dictū eſt ſupra. Et ipſe quidē deus immē
ſa ſua poteſtate: pœnas illas expreſſas poteſt irrogare & inferre il-
larum legum uiolatoribus. Et ita tota huius obiectionis uis prorſus
eneruatur: redditurq; inualida.

¶ Non eſſe improbandū nec abrogandū cælibatū ſa-
cerdotū: quāuis nonnulli p̄ uitæ incōtinentiam illū
contaminent. Cap. XXI.

D Ecimaoctaua aduerſariorum obiectio. Cōſtitutio illa I.
eccleſiaſtica, ſacerdotes & quoſuis ordinibus ſacris
initiatos obligans ad cælibatū uitæq; cōtinentiā: &
beati Pauli ſentētiæ eſt aduerſa, & magnū inducit
ſcādalū in dei eccleſiā. Scribit nanq; Paul⁹ in prima
ſua ad Corinthios epiſtola: de nō nuptis, & ſolutis à uinculo matri 1. Corin. 7.
monij. q̄ ſi non ſe continent: nubant. melius eſt nubere: q̄ uri. Per
quā quidē apoſtoli ſentētiā, qui ſuæ conſcius fragilitatis p̄cipit ſe
uix bene continere poſſe & caſtimoniā ſeruare: p̄mittitur uxorem
ducere, & ita ſuæ ſaluti conſulere. Per illam uero ſanctionē eccle-
ſiaſticā: quiſquis ordines ſacros ſuſceperit (quātūuis cognoſcat ſe
ad uitia carnis eſſe propenſum: & minime idoneū ad ſeruādā con
tinentiā) prohibet uxorē ducere. Hęc aūt duo: omnino inter ſe pu
gnāt. Multi p̄terea (quod ſummopere indolendū eſt: & multis de
plorandū lachrymis) uiri eccleſiaſtici, cōcubinas iiſdē tectis eodēq;

ſoco apud ſe detinent:non clanculum,ſed palàm & in omniũ ocu-
lis. Qui ſi ꝑmiſſi fuiſſent uxorio ſe uinculo alligare:in caſto coniu-
gio uitã honeſte tranſegiſſent. Ex hoc aũt publico concubinatu ſa
cerdotum:magna infertur eccleſiaſtico ſtatui deformitas, turpitu-
do,dedecus& ignominia,ut res ipſa nullis indigens teſtibus:ſatis ſu
perq; indicat. Ad eam igitur ſuſtollendã labẽ tam atrã : ſati⁹ eſſet,
II. ſacerdotibus permittere iura coniugij . ¶ Reſponſio. Illa conſtitu-
tio de cælibatu uiroꝝ eccleſiaſticoꝝ:nequaq̃ aduerſatur Paulinæ
ſentẽtiæ in obiectione citatæ . ꝙ ipſa de ijs ſolũ accipienda ſit, qui
omnino ſoluti ſunt à quouis uinculo. uetante ipſis fœdera nuptia-
rũ:& quibus liberũ eſt,ſi uelint,cõtrahere matrimoniũ , aut cælibẽ
uitã agere. Non aũt de illis intelligi debet:qui uel uoto uel ſacramẽ
ti ſuſceptione,ut ſacri ordinis , ſunt obuincti atq; obſtricti ad ſeruã
dũ deinceps cælibatũ. Quomodo enim hi,in domino nubere,ſubi
req; cõnubiũ poterunt : qui domino perpetuã uouerunt cõtinẽtiã
uitæ? At uero ſacris inſigniti ordinibus,ex inſtitutione eccleſiaſti-
ca aſtricti ſunt perpetuæ cõtinentiæ:qua ſe deo deuouerunt , ut in
ſynceritate corporis & animæ miniſtrent diuino altari. Quod aũt
ſemel deo cõſecratũ eſt : non põt deinceps in alios uſus applicari.
III. Nõ igit̃ eis ampli⁹ liberũ eſt:ſe addicere uinculo cõnubiali. ¶ Hãc
aũt(quæ mõ aſſignata eſt)eſſe uerboꝝ beati Pauli intelligentiam:
atteſtat̃ Hieronymus,ita hunc eius locũ , in ſeptimo capite primæ
1. Corin. 7. eiuſdẽ epiſtolæ ad Corĩthios ſcriptũ. ſi acceperis uxorẽ:nõ pecca-
Hieronym⁹. ſti.exponẽs. Illos dixit apoſtolus nõ peccare ſi nubant : qui nõdum
uouerunt deo caſtitatẽ. Cæteꝝ qui uel in corde ſuo promiſit:ſi ali-
ter fecerit,habebit dãnationẽ,quia primã fidẽ irritam fecit. Quod
Actuum. 5. eñ erat licitũ:per uotũ ſibi fecit illicitum. Sicut Ananias & Zaphi
ra,quibus poſt uotũ , de precio poſſeſſiõis ſuæ retinere nihil licuit:
illicite tenuerunt . Ob quam cauſam: ſubita morte proſtrati ſunt.
Hæc ille. Conſimilẽ quoq; idẽ exprimit ſentẽtiã de uiduis & uirgi
nibus:in primo libro cõtra Iouinianũ dicens. Si nupſerit uirgo:non
peccauit. nõ illa uirgo:quæ ſe ſemel cultui dei dedicauit. Haꝝ eñ
ſiqua nupſerit:habebit dãnationẽ,quia primã fidẽ irritam fecit. Si
aũt hoc de uiduis dictũ obiecerit:quanto magis de uirginib⁹ preua
lebit? cũ etiã his non liceat:quibus aliquãdo licuit. Virgines enim
quæ poſt cõſecrationẽ nupſerint:non tã adulteræ ſunt,q̃ inceſtæ.

Hæc

Hæc Hieronymus. Ecce adoleſcentiores uiduas( quæ ſe caſtita=
tis deinceps in cęlibatu ſeruandæ uoto obſtrinxerunt deo ( deuitā
das edocet Paulus, ſcribens ad Timotheum. quoniam cū luxuria- 1. Timoth. 5.
tę fuerint: in Chriſto nubere uolūt, habētes dānationem: quia pri
mam fidem(deo ſcilicet promiſſum, continentiæ uotū) irritam fe-
cerunt. Virgines itidem quæ ſe deo per uotū uirginitatis conſecra
runt, aſpirantes ad nuptias, & cōnubialia cū uiris ſubeuntes fœde
ra: beatus Hieronymus in uerbis ſupradictis cōſimili ratione dānā
das ꝓhibet. Quid igitur de ſacerdote ſentiendū? nonne & hūc gra
uiſſima quoqꝫ dignū eſſe damnatione: ſi poſt ſui conſecrationem
deo factam & continentiæ uotū, uxorem duxerit: quia primam fi
dem ſuam irritam fecit? ¶ Sed obijciet quiſpiam, ſacerdotē ipſum IIII.
& quēuis ſacros ordines ſuſcipiētem: nequaꝗ̄ uerbo prolationeqꝫ
uocis exprimere, ꝙ uoueat caſtitatem deinceps a ſe ſeruatum iri.
Neqꝫ eūdem qui ſacris illis initiatur ordinibus, uerbis epiſcopi or=
dinatoris ſui ad huiuſmodi caſtitatis uotū obſtringi: ſed tantū ad=
moneri ut de cætero caſte uiuat. Qua igitur ratione alligabitur in
poſterū illi uoto: quod nec ipſe proprio ore ædidit, nec à pontifice
ad hoc eſt aſtrictus? ¶ Verꝝ hæc obiectanti reſpondendū eſt, uo-
tū illud caſtitatis in ijs qui ſacros ordines ſubeunt: ore quidē & ex-
teri ſermonis prolatione non eſſe coram aſſiſtentibus & in propa
tulo explicatū, & ea quidē ratiōe: tacitū eſſe. Sed illud ipſum publi
co facto & in facie ipſiꝰ eccl'iæ eſt expreſſum: cū ſolēni cōſecratiōe
ſuſcipiunt à pōtifice ſacroꝝ adminiſtratore ij ordines, quos ipſa ec
cleſia à ſpiritu ſancto edocta ſanxit nulli eſſe cōferēdos: niſi qui pro
miſerit ſe deinceps caſte eſſe uicturꝝ. quēadmodū beatus Grego- Gregorius.
rius Petro ſubdiacono ſcribens, cōteſtaſ his uerbis: quæ uiceſima
octaua diſtinctiōe, cap, nullū. ab authore Decretoꝝ referunſ Nul
lū facere ſubdiaconū præſumant epiſcopi: niſi qui ſe caſtū uicturꝝ
promiſerit. ꝗa nullus ad miniſteriū altaris accedere debet: niſi cuiꝰ
caſtitas ante ſuſceptū miniſteriū fuerit approbata. Eiuſdē quoqꝫ di
ſtinctionis cap. decernimus. proxime ſequenti, ita ſancit Innocētiꝰ Innocētiꝰ ſe-
ſecundus. Decernimus ut ij ꝗ in ordine ſubdiaconatꝰ & ſupra, u= cundus.
xores duxerint aut cōcubinas habuerint: officio atqꝫ eccl'iaſtico be
neficio careāt. Cū eñ ipſi, templū & uaſa domini, ſacrariūqꝫ ſpiri=
tus ſancti debeant eſſe & dici, indignū eſt eos cubilibus & immū=

dicijs

dicijs deſeruire. Hæc ibi. Atqui uotum celebri facto opereq́; ſolē
ni expſſum cum ipſius mētis cōſenſu, nōne tāti eſt roboris & pōde
ris: atq; ſi labijs æderetur? Idcirco & hiſce sacris initiati, admonētur
inſup uoce ordinatoris epiſcopi: ut memores cōſecratiōis ſuſceptę
V illibatam illam & intemeratam in caſtimonia cuſtodiāt. ¶ Neq; ꝓ
pter huiuſmodi uotum caſtitatis ſolēni ꝓfeſſione factum: impen-
det cuiquā ſuæ ſalutis diſpēdium, modo ſibi ipſi deeſſe nō uelit.
Nam ſi ſuſcepto iam ſacerdotio patiatur quiſpiā graues inſultus tē
tationū carnis: aſſidua oratiōe poſtulet à deo gratiā caſtitatis, q̄niā
non poteſt eſſe continēs, niſi deus dederit. Et humiles eius preces
Sapien. 9. non aſpnabitur ipſe: qui eſt pater miſericordiarum & deus toti⁹ cō
ſolationis. Vtatur præterea qui impetitur igneis illis ſatanæ telis:
2. Corin. 1. remedijs & armis ſpiritualibus, contra huiuſmodi hoſtiles incurſus
accōmodis, ſobrietate inquā, abſtinētia, ieiunio, labore, exercitio,
honeſta occupatiōe, ſubductione ſui à mulierum cōſortio, & deui
1. Corin. 10 tatione occaſionū libidinē prouocantiū. Et ita demū uictor euadet
in domino, qui non patietur eū tentari ultra id quod poteſt: ſed fa
ciet etiam cum tentatione prouētū, ut poſſit ſuſtinere. ¶ Porrò ſcā
dala illa quæ in præſenti obiectione dicuntur enaſci in uitis eccleſi
aſticis ex impudicitia uitæ: non ex ipſius legis de cælibatu ſacerdo
tum, conſtitutione proficiſcūtur & ſumunt ortum. ſed ex ipſius ꝓ-
uaricatiōe, & prolapſiōe ab integritate rectitudineq́; regulæ. Hu-
iuſmodi autē exorbitatio ab honeſto, non debet imputari ipſi ſan
ctioni eccleſiaſticæ: ut quæ omnino uetet & prohibeat has uitæ
ſordes & impuritates. Quēadmodū trāſgreſſiōes diuinæ legis non
ſunt ipſi legi mādatorum dei aſcribēdæ, quę ſancta eſt & iuſta: ſed
ꝑuerſitati hominū, recuſantiū ſpōte ſua ambulare ꝑ uiam rectā, il-
lis propoſitam. Quocirca ad occurrēdum tātis incōmodis & ſcā-
dalis: non eſt abrogāda lex de cęlibatu ſacerdotali. quoniā ea ſubla
ta: tāta aut maiora enaſcerētur in eccleſia dei detrimēta ſalutis, &
diſpēdia uitæ. Sed uigore legis illi⁹ ꝑmanēte in ſuo robore: reſecā-
da ſunt authoritate grauiſſima principū eccleſiaſticoꝝ huiuſmodi
ſcādala, ex ipſius ſtatuti uiolatione ſuboriētia. Et certe ipſoꝝ pōti-
ficū eſt mun⁹ proprium: acuta falce ſeueritatis ac rigidæ cēſuræ, ta
les urticas uepres & ſentes ex agro dominico ſuccidere, aculea-
tasq́; huiuſce generis ſpinas & lapas tribulosq́; noxios radicit⁹ ex-
tirpare:

tirpare:ſecũdum ſacroſiuris põtificij canones,iam olim ſuꝑ eo ne-
gocio mature æditos. ¶ Decimanona obiectio. Beatus Paulus in VI.
prima ad Timotheũ epiſtola uehementer eos inſectatur qui do- 1. Timo. 4
cẽt abſtinere à cibis:quos de⁹ creauit ad ꝑcipiẽdũ cũ gratiaꝝ acti-
one fidelibus,& ijs qui cognouerũt ueritatẽ. Quia omnis(inquit)
creatura dei:bona eſt.& nihil reijciendũ:quod cũ gratiaꝝ actiõe
ꝑcipitur.ſanctificatur enim per uerbum dei:& orationem. Et ad Coloſ. 2
Coloſſenſes ſcribẽs ait. Nemo uos iudicet in cibo aut in potu,aut
parte diei feſti,aut neomeniæ aut ſabbatoꝝ: quæ ſunt umbra fu-
turorũ. Quibus uerbis plane dãnat apoſtolus delectũ illũ ciborũ:
quẽ inducũt ſanctiones eccleſiaſticæ,decernẽtes ſingula quaqꝫ fe
ria ſexta uſum carniũ eſſe interdictũ:& in quadrageſima,uſum la
ctis,butyri & ouorũ. Sunt igitur ille cõſtitutiões irrationabiles:& à
ſpiritu ſancto loquẽte in Paulo nequaq̃ ꝓfectæ. ¶ Reſpõſio. Im- VII.
probi dogmatiſtæ,de quibus apud Timotheũ agit Paulus:docue-
rũt abſtinendũ eſſe à cibis humano generi diuina largitate indul-
tis,ꝙ illiciti eſſent ut dicebãt, ſuapteqꝫ natura hominibus noxij: &
quos nũq̃ liceret ſine ꝑuaricatiõe ſumere.quod utiqꝫ abſurdũ eſt:
& à ueritate lõge alienũ. Tales erant Seueriani:qui uino & carni- Seueriani
bus ꝑpetuo abſtinẽdũ cẽſuerũt,ꝙ uetitus eſſet(ut aiebãt) illorum
uſus. Tales & Eucratiani:qui omnifariã cibos auerſabãtur, quos Eucratiani
deus humanæ uitæ ꝓpoſuit. Sanctiões aũt eccleſiaſticæ nõ eã ob
rẽ cibos aliquos,ꝓhibẽt:neqꝫ cẽſent eos quos interdicũt,aut immũ
dos eſſe,aut de ſe incõceſſos atqꝫ inſalubres. Sed ſuapte natura bo
nos ac utiles, uetãt nõ quidẽ ſemꝑ ſed certis aliquot diebus ſumi:
quia delicati ſunt ac ſucculẽti,miniſtrãteſqꝫ facile ipſi carni ſemina
ria libidinis & incẽtiua uitioꝝ. Ad q̃ reprimẽda ac reſtinguenda,
magnoꝑe cõducit(ubi caſtigatio corporis exquiritur:& ſubiectio
ad ſpiritũ)ea refugere alimẽta:quæ ꝓſtare q̃ant fomẽtũ illecebro- Prouer. 26.
ſis uoluptatibus,quoniã teſte in prouerbijs Sapiẽte,cũ defecerint
ligna:extinguitur ignis. Eorũdem quoqꝫ ciboꝝ fit ab eccleſia ſta-
tis determinatiſqꝫ diebus ꝓhibitio:ad frenãdas guſtus uoluptates,
ex delicatiore cibo lautitiaqꝫ ferculoꝝ naſcẽtes.quas,abſtinẽdo ab
huiuſmodi alimẽtis:moderãtur homines,indulgẽtioreſqꝫ cõpreſſis
habenis uictum reprimunt: & gulæ cupiditates arctius coercent.
Sunt & aliæ rationabiles cauſæ ad pietatem religionis Chriſtia-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

næ ſpectantes:ob quas delectꝰ ille ciborum eſt eccleſiaſticis ſancti
onibus recte inductus. Quemadmodũ ob dominicæ paſſionis me
moriam & reuerentiam,feria ſexta hebdomadatim eſus carnium
apud Chriſtiãos eſt uetitꝰ. ut noſtro ſaluatori tum paſſo in carne,
aliquãtulũ abſtinẽdo conformemur:qui eo die in cruce pẽdens,a
VIII. maritudine fellis & potu aceti afflictus eſt pro nobis. ¶ Cæteꝝ di
ſcretionem ciborum prohibẽs Coloſſenſibus Paulus:adducere i
pſos ſolicite uoluit ab obſeruantia antiquæ legis,in qua cẽſebãtur
nõnulla immũda animalia,& in uſum alimenti ſumi prohibita ex li
Leui.11. bro Leuitici. Huiuſmodi aũt diſcerniculũ ciborũ uetuit diuinus il
le ueritatis euãgelicæ præco:ne fierent illi inſtitutis Moſaicis addi
cti. In lege uero Chriſti, omnia mũda mũdis:& ablata eſt illa Iu
daica ciborũ diſcretio. Inductus eſt tamen & aliquantus ciborum
delectus:nõ ob illorum immũditiam ut in lege ueteri,ſed ad caſti
gationẽ carnis repreſſionemq́; gulæ:ob puritatem etiam mentis li
berioremq́; eius in deum erectionẽ,& alias cauſas legitimas. Cõſi
mili itidẽ modo reſpõdendũ eſt & ad illũ locũ euãgelicũ,in quo le
gitur Chriſtus p̄cepiſſe diſcipulis ſuis,ꝙ cum irent ad annũciandũ
Lucæ.10 uerbũ dei:ſubirent aliorum domos pro hoſpitio,edentes & biben
tes quæ apud illos ſunt. Et ad illud uerbum beati Pauli ſcribentis
1.Cor.10. Corinthijs. Omne quod in macello uenit,manducate: nihil inter
rogantes propter conſcientiam. Nempe prius uerbum,ad eũdem
qui iam dictus eſt, tendit ſcopum & finem : excludendam ſcilicet
diſcretionem ciborum,apud Hebraicum populum obſeruatam:et
illucente euangelica ueritate abrogatam. Poſterius uero, eo uer
git:quod infidelium cibi non ſunt uitandi, niſi ſuggeſſerit conſciẽ
tia eos idolis eſſe immolatos:& illorum manducationem alijs ſcan
dalum ingenerare poſſe. Adde,quod eo tempore quo circa nouę
legis exordium Paulus uerbo & ſignis mirum in modum coruſca
bat,non erat adhuc(ut credibile eſt)quo ad omnia obſeruantiaꝝ
præcepta,inducta abſtinentia à certo genere ciborum,publico to
tius eccleſiæ decreto & tam exacta determinatione:ſicut poſtea ꝑ
leges eccleſiaſticas eſt ſuis temporibus conſtituta. Quare admiſſa
ea hypotheſi:circa tempora Chriſti & Pauli non obligabãtur ex
edicto eccleſiaſtico adhuc fideles ad huiuſmodi abſtinentiã.quod
nulla lex quempiam conſtringat,niſi poſtquàm lata fuerit & pro
mulgata

mulgata: quoniã ante id tempus, nomẽ legis iure uendicare nõ po
teſt. Neq; patres eccleſiaſtici hanc poſtea cõſtituentes abſtinẽtiã
ciborũ: aut Chriſto aut Paulo fuerunt aduerſi atq; repugnantes.
Nã diuerſis tẽporibus: diuerſa immo interdũ contraria, expedit ſi
eri decreta. & quod uno tempore cõceſſum eſt: cõgruit interdum
alio tẽpore prohiberi. perinde atq; medici: ijſdem morbis ſubinde
adhibẽt diuerſa, quinimmo interdũ oppoſita medicamẽta. diuer-
ſo quoq; tẽpore eidẽ ægroto ſed aliter affecto: ſæpe diuerſa mini-
ſtrãt antidota, neutiquã à ſuę artis p̃ceptis aberrãtes. Demũ quod Matthe. 15.
intrat in os (ut ait dñs noſter) nõ coinquinat hominẽ: ſed cõcupiſcẽ
tia gulæ illiciẽs ad cibũ uetitũ & inobedientia in eccleſiã, coinqui-
nat mentẽ. Qui igitur tempore quadrageſimali aut extra quadra
geſimã feria ſexta, uerſceret carnibus p̃ter neceſſitatẽ: nõ eũ conta
minarẽt ſumptæ carnes, ſed p̃uaricatio p̃cepti eccleſiaſtici.

¶ Ob multitudinẽ p̃uaricantiũ indicta ieiunia: nõ eſſe tollẽdũ
eccleſiæ de ieiunijs ſeruandis p̃ceptum. Cap. XXII.

Vicesima aduerſariorũ obiectio. Complures eſt inue I.
nire, ſoluentes ieiunia eccleſiaſtico præcepto inſtitu
ta: ut quadrageſimæ ieiunium, aut quatuor tempo
rum, aut uigiliarum, ſolenniores dies feſtos pręcedẽ
tium. Rari quippe offendũtur (quod uel maxime
eſt indolendum) qui ad unguem hæc ieiunia & integre obſeruẽt:
ad quæ tamen ex inſtituto eccleſiæ obligantur. Et ita in laqueum
damnationis diſpendiumq́; ſalutis plurimorum: eſt ea conſtitutio
ieiunij obligatoria. Quoniam niſi datum eſſet illud præceptum:
non ieiunantes illis diebus, peccatum non incurrerẽt. poſito uero
& promulgato eo præcepto: qui negligunt ieiunij obſeruantiam,
efficiuntur rei & præuaricatores habentur: Satius eſſet igitur hãc
præceptionem adeo rigidam ſuſtollere: & cuiq; liberam relinque-
re optionem ieiunandi uel non obſeruandi ieiunium, ad quod ex-
ercendum: non præceptum conſtitui, ſed exhortatio potius nõ ob-
ligatoria fieri debuit, quæ longe citius hominum animos ſibi deuin
ciret: quã rigor præcepti. ¶ Reſponſio. Non eſt illa conſtitutio ie- II.
iuniorum eccleſiaſticorum cuiq̃ in laqueum aut ruinã ſuapte na-
tura: quin poti⁹ in adiumentũ cõſequẽdæ ſalutis, obtinendæque
diuinæ gratiæ, quam uberius aſſequitur: qui animam ſuam il-

lo ſalutati antidoto expiat & expurgat. Sola uero iniquitas homi-
nũ,in deſideria carnis explenda propenſoꝝ: in cauſa eſt interitꝰ &
detrimenti proprię ſalutis. quod impellat hominem in pręuarica-
tionẽ tam ſalutiferi & utilis præcepti:ex rationabili legitimaq; cau
ſa conſtituti,ut eo remedio expientur peccata,uirtutes augeant̃ &
carnis petulantia reprimat̃. Non debet itaq; iactura ſalutis, quam
incurrit negligens ieiunioꝝ obſeruationem, imputari legi eccleſia
ſticæ de illis latæ:ſed eorũ qui ipſam uiolant, iniquitati & malitiæ.
Neq; idcirco abroganda eſt ea lex ieiunioꝝ aut reſcindenda: quod
multi(ut obiectant aduerſarij)eam tranſgrediunt̃. Quoniam ſi re
cte fuerit lata aliqua lex, cuius obſeruatio eſt ſalutaris & commo-
da reipublicæ:non debet illa refigi aut reſcindi propter multitudi-
nem præuaricantiũ ipſam,aut paucitatem obſeruantiũ eandẽ. qa
Hieronymꝰ. teſte Hieronymo:multitudo peccantiũ non præſtat cuiquam pec
candi patrociniũ. quinimmo etſi nulli legem illam legitime inſtitu
tam obſeruarent:nihilo ſecius ipſa,& recta eſt & ęqua.quod ſuam
non ſumat rectitudinem ex multitudine exequentiũ illã:ſed ex re
cta inſtitutione & cauſa legitima,ob quã ipſa primũ fuit lata.& ita
ob raritatem cuſtodientiũ illam in ſua integritate: nihil illa perdit
roboris,& uigoris,& efficaciæ. Alioqui iam olim illud dei præce-
ptũ de fugiẽda mœchia,itidem & furto:eſſet euacuatũ & abolitũ,
quoniam multi ſemper fuerunt & adhuc ſunt illius præuaricato-
res,mœchi & fures. At uero quemadmodũ ex numeroſa multi-
tudine eoꝝ qui furtũ aut fornicationem committunt:nequaq̃ pro
be quis collegerit abrogandũ eſſe domini præceptũ. non mœcha
Exodi 20. beris,& non furtũ facies. Haud aliter ex eoꝝ qui ſoluunt legẽ ec-
cleſiaſticoꝝ ieiunioꝝ abundantiore numero: neutiq̃ apte cõficias
III. huiuſmodi legem eſſe tollẽdã aut abrogãdam. ¶ Viceſimaprima
ac poſtrema obiectio. Multi diuitũ lautius & ſplendidius epulãt̃,
pluribꝰq; ferculis inſtructã habent menſam diebus ad eſum piſciũ
deſignatis:q̃ ijs diebꝰ in quibus datũ eſt ueſci carnibus. Maiore iti
dẽ impendio apparant̃ diebꝰ ieiunioꝝ apud multos cõuiuia pluſq;
inſumitur pecuniæ ad inſtruendã delicatis cibis menſam:quã alijs
diebꝰ ad ieiunia nõ determinatis,in quibus ſeruatur impẽſaꝝ me-
diocritas & ciboꝝ moderatior uſus. Plæriq; uero pauperes qm̃ ino
pia preſſi cõparare non ualent piſces,quando illi in cibum ſunt de-
finiti:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

finiti: noxio alunť nutrimēto et incidunt in aduerſam ualitudinē,
quibus modicæ carnes facile ad eſum ſuppeterent et ſalutem. Oc-
currunt interdū et alij, qui ob indictū ieiuniū et aliquantiſper ſer-
uatū laborant debilitate ſtomachi: non ualentes ingeſtū una man-
ducatione cibū concoquere, quem gemina ſumptū refectione, me
ridie & ueſperi, facile concoxiſſent. Alijs uero ieiuniū ingerit mor
bos, aut ob cerebri exhauſti imbecillitatem adimit ſomnū noctur
nū: & alia permulta infert impedimenta ſanitatis. Ad quę deuitā-
da, potius deberet eſus piſciū & ieiunioꝝ obſeruatio relinqui cu-
iuſq; arbitrio, & ſolū conſuli: non autem inſtitui præcepto obliga
torio, & cū ſeuera adiectiōe pœnæ. ¶ Reſponſio. Hi ſunt ſibili ſer- IIII.
pentis antiqui, quibus ſuū inſtillat occulte uenenū cordibus homi-
nū: ut abducat eos ab uſu mādueationis piſciū rationabiliter intro-
ducto ad ſalutarem abſtinentiam, & ab obſeruatione ieiunioꝝ per
eccleſiam inſtitutoꝝ ad corporis caſtigationem ac emacerationē.
Et miꝝ certe eſt, noſtra tempeſtate inuentos eſſe aliquos: huiꝰ dia
bolicæ ſuaſionis præcones, celebres quidem doctrina in ore homi-
nū: ſed ea abutentes in perniciem animaꝝ. Qui ut habenas laxarēt
uoluptatibꝰ, uiuendūq; ſecundū carnem & ſanguinem ſuaderent:
ſcriptis ſuis in lucem prolatis contenderunt & ſacerdotibus eſſe ꝑ
mittēda connubia, & non interdicendū Chriſtianis unq̄ uſum car
niū, nec indicenda ſub præcepto ieiunia. Quos ſane habendos cen
ſuerim ut publicos eccleſiæ hoſtes, inimicos crucis Chriſti, Epicuri
de grege porcos grunientes, & euangelicæ legis ſubuerſores. quæ
quenq; docet abnegare ſeipſum & tollere crucem ſuam ac ſequi
Chriſtum: non ambulare ſecundum carnē, nec ire poſt ſuas cōcu Matth. 16.
piſcentias. ¶ Sed ut hoꝝ cauillationibus occurramus: tribuendum V.
quidē ipſis eſt, nonnullas contingere particulariū hominū exorbi-
tatic nes & prolapſiones ab integritate Chriſtiana, tam in uſu pi-
ſciū quā in recta ieiunioꝝ obſeruatione. Veꝝ hæ non arguūt aut
perperam factas eſſe illas cōſtitutiones ab eccleſia, aut eas eſſe ab-
rogandas: ſed duntaxat huiuſmodi abuſus eſſe caſtigandos, emen-
dandos, & ſuſtollendos., & leges ipſas rectas: in ſua incolumitate ꝑ
mittēdas. Quēadmodū ob cōmeſſationes, ludos & uana ſpectacu
la quæ diebꝰ dñicis & feſtis plærunq; fiunt à uulgo: non ſumiť effi
cax argumentū, tollendam eſſe feſtoꝝ ſolennitatem, ſed ſolum, ea

quæ ab honeſto, ſyncæro & pio religionis cultu declinant: per eos
VI. qui authoritate ualent, eſſe emendanda. ¶ De pauperibꝰ uero q̄d
afferunt aduerſarij̄: non conuincit aut ꝑmittendū quolibet tēpo-
re eſum carniū, aut non eſſe præcipienda ieiunia. Nēpe nullus tāta
premitur paupertate, quin diebus illis quibus uſus carniū eſt inter
dictus: inueniat ſibi ſalubre alimentū & ſufficiens, aut lac, aut oua
aut butyrū, aut caſeū: & maiore quidē facilitate, illa quàm carnes
comparet. Quòd ſi quis aut morbo laboret, aut facto periculo co-
gnouerit ꝑniciosum ſuæ ſanitati eſſe ieiuniū (quod tamē plærūq́ꝫ
ſalutem corporis conſeruat potius: ſicut & gula eandem lædit &
labefactat) oſtendat ſe ſuo ſacerdoti, patefaciatq́ꝫ ſuam imbecillita
tem: & accipiat ab ipſo facultatē conſulendi ſuę ſanitati. Siquidem
ſuis legibꝰ eccleſia extinguere uitia, illoꝝq́ꝫ materiā ſuccidere labo
rat: non naturam ipſam lædere. Eſt enim ipſa, pientiſſima mater:
filios ſuos ſaluare uolens non perdere, geminina itidem maloꝝ cō
uellere enitens: non ſarcinam imponere naturæ, cui ſuccūbat, de
niq́ꝫ antidota & medicamēta contra peccata componere laborās:
non naturæ grauamina aut ſanitatis iacturā ingerere. Idcirco eos
qui ſine ſuæ naturæ aut ſanitatis detrimento non poſſent eccleſia
ſticis legibꝰ uti, quantū ad eſum piſciū aut ieiunia: ut neceſſitate a-
dactos (quæ nulli aſtringitur legi) declarat eccleſia non obligatos
eſſe nec deuinctos ſuis obſeruationibus. mō ſacerdotis ad hoc con-
ſtituti iudicio aut aperta rei experientia, cōperta fuerit huiuſmodi
infirmitas aut urgens neceſſitas: eximēs hominē ab obſtrictiōe ta-
VII. liū ſanctionū. ¶ Ceteꝝ q̄m hi ꝑdicatores uoluptatis, ieiunioꝝq́ꝫ &
piſciū oſores: ſanctas eccleſiæ cōſtitutiones de abſtinentia carniū
certis hebdomadę diebꝰ, uertunt in ludibriū, ſermonēq́ꝫ ludicrum.
dicentes huiuſmodi abſtinentiā quæ feria ſexta & ſabbato cuiuſq́ꝫ
fit hebdomadę: primū ex particulari aliquoꝝ deuotione exordiū
cępiſſe. deinde eā irrepſiſſe in plures: ſerpendo paulatim. & tandē
tranſiſſe ex uoluntaria aliquoꝝ obſeruatione in totā multitudinē,
authoritate præcepti: ad talē obſeruandā abſtinentiā, in omnes ge
neratim conſtituti. Et proinde periclitari dicunt etiā quartā feriā:
ne hoc modo, exēplo ſabbati indicat̄ & huic in uniuerſum abſtinē
tia à carnibus: ex peculiari nonnullorum ritu et more deſumpta.
Quinimmo et ubi feria quarta in hunc ordinem abſtinentię fue-
rit re-

rit redacta: tũ et feriæ ſecundæ dicunt eſſe metuendũ, ne ſimili ex
emplo ex ſingulari aliquoꝝ obſeruatione, etiam et in hanc tradu-
catur conſuetudinem, immo et præcepti neceſſitatem: quod et in
ea abſtinendũ ſit à carnibus. Et hoc pacto contendunt hi indulgẽ
tes carni et ſanguini, eccleſiam ſanctam in hac conſtitutione abſti-
nentiæ à carnibus, aliquot hebdomadę diebus: paulatim eſſe pro
greſſam à laxiore uiuendi ratione & modo ad ſtrictiorem, pedetẽ
tim lento uſu introductã. Idcirco ad obſtruenda ora ipſoꝝ loquẽ-
tium iniqua: oſtendendũ hic eſſet diffuſius (ſi locus ipſe amplam
pateretur illius materiæ pertractationem) circa priſca illa tempo-
ra ſurgentis eccleſiæ, fuiſſe olim conſtitutam in certis illis dieb⁹ ab
ſtinentiam à carnib⁹: immo & ieiunij obſeruandi præceptionem,
in omnes generatim latã. deinde eã ſenſim fuiſſe ꝑ oppoſitũ uſum
laxatã: & abrogatã. ut potius tranſierit ipſe populus Chriſtianus,
quantũ ad hoc negociũ, ab arctiore uiuendi ratione, ad laxiorẽ & VIII.
indulgentiorem uictũ. ¶ Siquidẽ antiquo illo eccleſiæ ſanctæ tem
pore: indictũ fuiſſe ſabbato cuiuſqꝫ hebdomadæ ieiuniũ legim⁹, de Innocentius.
conſecratione, diſtinctione tertia, cap. ſabbato uero. ubi ait Innocẽ
tius papa. Sabbato uero ieiunandũ eſſe: ratio euidentiſſima demõ-
ſtrat. Nã ſi diẽ dominicam ob uenerabilẽ reſurrectionẽ domini no
ſtri Ieſu Chriſti non ſolũ in paſcha celebramus: ueꝝ etiã per ſingu
las hebdomadas, ipſius diei imaginem frequẽtamus, ac ſicut ſexta
feria propter paſſionem domini ieiunamus: ſabbatũ prætermitte-
re non debemus, quoniã intra triſtitiã & lętitiã temporis illius: ui-
detur incluſum. Et reliqua illius capitis: in eandẽ ſententiã cõſequẽ
tia texuntur. Ex quib⁹ ꝑſpicuũ euadit, quondam in eccleſia fuiſſe
conſuetudinẽ pariter & conſtitutionem obſeruandi ieiunij: ſingu-
lo quoque die ſabbati. quam & tempore beati Auguſtini: Romæ Auguſtinus.
obſeruatam fuiſſe, manifeſte conuincit eiuſdem ſcriptũ ad Ianua-
riũ: quod refertur duodecima diſtinctiõe. cap. illa autem. ubi de ue Monica.
nerabili matre ſua Monica narrationem contexit. Atqui hoc no-
ſtro ſeculo & hac tẽpeſtate non obligamur ex more eccleſiaſtico
aut ꝑcepto: ad ſabbati ieiuniũ ſingula quaqꝫ hebdomada obſeruan
dũ. Quare laxior eſt & minor nũc abſtinẽtię rigor, circa diẽ ſabba
ti tenendus: quã priſcis fuerit temporibus ſeruari ſolitus. Quod &
de feria quarta, immo & ſexta: promptũ fuerit ex canonicarũ ſan-
ctionũ

ctionū regulis oſtendere. Siquidē de conſecratione diſtinctione
Leo quartus tertia, cap. de eſu. Leo papa quartus hoc traditur cōſtituiſſe decre
tum. De eſu carniū apud nos uetuſtiſſima & nō improbāda tradi
tio ſemp eſt tenēda: ut à cœnæ termino quæ fit in principio noctis
quartæ feriæ quæ luceſcit in quarta feria, uſqꝫ in diluculū quintæ
feriæ, & ſimiliter à cœna noctis ſextæ feriæ quæ luceſcit in ſexta
feria: nō imperite ieiunatio ſit tenenda uſqꝫ ad ſabbati lucē. & quan
tū de diei parte aliqs ieiunare maluerit uel debuerit: ꝓtēdat. Hæc
ibi. Ex quibus liquidum eſt: circa priſca ipſius eccleſię tempora, ie
iunium quartæ & ſextæ feriæ cuiuſqꝫ hebdomadæ, una cum ab-
ſtinentia ab eſu carniū in ſupra dictis diebus: fuiſſe in uſu moreqꝫ
probato apud populum Chriſtianum. quod & ex cap. ieiunia ſa-
ne. de cōſecratione diſtinctione tertia rurſum pateſcit aptius, ubi
& ratio exprimitur: ob quā utriuſqꝫ illoꝝ dierum fuerint p̄cepta ie
iunia. quia ſcilicet quarta feria, Iudas traditionē domini cogitauit:
ſexta aūt feria, crucifixus eſt ſaluator. Nunc autē feria ſexta tantū
interdictus eſt eſus carnium: nō autem indictum ieiuniū. Feria ue
ro quarta: neqꝫ prohibitus eſt eſus carnium, neqꝫ p̄ceptum ieiuni-
um. Videmus igitur manifeſte: eccleſiam ipſam in duorū p̄dicto-
rum dierum uictu & abſtinentia, ꝓgreſſam eſſe ab arctitudine ad
ſolutiorem laxitatem.

¶ Quænā ſit uera libertas Chriſtiana & euāgelica: quā ſibi
aſciſcere debent omnes atqꝫ comparare. Cap. XXIII.

REiecta quidē in ſuperioribꝰ huius libri locis eſt mul
tifariā libertas illa Chriſtiana: quā p̄dicat Lutherꝰ
Eccl. 13. cum aſſeclis & aſtipulatoribus ſuis, inquinatis aba-
tra pice quam tetigerūt. Quæ ſane libertas (ut ſæpi
us ante diximus: nec repetere piget) effrenis eſt ui-
uendi cōditio: ſine lege, ſine regula, ſine freno eccleſiaſticarū cōſti-
tutionū; ut ferme quicquid libuerit, liceat. Et ergo ſecūdū uerita-
tē, libertas nō eſt; ſed duriſſima ſeruitus, ſub tyrānide carnis & pec
cati. Diſſolutæ itidem ſunt obiectiōes eoꝝ: qui hāc Lutheranā li-
bertatē magno molimine tutari laborāt. Et ſiquæ aliæ forte ſuper
ſunt in eam rem cauillatiōes: per haꝝ unius & uiginti dilutiōes ſu-
pra diffuſe poſitas, haud magno negocio diſſolui cōſimiliter poſ-
ſunt. Nūc itaqꝫ paucis oſtēdamus oportet: quænā ſit uera libertas

Chriſtiana

Chriſtiana & euãgelica,ad quã indipiſcẽdam debẽt omnes aſpira
re. Ea uero:duplex eſſe deprehẽdit in hac uita mortali.& per ea-
rum utrãq; ſtruit uia,iterq; ſternitur ad tertiã libertatẽ:in uentu- I.
ri ſeculi uita ſine termino obtinẽdam. ¶ Prima utiq; eſt libertas ab
onere legis Moſaicæ:quã indulſit nobis Chriſtus ꝑ ſuaue iugũ le-
gis euãgelicæ.quẽadmodũ ipſe dicit apud Matthæũ. Venite ad Matt.11.
me omnes qui laboratis & onerati eſtis:& ego reficiã uos. Tollite
iugũ meũ ſuꝑ uos:& diſcite à me, qꝛ mitis ſum & humilis corde,
& inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meũ ſuaue
eſt:& onus meũ leue. Cui cõſonat & Ioannes in euãgelio ſuo, di- Ioan.1.
cens. Lex ꝑ Moyſem data eſt:gratia & ueritas ꝑ Ieſum Chriſtũ
facta eſt. Hinc beatus Iacobꝰ legem euangelicam uocat legem li-
bertatis:cũ ait. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, Iaco.1.
nõ auditor obliuioſus factꝰ ſed factor opis:hic beatꝰ in facto ſuo e-
rit. Porrò huic libertati nõ repugnat ſubiectio & obligatio ad ſer-
uãdas leges eccleſiaſticas:quemadmodũ falſo aſſerit Lutherꝰ. qn
immo hæc obſtrictio,huiuſmodi libertatẽ adiuuat maiorẽ in mo-
dum:redditq; firmiorem,ueriorem & ꝑfectiorẽ. Sed dictæ liberta
ti ſolũmodo aduerſatur iugũ Moſaicæ legis:de quo beatus Petrꝰ
ait in concilio apoſtolorũ. Quid tentatis deum,imponere iugum Actuũ.15.
ſuper ceruices diſcipulorꝫ:quod neq; nos neq; patres noſtri porta-
re potuimus? ¶ Secũda eſt libertas à ſeruitute peccati:quã adiutri- II.
ce dei gratia & exercitio uirtutũ bonorũq; operum conſequimur
in hac uita,quãdo ſubactis cupiditatibus:deo prompte ſeruimus et
expedite. Enimuero peccatũ, miſeræ nos ſubigit ſeruituti: atq; in
ſeruilem infeliciter detrudit conditionem.quẽadmodũ beatus Pe- 2.Petri.2.
trus de magiſtris errorũ & improbis aliorũ ſeductoribus ait.quod
in errore conuerſati ſunt,libertatẽ illis promittentes: cũ ipſi ſerui
ſint corruptionis. A quo enim qs ſuperatus eſt:huius & ſeruus eſt.
Et dñs noſter apud Ioannẽ. Qui facit peccatũ: ſeruus eſt peccati. Ioan.8
Ab huiuſmodi uero ſeruitutis duriſſimo iugo uindicat nos & exi-
mit hæc ſecũdi generis libertas:in iuſtitiæ operatione cõſiſtẽs. Ad
quã quidem integre aſſequẽdã:magnopere etiã cõducit ſubiectio
& obligatio cuiuſq; ad ſanctiones eccleſiaſticas olim inſtitutas, &
diutino cõfirmatas uſu:atq; integra illarꝫ obſeruatio. Nã per hanc
liberamur à ſeruitute rebellionis,inobedientiæ,cõtumaciæ,ꝓter-

n uiæ

niæ,atq; cōtemptus in eccleſiam ſanctā & rectores eius. Neq; illa
ſubiectio,ſeruitutē inuehit nobis aut iugum tyrānidis: ut oblatrat
Lutherus .ſed una eſt particula leuiſſimi oneris faciliſq; ſarcinæ:
III. quā dominꝰ ferēdā nobis impoſuit. ¶ Quinimmo oīno ex oppoſi
to ſe habet iſta ſecundi generis libertas iure expetēda:ad eā effre-
nē licētiam,quā falſo nomine Lutherus libertatē appellat Chri-
ſtianam. Hæc enim audit eccleſiā matrē ſuā: illa toruo ſupercilio
cōtēnit eam. Hæc ſanctas antiquorū patrū ſynodos cū ueneratio
ne debita amplectitur:illa ſuſpenſo aduncoq; naſo ſubſannat eaſ-
dem. Hæc itidē traditiōes apoſtolicas cū reuerētia ſuſcipit ac ob-
ſeruat:illa paruipēdit eas,quod in euāgelio nō ſint cōſcriptæ. Hęc
etiā conſuetudines eccleſiaſticas reueretur & cuſtodit:illa eaſdem
irridet atq; cōculcat. Hæc deniq; ꝑpoſitis eccleſiaſticæ moderatio
ni obtēperat:illa uero eoſdē floccifacit. Demū hæc pulchrū in ec
cleſiaſtica republica cōſeruat ordinē,decētiā & honeſtatē:illa ue-
ro ritus omnes antiquos & leges rectas abijciēs , horrida cōfuſiōe
omnia permiſcet. Et ut uno uerbo cōcludā omnia, hæc ad Hieru
ſalē,ſupernę pacis ciuitatē pertinet:illa uero ad Babylonē,tartareę
cōfuſionis eluuiē. Si igitur ſuaue Chriſti iugum portare uolumꝰ,
& eius ope à ſeruitute peccati liberari:hanc libertatem capeſſamꝰ
Cap.9. oportet. De utraq; autem libertate iam dicta:factus eſt etiam obi-
ter ſermo in diſſolutione decimæ quartæ obiectionis ſupra poſitę.
IIII ¶ Tertia uero libertas eſt à ſeruitute corruptionis corporis:cui ob-
noxij ſumus nos filij Adæ,per hāc legem nobis indictā, Puluis es:
Gene.3. & in puluerem reuerteris. At ab ea cōditione dura liberabunt:q
reſurgēt Chriſtiformes in cōſummatione ſeculi ad gloriā immor-
talitatis & uitæ perpetuæ.ſicut teſtatur his uerbis apoſtolꝰ ſcribēs
Roma.8. ad Romanos. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis:in
1.Corin.15. libertatē gloriæ filiorū dei. Et in prima ad Corinthios epiſtola:eā-
dē inſinuat libertatem dicēs. Oportet enim corruptibile hoc,indue
Ibidem. re incorruptionē:& mortale hoc,induere immortalitatē. Et rur-
ſum. Seminatur in corruptione:ſurget in incorruptiōe. Seminat
in ignobilitate:ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in
uirtute. Seminatur corpus animale:ſurget corpꝰ ſpirituale. Porrò
ad hanc libertatē demum obtinēdā(ſed in ijs qui eā ſemel obtinue
rint:nūquam finiendam)ut mercedem præmiumque laborem &
ꝑclaram

præclarã æternæ felicitatis dotem:neceſſariũ eſt duas alias liberta
tes ut media quædã & uias ducẽtes ad hanc tertiam, ſibi aſciſcere.
Et primã qdẽ nobis attulit Chriſti benignitas:ut nõ ſit opus labo-
re aut opera noſtra,ad eã uẽdicãdam. Secũdam uero:bonoꝝ ope
rũ ſtudio exercitioqꝫ uirtutũ,& potiſſimũ obedientiæ in eccleſiã
ac eius paſtores,comparare nobis debemus. Et ita demum eius ad
miniculo & adiutrice dei gratia:tertiam hãc libertatẽ tanq̃ bonoꝝ
laborũ glorioſum fructum conſequemur.

## ¶ Quidnã de iis ſeptem dictis Lutheranis, in principio huiꝰ libri propoſitis:eſt ſentiendum. Cap. XXIIII.

CAeterũ ex prædictis in toto hoc libro,iam ſatis cõ-
ſtare arbitror abſurditatem & falſitatem eoꝝ,q̃ ex
opuſculo Lutheri de libertate Chriſtiana inſcri-
pto,in ſecundo huius libri capite adducta ſunt:ad
dinoſcendã ſuæ libertatis(cuius funeſtũ & exitiale
attollit uexillũ) conditionẽ. ¶ Perſpicuũ eſt enim in primis,id à ue I.
ro haud eſſe alienũ:præſides eccleſiæ(quos pro more ſuo,ut cõtu
melioſus eſt ſupra modũ in omnes,tyrannos appellet:& modera-
tiſſimã eorũ directionẽ,tyrannidẽ: hiſce uerbis latentẽ animi ſui
morbũ aliis aperte prodẽs)habere ius ac poteſtatem cõdẽdi leges
eccleſiaſticas,quã à deo acceperũt.& populũ Chriſtianũ illis mo-
rigerari debere:ſi ſuæ ſalutis rationem habere uelint.quoniã ſine
illiꝰ iactura:haſce regulas & ſanctiões trãſgredi nõ poſſunt,ut mul
tifariã iã eſt oſtẽſum,cũ in uariis huius libri locis:tũ in decimo,un-
decimo & duodecimo capitibus p̄cedentibus. ¶ Verũ in ſupra di- II
ctis locis adductis ratiõibus,lubet in p̄ſentia & alias nõnullas adiice
re:quo teſtatior atqꝫ ꝓbatior relinquatur hæc ueritas. Manifeſtũ
ſiquidem eſt,patrem ſecũdum carnem itidem & matrẽ:poſſe filio
ſuo aliquid faciundũ iubere.ut executionẽ operis alicuiꝰ indifferẽ
tis:quod tamẽ filio eſt utile(exẽpli gratia:ludi literarii frequẽtatio-
nẽ)ſimiliter & p̄cipere aliqd etiã fugiẽdũ:ut ꝓhibere mãducatio-
nẽ pomorum,ad quã ætas illa pueris eſt ꝓpẽſior.cũ ſeuera cõmi-
natione,ꝙ uapulabit ille puer uirga:ſi mandatũ parentũ ſuoꝝ pręuaricetur. Cur igitur nõ poterũt patres noſtri ſecũdum ſpiritum,
primi ſcilicet rectores eccleſiarum,& mater noſtra in ſpiritu,eccle
ſia ſancta:nobis imponere quippiam faciẽdum aut fugiendum cũ

interminatione uirgæ & diſciplinæ, quando illud nobis eſt ſaluta
re:& noſtræ ſaluti apprime accõmodũ? Nonne maiorẽ tunc habe
rẽt authoritatẽ parẽtes ſecundũ carnẽ, in filios ſuos: quã mater no
ſtra ſecundũ ſpiritũ, itidẽ & patres, in ſuos filios? cũ tñ lõge dignior
ac ſublimior ſit illa ſpiritualis paternitas & maternitas: quã carna-
lis. Rurſum, præceptũ illud dei de honorandis parentibus, non tan
tũ de ijs qui ſecundũ carnem parentes ſunt, accipiendũ eſt: ſed &
de parentibus ſecundũ ſpiritũ, ut de eccleſia ſancta & paſtorib⁹ e-
ius, quorũ iuſſis: ex diuini præcepti authoritate debemus obedire.
Igit̃ cũ eccleſiæ p̃cepta & orthodoxorũ patrũ tranſgredimur man
data: ſimul & dei præceptũ præuaricamur de honorãdis parẽtib⁹.
Atqui p̃uaricantes diuina pręcepta, contrahunt haud dubie labẽ
mortiferi criminis: ſeq́ obligant æternæ dãnationi. Igit̃ & manda
ta eccleſiæ antiquorũq́ patrũ eccleſiaſticorũ ſtatuta uiolantes: ean
dẽ incurrunt pœnã. cũ nõ cõtingat hæc ſine illo dei præcepto p̃ua
IIII. ricari. ¶ Pręterea. Eccleſia ſancta & præcipui & eius moderatores
in ſpiritu ſancto cõgregati: poteſtatẽ habent abrogandi aliquã cõ-
ſtitutionẽ antiquã occurrente rationabili cauſa, aut eã cõmutandi
in aliũ morẽ eccleſiæ utiliorẽ. Quod cũ multis poſſet cõprobari ex
emplis: in p̃ſentia tñ ſatis fuerit id duobus tm̃ manifeſtare. Quorũ
primũ eſt. In ipſius eccleſiæ principio mos fuit: etiã infantib⁹ ſacro
baptiſmi lauacro ablutis tradere ſacroſanctæ euchariſtiæ cõmu-
Dionyſius. nionẽ. quẽadmodũ perhibet beatus pater Dionyſius: circa finẽ li-
bri ſui de eccleſiaſtica hierarchia dicens. Illud uero, ꝙ pueri q̃ nec-
dũ poſſunt intelligere diuina, ſacri baptiſmatis altiſſimorũq́ cõmu
nionis ſacroſanctæ ſignorũ participes fiant: uidet̃ quidẽ prophanis
(ut dixiſti) rationabiliter irridendũ. ſi auditores minus idoneos, e-
piſcopi diuina edocent: & non intelligentib⁹, ſanctas traditiões ne-
quicq̃ tradunt. Deinde cõſtitutionis illius rationem reddens: paulo
poſt ſubnectit idẽ. Tradit aũt puero ſancta myſteria pontifex: ut
nutriat̃ in ipſis, neq; uitã aliã habeat: niſi hãc q̃ diuina inſpiciat ſem
per, & quæ huiuſmodi ſancta cõmunione proficiat. atq; in his ſa-
crũ poſſideat habitũ: promoueat̃q; ſtudioſe à ſuſceptore ſuo. Hęc
Dionyſius. V ñet adhuc in antiq̃s myſteriorũ eccleſiaſticorũ uo-
luminib⁹: illud ita de infantib⁹ legit̃. Si ep̃s adeſt: ſtatim cõfirmari o-
portet, poſtea cõmunicari. Ep̃s ſi præſens nõ fuerit: anteq̃ lactetur
infan.

infans aut aliquid guſtauerit, cõmunicet eũ ſacerdos de corpore et
ſanguine domini: ante miſſam etiã ſi neceſſitas ingruit. Poſteriore
tamen tẽpore abolita eſt illa conſtitutio, nequa fiat ſanctiſſimo eu
chariſtiæ ſacramento irreuerentia: ſi ſumptum puer (ut accidere
poſſet) expueret, ne etiã ſumatur ſine ſui ipſius probatione: et de-
uotione ſingulari ad illud tã ſublime myſteriũ. quæ duo præſtari
non poſſunt niſi ab ijs: qui per ætatẽ iã habent ſufficientẽ diſcretio
nẽ ad dijudicandũ corpus domini, & ſecernendũ à cibis cõmunib⁹
corpori nutriendo accõmodandis. ¶ Secundũ exẽplũ, rei propoſi V.
tæ approbatiuũ eſt. Circa principiũ eccleſiæ primitiuæ, laicis daba
tur cõmunio ſacroſanctæ euchariſtiæ ſub utraq; ſpecie: panis ſci-
licet & uini, quẽadmodũ ſatis coniectare licet ex ſexto ca. euange
lij ſancti Ioannis: & ex undecimo cap. primæ epiſtolæ beati Pauli Ioannis 6.
ad Corinthios. Sicut etiã aperte confirmat decretũ ſeſſionis deci- 1. Corin. 11.
mætertiæ: cõcilij Cõſtantienſis. Attamen ſequentibus ſeculis iam
multiplicato copioſe credentiũ numero (qui primũ paucus erat &
rar⁹) rationabiliter conſtitutũ eſt ab eccleſia catholica, laicis ſanctã
euchariſtiæ cõmmunionẽ tm̃ tradi debere ſub ſpecie panis, & non
ſub ſpecie uini. tũ propter effuſionis ſacroſancti ſanguinis pericu
lũ. tũ etiã propter fidei in fidelibus cõfirmationẽ: q̃ ſub uenerando
panis ſigno integrũ Chriſti corp⁹ itidẽ & precioſus ei⁹ ſanguis cõ
tinet. tũ deniq; ob alias ratiõabiles cauſas: eccleſiã ſanctã ad id inſti-
tuendũ mouentes legitime & cõgruenter, ut oſtendit aperti⁹ præ
dictæ ſeſſionis ſacroſanctæ ſynodi Conſtantienſis: ſanctio rectiſſi-
ma. Nec iniuria mutauit eccleſia ſancta in duobus iſtis exẽplis iam
aſſignatis: pro reꝝ cõmoditate ſuã ſententiã. Qm̃ cũ aliqua priſcis
ordinata temporib⁹ deprehendunt uergere in deteriorem exitũ:
ea ſecundũ rectę rationis determinationẽ aut abroganda ſunt, aut
in aliud melius commutanda. Quemadmodũ Ezechias rex Iuda 4. Regũ 18.
commendatiſſimus, contriuit atq; comminuit in fruſta ſerpẽtem Numeri 21.
æneũ (quẽ iuſſu dei erexerat Moyſes in deſerto: ad ſalutẽ pcuſſo
rũ à ſerpentibus ignitis, qui ſignũ illud aſpicerent) quoniã depre-
hendit illi à populo ſuo adoleri incenſum. Neq; eo in opere repre-
henſus eſt à quopiã: quin potius magnam promeruit laudẽ. Cũ igi
tur eccleſia catholica poteſtatẽ habeat abrogandi antiquas cõſtitu
tiones, aut cõmutandi eas in alias ſanctiones congruẽtiores, occur-

rente legitima cauſa: cur non etiam habebit poteſtatem conſtituē
di aliquas leges utiles & honeſtas, quæ nunq̄ prius fuerant conſti-
tutæ; cū ſit facilior, noua legis alicuius ſanctio: q̄ antiquæ quondā
VI. ordinatæ aut abrogatio, aut in aliam commutatio. ¶ Inſuper. Tra-
dita eſt ſupremis eccleſiæ paſtoribus poteſtas ligandi ſuper terrā
& ſoluendi poteſtas item remittendi peccata & retinendi, per il-
Matth. 16. lud domini noſtri uerbū: beato Petro dictum apud Matthæum.
Quodcunq; ſolueris ſuper terrā: erit ſolutū & in cęlis. Et quodcūq;
ligaueris ſuper terram: erit ligatū & in cælis. Per illud etiā eiuſdē
uerbū: omnibus dictū apoſtolis, paulopoſt apud eundem euangeli
Matth. 18. ſtā. Amen dico uobis. quæcunq; alligaueritis ſuper terrā: erunt li-
gata & in cælo. & q̄cunq; ſolueritis ſup terrā: erunt ſoluta & cælo.
Demū & per illud domini noſtri Ieſu Chriſti uerbū: diſcipulis ſu-
Ian. 20. is dictū poſt reſurrectionē ſuam. Quorꝫ remiſeritis peccata: remit-
tunt eis. & quorꝫ retinueritis: retenta erunt. Cur igitur putandū
eſt, conſimiliter eis non eſſe traditam poteſtatem condendi leges
ac ſanctiones: eccleſiæ directiōi utiles & neceſſarias; cū huiuſmo
di poteſtas condendarꝫ legū, minor uideatur & inferior, aut ſaltem
non præferens maiorem authoritatem: q̄ poteſtas miniſtratoria li
VII. gandi & ſoluendi delinquentes. ¶ Ad hęc, Primis eccleſię ſanctæ
rectoribus indulta eſt à dn̄o poteſtas gubernādi rēpub. eccleſiaſti-
Actuū. 20. cam, ſecundū illud beati Pauli uerbū: ad ſeniores eccleſiæ. Atten
dite uobis & uniuerſo gregi: in quo uos ſpiritus ſanct⁹ poſuit ep̄os
regere eccleſiā dei: quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Etiā & iuxta illud
1. Petri 5. beati Petri dictū. Paſcite qui in uobis eſt gregē dei: prouidētes nō
coacte ſed ſpontanee ſcd̄m deū. neq; turpis lucri gratia: ſed uolun
tarie. neq; ut dominātes in clero: ſed forma facti gregis. At quō gre
gē dn̄icū, oues & agnos Chriſti paſcēt ſpituales ipſi paſtores: ſi nō
habuerint authoritatē ſtatuēdi leges honeſtas & utiles, adminiſtra
tioni eccl'iaſticæ neceſſarias & accōmodas; cū uideam⁹ & in re mi-
litari & nautica & ſcholaſtica, & quauis alia multitudine moderā-
da: eos q rerꝫ ſummā gerūt habere facultatē illa ordinādi, etiā cum
poenæ in trāſgreſſores determinatione: quæ ad rē cui p̄ſunt dirigē
dā cōducibilia cēſent. Nō ſunt profecto deterioris cōditionis q̄ cæ-
teri, q ſummæ rerꝫ p̄ſunt paſtores eccl'iaſtici: ſed exiſtimādi & hāc
VIII. ſtatuēdarꝫ legū poteſtatē habere. ¶ Demū ſi attēdere lubet et ho
neſta-

neſtatē eoꝝ quę in eccleſiaſticis regulis atq; canonib⁹ ſancita ſunt:
pariter & utilitatem, cedentē primũ in ſalutē eoꝝ qui illis obſtrin-
guntur legibus: nemo ſe difficilē merito præſtare deberet ad eas
ſanctiones libenter amplectendas. ubi etiã nulla alia afferret ratio
id perſuadens: aut pœna adijceret coërcens. Quid eñ (ut alia mul
ta ꝓtermittamus) honeſtius: ꝗ ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacramentũ
et à ieiunis conſecrari tñ debere, et ſumi Chriſtianis, niſi cauſa in-
firmitatis aut neceſſitatis interuenerit: quod ex antiquo eccleſiæ
inſtituto etiã ante beati Auguſtini tēpora eſt decentiſſime ordina
tũ: et decreto decimætertiæ ſeſſionis concilij Conſtantienſis, con-
tra inſurgentes illius temporis hæreſes, ruſum eſt approbatum.
Quid præterea utilius Chriſtianoꝝ ſaluti: ꝗ ieiunioꝝ inſtitutoꝝ
obſeruatio: quod (ut ſancta concinit eccleſia) animis corporibusq;
curandis ſalubriter inſtitutũ eſt: quo deus itē in nobis uitia cõpri-
mit, mentē eleuat, uirtutē largit & præmia. & quod de ieiunij con
ſtitutione dictũ eſt: de alijs quoq; omnibus legib⁹ eccleſiaſticis ſimi
liter eſt intelligendũ, quandoquidē de illis idē eſt iudiciũ. Itaq; ho-
neſtas ipſa præceptoꝝ eccleſiæ necnon & utilitas: ubi etiã alia oĩa
deeſſent (quæ tñ adhuc permulta ſunt) prouocantia ad eoꝝ ſuſce
ptionē & executionē: merito nos impellere deberent, ad illã prom-
pto & lubenti animo amplectenda. Sed iã ad alia trãſeamus.

¶ Quid de ſecundo, & ſequentibus Lutheri articulis
prius poſitis cenſendum eſt. Cap. XXV.

Perſpicuum etiam iam euaſit (ut expedito in præce I.
denti capite, primo Lutheri articulo: ſecundum e-
iuſdem, ſupra poſitum circa libri huius principiũ,
excutiamus) ea quæ ex apoſtolorum traditiõe aut
ſacrorum conciliorꝝ, aut conſuetudine antiqua ob-
ſeruant à fidelibus ſecundũ ſanctiones eccleſiaſticas: plurimũ ad iu
ſtitiã prodeſſe ijs qui pie & religioſe ea perficiunt qm̃ eo ipſo acce
ptiſſimã deo ꝑſtant obediētiã. Prætermiſſionē uero illoꝝ citra cau
ſam legitimã, pariter & tranſgreſſionē: maxime incõmodare ſaluti
animæ, conſtituereq; ipſum præuaricatorē, grauis peccati reum &
dãnationis æternæ. ꝙ ea ꝑuaricatio aſſeclã ſemper habet & comi
tem: inobedientiã in deũ, quēadmodũ ſuperiora dicta potiſſimũ in
decimo undecimo & duodecimo capitib⁹: & diffuſe mõſtrarunt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cæterum recto conſequio id trahitur & ſubinfertur, ſi pręcepto
rum eccleſiæ tranſgreſſio inducit letale crimẽ animæ & mortis æ-
ternæ reatũ: integram eoꝝ obſeruationẽ ex oppoſito & gratiã ꝓ
mereri & gloriam æternã. quod tamẽ negat Lutherus in ſecũdo
illo articulo: quẽ in ſecundo p̄ſentis libri capite ex ipſius dictis cita
uimꝰ. Oppoſitarum enĩ cauſarum: oppoſiti ſunt & effectus. Neq;
illud recipiendũ eſt, quod illic affert: ea omnia quæ enumerat con
ſtitutionibus eccleſiaſticis cõſona, fieri etiã poſſe à quouis impio.
Quãuis enim impius ea uniuerſa ſecũdũ ſubſtãtiam operis exeq
poſſet & exteriorem operationẽ: nõ tamẽ ſecũdum debitas circũ-
ſtãtias finis, qualitatis operis, loci, tẽporis atq; recti affectꝰ: quas iu-
ſtus & probus ſeruabit. quãdoquidem non habebit impius in illis
operibus agẽdis ſyncærum illum animi in deum affectum: qualẽ
uir bonus. Cum autem legum eccleſiaſticarũ obſeruationẽ dici-
mus animę ſalutarem & deo gratam: nõ tãtum opera exteriora at
tẽdimus, ſed et interiorẽ ſimplicis animi affectum atq; intentionẽ.
Sed eadẽ omnino ratione quam hic affert Lutherus: dicere nobis
promptum eſſet, nulla dei præcepta eſſe ad ſalutẽ homini neceſſa
ria. ꝙ omnia illa quãtum ad exteriorem operationẽ fieri etiã poſ-
ſent à quolibet impio: licet nõ ad ipſius dei p̄cipiẽtis intentionem.
Quod autẽ ſubiungit Lutherus, obſeruatione p̄ceptorũ eccleſiæ
homines nõ niſi hypocritas euadere: perſimile eſt atq; ſi dicat, intẽ
dentem oculorum ſuorum aciem in ſolare iubar: nõ niſi tenebro-
ſum fieri. & igni propinquantem: ex eo non niſi algorem ſuſcipe-
re. utentemq; ſalutaribus cibis: incurere exinde aduerſam ualitudi
nẽ. Siquidẽ recta horum ſtatutorum obſeruatio ex ſimplici ani-
mo prodiens, qualem præcipit eccleſia: neminem reddit hypocri-
tam. Siquis autẽ ficto duplicíq; animo ea exequatur, ut auram au-
cupetur popularem: hypocrita quidem reddetur, nõ tamẽ ex præ
ceptorum eccleſiaſticorum conditione: ſed propria ſua malitia, q̄
II non eſt legibus illis ſaluberrimis & rectiſſimis aſcribenda ¶ Pręte
rea apertiſſimis oſtenſum eſt rationibus atq; ſanctorũ patrum fre
quenti teſtimonio, præſertim in tertio & quarto cap. libri præſen-
tis: præter ea quæ in euãgelio ſunt particulatim expreſſa, & alia
plæraq; neceſſaria eſſe ut credamus & agamꝰ, ea uidelicet: quæ po
ſtea ſpiritus ſancti inſpiratiõe declarata ſunt ac definita expreſſius,
ſancti-

ut credantur & agantur à populo Chriſtiano. Vnde cõſtat,abſur
dum id eſſe & impiũ: quod ſubinde in tertio articulo ſecũdi capi.
huius libri,ex ipſius dictis eſt propoſitũ. Neqꝫ id conuincũt duo il-
la(quæ citat ibidem)ſcripturæ teſtimonia:ad fulciendã ſuam aſſer
tionẽ. Primũ enim illud ex Ioanne ſumptũ. Qui credit in me:etiã Ioann.11.
ſi mortuus fuerit,uiuet. de perfecte credẽte accipiendũ eſt,eo ſcili
cet qui fidẽ habet operantẽ per dilectionẽ:boniſqꝫ coniunctã ope
ribus. Talis autẽ non ſolũ ea aget quæ in euangelio ſunt aperte ex
preſſa:ſed & illa quæ per traditiones apoſtoloꝝ & eccleſiaſticas cõ
ſtitutiones ſunt ſuperaddita. alioqui non eſt integra eius fides nec
perfecta. In ſecundo uero ſcripturæ teſtimonio: ibidẽ adducto ex
Matthæo,ſcilicet. Nõ in ſolo pane uiuit homo: ſed in omni uerbo Matthæi.4
quod procedit de ore dei. p uerbũ dei nõ ſolũ intelligi debet quod
in euangelio eſt conſcriptũ:ſed & id omne,quod poſtea ſuggerẽte
ſpiritu ſancto ab apoſtolis & patribus orthodoxis eſt traditũ atqꝫ
ſancitũ. & illud enim,uerbũ dei eſt:utputa ſpiritus ſancti,cuius ma
giſterio & doctrina illud ipſum ordinatum eſt & ſtatutũ. ¶ Sed di- III.
cat age Lutherus:in quo euangelij loco ſcriptũ eſt,ꝙ Chriſtus de
ſcenderit ad inferna,quod tamen,ſymbolũ apoſtoloꝝ & Anaſta
ſii:credendũ nobis exprimit. Vbi etiam in aliquo quatuor euange
liorum: dicitur filius dei eſſe conſubſtãtialis patri.cum certe nomẽ
illud conſubſtãtialis,nequaq̃ in euangelio legatur.aut ubi expreſ-
ſum id inuenitur apud aliquẽ euangeliſtaꝝ:ꝙ ſpiritus ſanctus etiã
à filio procedit. Attamẽ utrũqꝫ horũ: ſymbolũ Nicenũ exprimit
ab omnibus credendũ. Et ita percontandũ eſſet de alijs permultis,
quæ in ſacroſanctis ſynodis declarata ſunt & determinata ut cre-
dantur à tota eccleſia: nequaq̃ tamen in euangelijs habentur aper
te commemorata. Verum nunc ad agenda ueniamus. Dicat oro
Lutherus:ubi legit in euangelio ieiuniũ quadrageſimale quotãnis
ante feſtum paſchale eſſe obſeruandum,aut aquam ſale cõmixto
benedictam ſacerdotali imprecatione: eſſe ſpargẽdam in populũ.
aut in ipſo ieiunij quadrageſimalis exordio,cineres oratione ſacer-
dotis benedictos,in fronte aut ſuper caput à manu ſacerdotali eſſe
ſuſcipiẽdos:in ſignum pœnitentiæ agendæ,& ad mortis oppeten-
dæ memoriam altius animo figendam. Dicat item,ubi iubet eu-
angelium aut ſcripto explicat: diebus ſabbati ab eſu carnium eſſe

abſtinēdū in honorē ſacratiſſimę dei matris, cui is dies peculiariter
eſt dedicatus. & in letania maiore itidē & minore, ob ſupplicatiōes
ſolēnes & publicas tū inſtitutas: piſcibus eſſe ueſcendū. Et hoc pa-
cto de cōpluribus alijs ſanctis & laudabilibus eccleſiæ cōſtitutioni-
bus, ſciſcitādum eſſet ab eodem: ubinam in euāgelico codice ſunt
expreſſæ. Quod cum nec ipſe nec eius aſſectatores unquam
potuerint aſſignare: dilucidum eſt, hanc aſſertionem ꝙ nihil à fi-
delibus credendum ſit aut agendū: niſi quod in euāgelio continet
aperte expreſſum, nō modo falſam eē & erroneā: ſed multarū etiā
hæreſeō eſſe ſentinā & barathrū. ex qua peſtifera lacuna: multi p-
IIII. ditarū ſectarū magiſtri, ſui erroris hauſerunt putorē. ¶ Cæteꝝ nō
fuerit ocioſum aut inutile, in p̄ſentia paucis explicare: ubi p̄dictæ
cōſtitutiones eccleſiaſticæ quas nō cōtinet aperte codex euāgeli-
cus, ſuū acceperint robur & ſtabilimētū. In primis quadrageſima i-
pſa: circa naſcentis eccleſiæ exordiū ex inſtitutione apoſtolorū ha
buit ſuum authoramentū & uigorē. Quēadmodū ꝓhibet beatus
Hieronymus in epiſtola ad Marcellā aduerſus Montanū: ponēs
Hieronymus diſcrimē inter catholicos et Montani ſectatores, his uerbis. Nos u-
nā quadrageſimā ſecūdū traditionē apoſtoloꝝ, toto anno, tēpore
nobis cōgruo ieiunamus. Illi tres in anno faciūt quadrageſimas: q̄
ſi tres paſſi ſint ſaluatores. Hæc ibi. Eoq; tpe quadrageſimali, ma-
xime inſiſtendū eſſe ieiunio: admonet idē celeberrimus author in
epiſtola ad Lætā de inſtitutiōe filiæ, cū ait. Cæterū (ut ante ſcripſi)
in quadrageſima, cōtinentiæ uela pādenda ſunt: & tota aurigæ re
tinacula equis laxanda properātibus. Hæc ille. Sed & beatus Igna
tius epiſcopꝰ Antiochenus, apoſtolis cōtemporaneus: aperte ꝓdit.
quadrageſimā circa apoſtolica tēpora fuiſſe inſtitutā, cū ita ſcribit.
Ignatius in quarta ſua epiſtola, quæ eſt ad Philippēſes. Dies feſtos nolite in-
honorare. quadrageſimā uero nolite ꝓ nihilo habere: imitationē
enim cōtinet dei cōuerſationis. hebdomadā etiā paſſiōis nolite de-
ſpicere. Quarta uero & ſexta feria ieiunate: reliquias pauperibus
porrigētes. Hæc ibi. At uero illud de quadrageſima nō negligen-
da, nequaq̄ admonuiſſet ſcripto uir ſanctus: niſi ieiuniū quadrage-
ſimale fuiſſet tūc inſtitutū, & à populo fideli ſuo iā tpe obſeruari
ſolitum. Quocirca audiendi non ſunt uiri impij, & eccleſiaſticæ di-
ſciplinæ ſubuerſores: qui noſtra tēpeſtate imbuti Lutherano ue-
neno

neno audent palàm iactitare in uulgus, quadrageſimæ ieiunium
humana tantum adinuentione à recentioribus eccleſiæ paſtori-
bus eſſe inſtitutum. Proinde & parui habendum eſſe: & pro cu-
iuſque tantum arbitrio ſine obligationis uinculo ſeruari poſſe, & ſi
ne aliquo ciborum delectu. Enimuero cum teſte Ignatio & Hie-
ronymo, ex apoſtolorum traditione quadrageſima ſuum auſpica
ta ſit exordium: ipſa inſtituentium authoritas & temporis antiqui
tas (ubi etiam alia deeſſent ad eam exacte obſeruandam incitamē
ta: quæ tamen complura ſuperſunt) unumquemq; pio in ſanctam ec
cleſiam animo affectum debent inducere: ad eam libenter ample-
ctendam, integreq; cuſtodiēdam. ¶ Porrò aquæ ſale commixto be V. Alexander. 1.
nedictæ aſperſio in populum: ab Alexādro primo huius nominis
ſummo pontifice primum inſtituta traditur, quemadmodū de cō-
ſecratione, diſtinctiōe tertia, cap. aquā. ipſius ſanctio ſuper hoc æ-
dita: ita legitur. Aquam ſale cōſperſam in populis benedicim⁹: ut
ea cuncti aſperſi ſanctificentur & purificentur. quod omnibus ſa-
cerdotibus faciendum eē mandamus. Nā ſi cinis uitulæ aſperſus Numeri. 19.
populum ſanctificabat atq; mundabat: multo magis aqua ſale aſp
ſa diuiniſq; precibus ſacrata, populum ſanctificat atq; mūdat. Et ſi
ſale aſperſo per Heliſæū prophetā ſterilitas aquæ ſanata eſt: quan 4. Regū. 2
to magis diuinis precibus ſacratus ſal, ſterilitatē rerum aufert hu-
manarū, & coinquinatos ſanctificat & purgat, & cętera bona mul
tiplicat: & inſidias diaboli auertit, & à phātaſmatis uerſutijs hoīes
defendit. Hæc ibi. Inſup' in exordio quadrageſimæ cineres ſacros
ſacerdotali manu ſuſcipi debere à fidelibus, tanq̄ ſymbolū quoddā
agendæ pœnitētiæ: ex ueteris teſtamēti more deſumptū tradit', q̄
cinis & ſacc⁹ habebātur arma pœnitētię, inſtrumētaq; erāt freque
tiſſimo uſu deputata: ad deſignādā cordis humiliationē & luctum
pœnitētiū. Vnde & beat⁹ Iob de ſe ait. Idcirco ipſe me rep̄hēdo: et Iob. 42.
ago pœnitētiā in fauilla & cinere. Et Mardochę⁹ audito regis Aſ- Heſter. 4
ſueri edicto de futura Iudęorū exterminatiōe, p Amā negter p̄cu
rata: indut⁹ eſt ſacco ſpargēs cinerē capiti. In dieb⁹ itē Iudith lauda
tiſſimę uiduæ: cū timor Holofernis irruiſſet in oēs Iudęos, ſacerdo Iudith. 4
tes p̄cincti cilicijs legunt' obtuliſſe ſacrificia domino: & erat (inquit
ſcriptura) cinis ſupra capita eorū. Demū rex Niniuitarū audita p̄-
dicatione Ionæ: ſe totum ad agendam pœnitentiam conuertens, Ionæ. 3

indutus eſt ſacco & ſedit in cinere. At uero de abſtinentia & ieiu-
Cap.zz. nio ſabbati: paulo ante factus eſt ſermo, pontificij iuris authoritate
VI. roboratus. ¶ Letaniã aũt maiorem & abſtinẽtiã à carnibus eo die
Gregorius. obſeruandũ: inſtituit (ut una omniũ eſt ſententia) beatus Grego-
rius, primus huius nominis ſummꝰ pontifex. Minorẽ uero letaniã
quæ in diebus rogationũ agiť, cũ abſtinentia à carnibus eſſe cele-
brandã: cõciliũ Aurelianenſe olim ſanxit. cuius decretũ adducitur
de conſecratione, diſtinctione tertia, cap. rogationes, hoc uerboꝝ
contextu. Rogationes, id eſt letanias ante aſcẽſionem domini pla
cuit celebrari. ita ut præmiſſum triduanũ ieiuniũ: in dominicę aſcẽ
ſionis ſolennitate ſoluať. per quod triduũ, ſerui & ancillæ ab opere
relaxentur: quo magis plebs uniuerſa conueniat. Quo triduo oẽs
abſtineant: & etiã quadrageſimalibus cibis utanť. Hæc ibi. Nõnul
la tamen eoꝝ quæ inibi definita ſunt: per uſum oppoſitũ ſunt abro
gata. Non eñ diebꝰ illis rogationũ ubiqꝫ ſerianť ab opere manuũ
laici: nec fideles ieiuniũ obſeruant, nec ciboꝝ quadrageſimalium
uſum. Vt & ex eo ſumať argumentũ: populũ fidelẽ potius in plæ
riſqꝫ ex auſteriore uiuẽdi forma in laxiorẽ eẽ deductũ, ꝗ e diuerſo.
VII. ¶ Deinceps ut ad quarti articuli Lutherani, ſupra in ſecundo præ
ſentis libri capite poſiti, excuſſionẽ tranſeamus: patefactũ eſt abun
de in ſuperioribus locis, potiſſimũ decimo capite & duobus proxi-
me ſequentibus: ſanctionũ eccleſiaſticaꝝ obſeruationẽ eſſe neceſ-
ſariã ad ſalutẽ. neqꝫ per ſolã fidẽ, effici Chriſtianũ ab omni lege or
dinationeqꝫ eccleſiæ liberꝝ: ſicut neqꝫ per eã fit liber et abſolutus ab
obſeruatione mandatoꝝ dei. Quinimmo per fidẽ pefectã et inte-
gram: potius obſtringiť Chriſtianus ad ſtatuta eccleſiæ opere ad-
implenda. quoniã fides uiua & conſummata: operibus bonis debet
eſſe coniuncta, potiſſimũ ijs quæ prodant et indicent obedientiã,
deo et eccleſiæ ſanctæ debitã. Et qui fidẽ ſolã iactitant, ab operibꝰ
Titum 1. iuſtitiæ ſeiunctã: de eoꝝ uidenť eſſe numero, qui (ut ad Titũ ſcri-
VIII. bit Paulus) dicunt ſe noſſe deũ: factis aũt negant. ¶ Porrò falſum
eſt illud, et ſacris literis penitus aduerſum: opera neminẽ iuſtificare,
ſaltẽ ut adminicula et diſponentia ad iuſtificationẽ conſequendã,
et tanꝗ inſtrumenta neceſſaria. Nã ſine cõtrouerſia, deus ipſe, ꝑci-
puus eſt iuſtificationis author: et dator gratiæ tollentis culpã, et iu-
ſtũ reddẽtis hominẽ. neqꝫ quiſpiã primas iuſtificãdi partes deo nõ
attri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

attribuit:ut debet. Cū illo aūt & poſt illum, etiam opera bona iu-
ſtificandi uim in ſuo gradu & ſorte habere: oſtēdunt cū alia q̄ plu
rima loca ſcripturæ ſacræ, tū illud unū beati Ioannis apoſtoli uer- 1. Ioan. 3.
bū. Qui facit iuſtitiā: iuſtus eſt. Ex quo protinus id recte colligitur:
per opera iuſtitiæ quēpiā fieri iuſtū & iuſtificari, ut ꝑ opera artis fa
brilis, efficitur aliquis faber: & ꝑ frequentē citharæ modulationē
euadit citharœdus. Neqꝫ oportet hominē eſſe iuſtū, ſaltē perfecta
& cōſummata iuſtitia: anteq̄ operet̃ bonū, ut hic ait Lutherꝰ. ſed
è diuerſo opus eſt eū bona operari: anteq̄ euadat integre & abſo-
lute iuſtus. Ex operibus enim: acquirunt̃ habitus. nō contra, habi-
tus ipſi: primorꝫ operꝫ ſunt authores. ¶ Sola uero fides ſimul cū ba IX.
ptiſmo ſuſcepta: primo quidē iuſtificat & ſufficiēter, pro illo ſuſce
pti baptiſmi tempore. ꝙ ad conſequendā iuſtificationē quæ in ſan
cto illo regenerationis ſacramēto obtinet̃: opera ipſa tunc nō ſunt
neceſſaria. Sed ſequente illā fidei profeſſionē tempore: & in pue-
ris cū plenū rationis uſum obtinuerint, & in adultis, oꝑa bona ſunt
neceſſaria: & ad illam iuſtificationē conſeruandā ſi adhuc eā tenue
rint, & ad deperditā iuſtificationē recuperandā: ſi per peccatū ab il-
la baptiſmali gratia exciderint. Neqꝫ id ab re quidē. nam in ipſa ba
ptiſmali ablutione, obſtrinxerunt ſe qui eam ſuſceperunt: ad man
datorꝫ dei obſeruationē. Quomodo aūt obſeruabunt ea, fidem ſa-
cram profeſſi: niſi operent̃ iuſtitiam & bona exerceant opera, quæ
ſuis mandatis præcepit deus fieri? Falſum eſt itaqꝫ, q̄d in iſtiꝰ quar
ti articuli citatione aſtruit Lutherus: ſolam fidem eſſe, quæ ex me
ra dei miſericordia perſonam digne & ſufficienter iuſtificet. loquē
do de iuſtificatione baptiſmum ſubſequente.

¶ Solam fidē nequaq̄ ad ſalutē ſufficere: ſed cū ea, &
bona opera eſſe homini neceſſaria. Cap. XXVI.

AD ampliorē aūt illoꝝ quæ hic quartus Lutheri ar- I.
ticulus ſupra adductꝰ proponit, confutationem: eli-
dendus eſt hoc loco & eneruandꝰ error ille Luthe
ranus, quem cum in cæteris libris ſuis, tum in eo de
libertate Chriſtiana opuſculo quod improbamus:
ipſe Lutherꝰ diſſeminat & aſtruit. utpote ſolā fidē ſufficere ad iu-
ſtificationē & cōſequendā uitā æternā: etiā ubi nulla affuerint in
adultis opera bona. q̄m ſcd̄m eius ſententiā, nō ſunt ipſa oꝑa neceſ-

ſaria ad expurgationẽ peccatoꝝ: neq; ad gratiã & ſalutẽ obtinen-
dam. Et hæc plane una eſt particula ſuæ libertatis, immo licentio
ſæ indulgẽtiæ: quã altiſona buccina toti mundo propalauit. ut edo
cti hoies ſolã fidẽ ad ſalutẽ ſufficere, ſeq; ab operũ obligatione &
onere abſolui: libentius ad libertatem illã Lutheranam proſequen
dã ferant, eãq; amplectant cupidius. Hic ſane eſt laqueus, hæc pe
dica, hoc rete, quod tetendit Luther⁹ incautis pedibus fideliũ: ut
II. inuoluti trahant in extremã perniciẽ. ¶ Hanc aũt execrandã im-
pietatẽ cõprobare annitit ipſe Luther⁹ & ſui affectatores: aliquot
ſcripturæ ſanctæ teſtimonijs. cũ ex ueteri inſtrumento tũ nouo de
Gene. 15. prõptis. Scriptũ eſt eñ: inquiunt. Credidit Abrahã deo, & repu-
Abacuc. 2. tatũ eſt ei ad iuſtitiã. Et ore etiã prophetico dictũ eſt. Iuſt⁹ aũt in fi
de ſua uiuet. Rurſum cæco clamanti importuna uoce ad dominũ
noſtrũ: reſponſum eſſe legimus à Chriſto, ubi illũ ad ſe acciri iuſſe
Lucæ 18. rat. Reſpice. fides tua te ſaluũ fecit. Et apud Ioãnẽ: dominũ dixiſſe
Ioan. 6. Qui credit in me: habet uitam æternã. Et iteꝝ. Qui credit in me:
Ioannis. 11. etiam ſi mortuus fuerit, uiuet. Præterea, ad Romanos ſcribens a-
Roma. 5. poſtolus ait. Iuſtificati ergo ex fide: pacem habeamus ad deũ. Et ad
Ephe. 2. Epheſios. Gratia eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex uobis. Ad
Actuũ 15. hæc, in actis apoſtolicis ait beatus Petrus: de conuerſis ex gentib⁹
ad Chriſtum. Et qui nouit corda deus: teſtimoniũ perhibuit, dans
illis ſpiritũ ſanctum ſicut & nobis: & nihil diſcreuit inter nos & il-
los, fide purificans corda eoꝝ. Multas itidẽ alias cõſimilis ſententiæ
paſſim in ſcriptura poſitas colligũt Lutherani propoſitiones: & ad
ducunt in ſuæ aſſertionis roborationẽ. Quibus profecto nihil ali-
ud ſolide conficiunt ac commonſtrant: niſi ipſam fidem eſſe in pri-
mis neceſſariam ad animæ ſalutem. quod ipſis ultro & ſine cuiuſq̃
teſtimonij munimento admittit: cũ ſcriptũ ſit à beato Paulo in epi-
Hebræ. 11. ſtola ad Hebræos. Sine fide, impoſſibile eſt quenq̃ placere deo. q̃d
ipſa ſit baſis & ſubſterniculum cæterarum omnium uirtutũ: ad ui
III. tam animę ſpiritualem conducentium. ¶ Sed nunquid ex eo quod
fidẽ admittim⁹ eſſe neceſſariã ad regni celeſtis introitum: ipſi recte
colligere queunt, eam etiã eſſe ſufficientẽ, & præter illã nihil aliud
in nobis expoſci? Nonne ita ratiocinantes, ex unaquaq; aſſumpta
rũ propoſitionũ ſine excluſione prolata: excluſiuam faciunt? hoc
mõ: excludendi particulam ſingulis adijcientes. Fide tñ purificans
corda

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

corda eoꝝ & ſaluati eſtis ſolum per fidem. Et rurſus. Iuſtus autem:
in fide ſua tantum, uiuet. Et ita de reliquis ante citatis ſententiis. cũ
tamen in ſancta ſcriptura, nulla eaꝝ cum nota excluſionis propona
tur: ſed potius, aliud quippiã includendi uim atq; ſignificationẽ te-
neat: ſcilicet ipſam charitatẽ, una cum fide operantẽ. Planũ eſt igi-
tur quomodo hi improbi dogmatiſtæ ſacras deprauãt literas: easq;
ad ſenſum detorquent alienũ, ſuæ tamen impietati conſonantem.
quos certe non fuerit operoſum neq; difficile: ex ipſis etiã diuinæ
ſcripturæ teſtimoniis cõuincere falſitatis atq; cõfutare. ¶ Et primũ IIII.
ex beato Iacobo: qui in ſua epiſtola canonica dicit: quod Abraam Iacobi. 2.
ex operibus iuſtificatus eſt, immolans filium ſuum Iſaac: & non ex
fide tantum. Quinimmo idem apoſtolus in toto ſecundo prędictę
ſuæ epiſtolæ capite contendit & aſtruit: quod fides ſine operibus
ocioſa eſt ac mortua. Cui aſtipulatur & ſacer Paulus: ita ſcribẽs ad
Corinthios. Si habuero omnẽ fidẽ, ita ut montes transferã, charita 1. Corin. 13.
tẽ autem nõ habuero. nihil ſum. Quid hoc uerbo dari poteſt aper
tius aut ualentius: quod aduerſarios contundat? Nonne ex eo pri-
mũ id colligitur, fidem etiam uniuerſalem & omnium credendoꝝ:
à charitate ſeparari poſſe ac ſeiungi? ne ad id confugiant Luthera
ni: ſe dictũ ſuũ de fide ad ſalutem ſufficiente, intelligere tm̃ de fide
charitati coniuncta. Nam hęc, ſemper opera habet ſe comitantia:
neq; à bonis operibus ſequeſtrat unq̃. Ipſi aũt quos improbamus:
opera bona, à fide ſua (quam dicunt ſufficere ad ſalutẽ) ſecludunt.
quare neceſſariũ eſt, eos facere ſermonẽ de fide ſeiugata ab operi
bus: & non de fide per dilectionẽ operante. Ex iiſdem quoq; uer-
bis apoſtoli mõ citatis dilucidũ eſt: charitatẽ eſſe neceſſariã ad ſalu
tẽ, & ſine ea, quæuis opera de genere bonoꝝ: nihil ad aſſequendã
uitã æternã conferre. quod diffuſe deducit beatus Paulus: in præ-
dicto ſuæ epiſtolæ ad Corinthios loco. Ex quo conſequẽs eſt pro
tinus: ſolã fidem haudquaq̃ eſſe ſufficientem ad obtinendũ ſalutis
præmiũ. Rurſum idem apoſtolus in eadem ad Corinthios epiſto- 1. Corin. 16.
la ſcribit. State in fide: uiriliter agite & confortamini. Omnia autẽ
ueſtra: in charitate fiant. Ecce rurſum poſt fidẽ: charitatis habẽdæ
eos admonet. quod illa neceſſaria quidem ſit: at non ſufficiens, ſed
indigens adminiculo aliaꝝ uirtutũ. ¶ Inſuper dominus noſter ado V.
leſcenti uiam poſſidendi uitam æternam aperiens: ſi uis (inquit) ad Matth. 19.
uitam

uitam ingredi:ſerua mãdata. Et legiſperito poſt enarrata dei præ-
Lucæ 10. cepta:idem reſpondit. Hoc fac:& uiues. utrunq; eorũ, non ad fi-
dem(nã eam habebãt)ſed ad opera bona exercẽda: mittẽs & inui-
tans. Ad hæc. Ipſe cæleſtis diſciplinæ magiſter optim⁹:apud Mat
Matthæ.7 thæũ ait. Non omnis qui dicit mihi dñe,dñe:intrabit in regnũ cæ
lorũ.ſed qui facit uoluntatẽ patris mei:hic introibit in regnum cæ-
lorũ. At qui ſyncerã habent &integram fidei cõfeſſionẽ:ij ſunt q
Chriſto dicunt dñe,dñe. Nõ omnibus igitur illis patebit regni cæ
leſtis ianua: ſed ijs tantũ, qui fidei habent cõiuncta pia opera. ete-
nim hi,per boni operis exercitium:patris cæleſtis faciũt uolũtatẽ.
Lucæ 12. Adde,quod & apud Lucam dixiſſe ſcribitur Chriſtus, quod ſer-
uus qui cognouit uoluntatem domini ſui & non ſe præparauit, &
non fecit ſecundum uoluntatem eius:uapulabit multis. At qui ſci
ens uoluntatem domini ſui & non faciens:is profecto eſt qui fidei
ſacris eſt initiatus & nouit quænam ſunt agenda,non tamẽ ea exe
quitur. Igitur ex eo euangelij loco:talis conuincitur eſſe reus æter
Iacobi.4. næ damnationis. Quod & ex eo beati Iacobi uerbo:identidẽ col-
ligitur. Scienti ergo bonum facere & non facienti : peccatum eſt
illi. Ecce quomodo fides ſine operibus: grauiorem exaggerat cul-
pam & pœnam.tantum abeſt : ut ſuo authori ſalutem operetur.
Hebræ.6. VI ¶ Sed & beatus Paulus ad Hebræos ſcribens: idẽ ſubinſinuat hi-
ſce uerbis. Terra ſæpe uenientem ſuper ſe bibens imbrem,& pro
ferens herbã oportunam ijs à quibus colitur: accipit benedictionẽ
à deo. Siquidẽ terra myſtica:eſt anima noſtra. quæ ut benedictio-
nẽ accipiat à deo: nõ id ſufficit, quod uenientẽ deſuper ſæpe bibat
imbrem, doctrinãq; ſanam orthodoxę fidei capeſſat. ſed præterea
&id requiritur:quod germinet herbã oportunã ſuis cultoribus,bo
norumq; operum fructum proferat. cũ alio etiã loco:dictũ ſit à do
Matthæi.12. mino. Omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ:excidet & in ignem
mittet. Demũ in extremo iudicio,de operib⁹ ipſis aut factis aut p̃-
Matthę.25. termiſſis: diſtricta fiat diſcuſſio. & iuſti quidem propter opa miſeri
cordiæ impenſa pauperibus:inuitabuntur ad æternum gloriæ cæ
leſtis præmiũ. Reprobi uero pro eiſdem neglectis: detrudẽtur in
perpetuũ gehennæ ſuppliciũ. Proinde diuinus apoſtolus ad ſedu-
Gala.6. lum bonorũ operũ ſtudiũ:ſolicite nos exhortatur dicẽs. Dum tẽ-
pus habemus:operemur bonũ ad omnes,maxime autẽ ad dome-
ſticos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſticos fidei. Quod & Sapiens etiam facit: his uerbis. Quodcunq; fa Ecclēs.9
cere poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio
nec ſapientia, nec ſcientia: erunt apud inferos quo tu properas.
¶ Neq; contra hāc operū ad ſalutē neceſſariorū aſſertionē: militāt VII.
ea beati Pauli uerba ad Romanos cōſcripta. Arbitramur iuſtifi- Roma.3
cari hominē ꝑ fidē ſine operibus legis. Nā ex operibus legis: nō iu
ſtificabiť omnis caro corā illo. Neq; alia eiuſdem dicta, cōſimilē ex
primētia ſentētiā: ſparſim in epiſtola ad Galatas necnō & Philip-
penſes annotata. Nēpe in omnibus iſtis locis: per opera legis intel
ligit apoſtolus ſacra & cærimonias legis Moſaicæ, & obſeruationē
inſtitutorū ueteris ritꝰ. quæ poſt euangelicæ lucis coruſcationē nō
modo nihil contulerūt ad iuſtificationē: ſed & plurimū obfuerunt
ijs, qui ſpem ſalutis ac fiduciā in ipſis collocarunt. Quocirca aduer-
ſarij applicantes illa Pauli uerba ad opera legis nouæ, de quibus i-
bidē nō loquiť apoſtolus: peruertūt apoſtolicā ſententiā, & perpe-
rā interpretanť. Ipſis igiť nō iniuria uerbū illud euāgelicū obiecta- Mat.22
ri poteſt. Erratis, neſcientes ſcripturas.

¶ Opera bona in nobis nō eſſe peccata: ut ſentit ꝑperā Lutherus. & per ea hominē iuſtificari atq; iuſtum reddi: quod idem negat. Cap. XXVII.

PRæterea circa bonorū operū materiam in præce- I.
dente pertractatā cap. Lutherus duas alias diſſemi
nat in ſuis libris & euomit impias aſſertiones. unam
quidē, omnia opera noſtra quātūuis recta & bona:
eſſe peccata, & optimū quodq; opus humanū, quā
tūlibet recte factū: eſſe peccatū. Alterā uero: per bona opera non
iuſtificari hominē, nec fieri iuſtū corā deo. ſed ſolū corā hominibꝰ
per ea: interiorē iuſtitiā oſtendi. Vtrāq; uero harū improbarū ꝓ-
poſitionū, ſubinſinuat in ſuo de libertate Chriſtiana opuſculo, his
uerbis. Verbū dei (inquit) non operibus: ſed ſola fide ſuſcipiť. Ideo »
dum credere incipis: ſimul diſcis omnia quæ in te ſunt, eſſe prorſus »
culpabilia, peccata, damnanda. Et cum hæc fides non niſi in inte- »
riore homine regnare poſſit: manifeſtū eſt hominē interiorē pror- »
ſus nullo externo ope uel negocio poſſe iuſtificari, liberū & ſaluū »
fieri, & opera q̄cūq;: nihil ad eum pertinere. Quare cuiuslibet Chri »
ſtiani prima cura eē debet; ut poſita operū opinione, ſolā fidē ma- »

» giſac magis roboret. Et paulo poſt. Chriſtianus ꝑ fidẽ ſuã cõſecra
» tus:bona facit opera.ſed nõ per hæc: magis ſacer aut Chriſtianus
» efficit. Hoc enim,ſolius fidei eſt.immo niſi ante crederet & Chri-
» ſtian⁹ eſſet:nihil prorſus ualerẽt omnia ſua opera,eſſentq; uere im
» pia ac dãnabilia peccata. Itaq; bona opera nõ faciũt bonũ uirũ:ſed
» uir bonus facit bona opera.ſicut fructus nõ facit arborẽ bonã:ſed
» arbor bona fructũ bonũ. Et iterũ deinceps. Hoc ſane uerũ eſt:o-
» peribusfieri hominẽ bonũ aut malũ corã hominibus. Hoc aũt fie
» ri:eſt idẽ quod oſtendi aut cognoſci,quis ſit bonus aut malus,ſicut
Mat.7. » Chriſtus dicit. Ex fructibus eorũ:cognoſcetis eos. Hæc Luther⁹.
Cæterũ propter cognationẽ & cõformitatẽ prædictorũ duorũ er-
rorũ cum materia præcedẽtis capitis,& quoniã ambo uerſant̃ cir-
ca opera humana,quẽadmodũ & is q proximo capite eſt cõfutat⁹:
non incõgruũ uiſum eſt,hic & ambas has aſſertiões impias paucis
II. improbare ac cõuellere. ¶ Itaq; primo oſtendendũ nobis eſt:bona
opera humana non eſſe peccata.quod haud difficile factu fuerit:
ſi in primis attenderimus peccati rationẽ conſiſtere in eo,aut quo-
niã fit quod à deo eſt uetitũ:aut quoniã omittitur quod ab eo eſt
præceptũ. At uir bonus ſi exequat̃ opus aliquod à deo præceptũ:
ut honoret parentes, aut eroget pauperibus eleemoſynã,ſecundũ
debitas loci,tẽporis,finis & qualitatis ac cæteras circũſtãtias, ut ne
unã quidẽ prætermittat quã recta definierit ratio:is nõ id cõmittit
quod deus prohibuit,neq; id omiſit quod præcepit deus,immo id
fecit quod deus fieri præcepit:& eo etiã modo,quo illi eſt ꝑceptũ.
Per quas igitur rimas ſubintrabit illic peccatũ:aut quomodo in eo
III. ope locũ habebit ratio peccati? ¶ Præterea,deus ſua ꝑcepta cuſto
diri ab unoquoq; iuſſit,legẽq; decalogi poſuit omnibus:quã uoluit
intemeratã ſeruari. Opus igit̃ hominis quo ſtudet morigerari deo
& mãdata eius inuiolata tenere,tẽpore & loco cõgruentibus:diui-
na iuſſione eſt ꝑceptũ,& ſecundũ dei beneplacitũ peragitur. Quo
modo igitur huiuſmodi opus eſt peccatũ? nunquid dicẽdũ eſt,deũ
IIII. peccata nobis ꝑcepiſſe:quæ tantopere odio proſequit̃? ¶ Rurſum
Per prophetas in ueteri teſtamẽto,& ꝑ euangeliũ ac ſanctos apo-
ſtolos in ſuis epiſtolis in nouo:frequẽtes hominibus fiunt exhorta
tiones ad uirtutis ſtudia,piorũq; operũ officia. Siquidẽ (ut innũera
alia ſubticeã) iuſſus eſt Hieremias propheta clamare in porta do-
mus

mus dñi: ad omnem populũ. Bonas facite uias ueſtras & ſtudia ue Hiere.7.
ſtra: & habitabo uobiſcũ in loco iſto. Quod ſi huiuſmodi opa bo-
na, ꝑ quæ rectas facerent ſuas uias Iſraëlitæ, erant peccata: uerbis
igitur illis exhortatorijs, ꝓuocauit eos ſanctus ꝓpheta ad peccata
ꝑpetrãda. Sed quis unq̃ ſanæ mẽtis hoc admiſerit: omni inſania de
teſtabilius? ¶ Ad hæc. Et in ueteri & nouo teſtamẽto legitur deus V.
ob orationes & pia ſanctorũ tum adhuc uiuentiũ opera: alijs ſpiri-
tualia impẽdiſſe beneficia. ut ad p̃ces Moyſi uiri dei: dediſſe popu Exodi.32
lo Iſraëlitico ueniam peccati, ob uitulũ conflatilẽ cõmiſſi. Et bea- Actuũ.27
to Paulo cũ immineret naufragiũ, donaſſe animas ducentas ac ſe
ptuaginta ſex: in eadem deuectas naui, quæ naufraga perijt. Si igi
tur pia illa opera ſanctorũ erãt peccata, ut uult Lutherus: nõne ꝑ-
tinus eſt cõſequens, deũ ꝓpter peccata hominũ impendiſſe alijs
non minima beneficia: quæ tamẽ eſſent potius graui pœna plectẽ-
da? Neſcio certe: quis has ferre queat ineptias. ¶ Adde, quod de- VI.
us bonorũ operũ noſtrorũ p̃cipuus eſt author: ſecundũ illud uerbũ
Chriſti ad ſuos diſcipulos. Sine me nihil poteſtis facere. Cui conſo Ioan.15.
nat & hoc beati Pauli uerbũ: de labore ſuſcepto ab eo in p̃dicatio 1.Corin.15
ne euãgelij. Nõ autẽ ego: ſed gratia dei mecũ. Accedit eidẽ & id Eſaiæ.26.
Eſaiæ uerbũ ad dominũ. Omnia opa noſtra: opatus es nobis. Cũ
ergo ſecundũ aduerſarios opa noſtra bona ſunt peccata: nõne cõ-
tinuo id efficitur, deũ eſſe authorẽ malorũ, etiã & amatorẽ? Vbi
ergo habebit locũ: illud uerbũ prophetæ? Non deus uolẽs iniqui-
tatẽ: tu es. Et illud etiã? Odiſti omnes: qui opantur iniquitatẽ. Et Pſalmo.5
deniq; id Sapientis dictũ? Similiter aũt odio ſunt deo: impius & im Sapien.14
pietas ei9. Si enim odio eſt deo impietas: quomodo illi9 eſt author?
¶ Demũ pro bonis opibus pollicitus eſt deus homini ex ſua beni VII.
gnitate uitã æternã. Gaudete (inqt) & exultate: ecce enim merces
ueſtra copioſa eſt in cęlis. Et alijs multis in locis: p̃ſertim Matthęi Math.5
quinto cap. & Lucæ ſexto expreſſis. Huiuſmodi aũt bona opera Lucæ.6
quãtũlibet recte cõfecta, ſunt peccata: ſecundũ Lutheri ſentẽtiã.
Deus igit̃ ꝓ peccatis noſtris daturus eſt nobis æternæ glorię coro
nam: qui tamẽ mortem ꝑpetuam pro illis ſe illaturũ eſt cõminat9,
quoniã ſtipendia peccati: mors. Quinimmo ne quid deſit inſanię Roma.6
ad hanc poſitionem cõſequẽs: omnes etiam ſancti & ſanctæ dei,
pro ſuis peccatis obtinuiſſent uitæ perennis pręmia. Nam illa pro



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonis ſuis operibus obtinuerunt:quę ſcd'm Lutheri placitũ fuerũt
pctã. Sed faceſſant hæ nugæ, immo meræ in deum ac ſanctos bla-
VIII. ſphemię. ¶ Verũ obiectat nobis Lutherana puicacia aliq̃t ſcriptu
Eſaiæ 64. ræ locos: ut illud Eſaiæ. Quaſi pann⁹ mẽſtruatæ: uniuerſæ iuſtitiæ
Pſalmo 142. nr̃æ. Rurſum & illud prophetæ uerbũ in pſal. Nõ iuſtificabit̃ in
cõſpectu tuo oĩs uiuens. Deniq; & hoc dñi uerbum in euangelio.
Lucæ 17. Cũ feceritis oĩa quæ p̃cepta ſunt uobis dicite, ſerui inutiles ſumus.
3. Regũ 8. quod debuim⁹ facere: fecimus. Poſtremũ & id Salomonis. Nõ eſt
hõ: qui non peccet. atq; cõſimiles ſententias: id ſonantes (ut ait) oĩa
IX. opera noſtra eſſe peccata. ¶ Sed nõ animaduertit Luther⁹, ea oĩa
ſcripturæ teſtimonia eò tendere: quod in o pibus noſtris bonis non
eſt uſquequaq; ea perfectio, quæ deceat ex æquo, diuinæ maieſta
tis celſitudinẽ & ſublimitatẽ. ſed ex fragilitate noſtra: im pfectũ ali
quid ſp eſſe admixtũ in illis. Illud tñ nequaq̃ dici debet peccatũ aut
malum qm̃ ſupplet̃ à deo pro ſua benignitate, qui adiuuat infirmi
tatẽ noſtrã noſtroſq; ſupplet defect⁹. Inſup & id p̃tendunt prædi-
cta ſcripturæ teſtimonia, quod oĩs iuſtitia noſtra ad dei iuſtitiã (quę
ſyncæra ẽ et ſumma) collata: q̊dã mõ iniuſtitia ẽ propter impropot
tionalẽ ab ea diſtantiã. nõ tñ idcirco ſimpliciter eſt iniuſtitia: et nõ
facta ad illã diuinã collatione. Queadmodũ tenue lumen lucernæ
ſi ad lucidũ ſolis iubar cõparat̃: tenebræ q̊dam mõ ſunt, non tñ id-
circo abſolute dicendũ quis cenſuerit: id exile lumẽ eſſe tenebras.
2. parali. 6. Demũ etſi ſecundũ Sapientis ſententiã fatendũ ſit, neminẽ hic ui-
Iacobi 3.
Prouer. 20. tam agere ſecundũ cõmunẽ legẽ, q non peccet, nã in multis offen
dim⁹ oẽs, et nemo dicere uere põt, mũdũ eſt cor meũ: et pur⁹ ſum
à peccato. Nõ tñ admittẽdũ eſt hominẽ in omni opere ſuo etiã bo
no peccare. neq; eũ ſenſum, ex uerbis illis Salomonis et cõſimilib⁹:
X. elicere quiſpiã poterit. ¶ Porrò ſecundus error Lutheran⁹ in fron
te huius capitis deſignatus, utputa p bona opera nõ iuſtificari ho-
minẽ: in calce uiceſimiquinti capitis magna ex parte eliſus eſt et re
futatus. Attamen id tantillũ hoc loco adijciendũ, fidei quidẽ chari
tatẽ habenti ſociã, primas eſſe tribuendas iuſtificandi partes poſt
deũ: ſi tpis ordinẽ et rationẽ attendas. q2 ipſa tanq̃ ſolidũ fundamẽ
tũ: ſubſterni debet pulchro uirtutũ ædificio. Proinde ubi deeſt fi-
des, ut ĩ ethnicis et infidelib⁹: iuſtificationẽ illic locũ habere nõ poſ
ſe. Haud tñ idcirco admitẽdũ: oĩa eorũ opera, eſſe dãnabilia et pec
cata.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cata. cũ nõ oporteat opa oĩa quæ bona nõ ſunt et meritoria: proti-
nus eſſe mala et uitia. Sunt em̃ quædã etiã in ueræ fidei expertibꝰ:
opera media p abnegationẽ, quæ ſcilicet nec meritoria ſunt æter-
næ ſalutis nec peccata. Attamen nõ ſunt ſoli fidei tribuendæ, iuſti
ficationis obtinẽdæ partes: ſaltẽ tpe ſequente ſuſceptũ fidei ſigna-
culũ. qñquidẽ et opera bona, ad iuſtificationẽ aſſequendã et cõſer
uandã atq; adaugẽdã ſunt etiã neceſſaria: ſecundũ illud in Apoca
lypſi, dei uerbũ. Qui iuſtꝰ eſt: iuſtificet̃ adhuc. per boni ſcilicet ope Apoca. zz.
ris exercitiũ. Neq; huiuſmodi iuſtificatio, ſolũ eſt latentis iuſtitiæ
corã hominibus exterior manifeſtatio: ſed et interioris iuſtitiæ co-
rã deo cõparatio atq; adauctio. quæ ſane fit: per bonoꝝ opeꝝ fre-
quens aſſiduũq; ſtudiũ. Demũ ſimilitudo illa quã inducit Lutherꝰ
de arbore & fructu ſuo: nequaq̃ huic loco eſt conueniẽs. Nẽpe ar
bor bona, natiuã habet bonitatẽ à prima conditione acceptã & ne
quaq̃ labefactã. proinde ſuapte natura bonũ ædit fructũ: neq; aliq̃
opere indiget p̃cedente, quod corruptã eius naturã emendet. Ho
mo uero p infuſum antiqui ſerpentis uirus: natura ſibi inſitã bonita
tẽ habet labefactatã, carnẽ etiã & cupiditates illius ſuſtinet, acqui-
rendæ bonitati ab ipſo exorto aduerſantes. Idcirco diligenti indi-
get opeꝝ ſtudio: ut exorbitationẽ hanc naturę à recto, emendet. ut
quod obliquũ eſt: dirigat in rectitudinẽ. ut deniq; iuſtitiã animæ ſa
lutarẽ: ſibi cõparet. Quare neceſſe, per bona opera hominẽ reddi
iuſtũ: & indies iuſtiorẽ fieri. nõ tñ ſimiliter oportet per bonoꝝ fru-
ctuũ productionẽ, arborẽ fieri bonã. Sed de his ſatis.

¶ Quid de quinto Lutheri articulo priꝰ poſito & ſequẽ
tibus: ferendũ eſt iudicij. Cap. XXVIII.

POſt hæc, ut & quintus Lutheranæ impietatis arti- I.
culꝰ circa principiũ libri huius annotatꝰ nunc excu
tiat̃: ex ijs quæ ſupra ſunt adducta, potiſſimũ in deci
mo capite & duobus proxime ſequentibꝰ, iã plane
liquet: decreta ſynodalia, ſummoꝝ etiã pontificũ p̃
cipuoꝝq; eccleſiæ paſtoꝝ mandata eſſe facienda, non ſolũ ad alio-
rũ exemplum & ædificationẽ: ut ibidem contendit Lutherꝰ. Quo
niã tunc in alioꝝ tm̃ cõſpectu ac palã fieri deberent, ſemotis uero
arbitris & clanculũ: poſſent ſine noxa infringi, cũ nullꝰ tũ adeſſet:
cui illa decreta eccleſiaſtica ſi opere cõplerent̃, in exẽplũ prodeſſe

poſſent. Quinimmo oſtenſum eſt ſuperioribus in locis ſæpius, hu-
iuſmodi p̃cepta eccleſiæ ad unguẽ obſeruanda eſſe: tanq̃ ad ſalutẽ
& iuſtitiã neceſſaria, & proinde nõ minꝰ ſecreto q̃ in propatulo im
plenda. Quõ eñ ad ſalutẽ non eſſent neceſſaria: quæ citra proprię
ſalutis iacturã nõ poſſunt uiolari? Quo etiã pacto nõ eſſent eadem
neceſſaria ad iuſtitiã: quæ p̃uaricatorẽ reddunt iniuſtũ & deo odi-
bilẽ? Deniq; cur illa inſtituta eccleſiaſtica dici nõ debẽt p̃cepta ec-
cleſiæ: cũ à ſpũ ſancto edocta eccleſia, ea iuſſerit eẽ adimplẽda, &
pœnã tranſgreſſoribꝰ eoꝝ ſtatuerit? Veꝝ Lutherꝰ, qm̃ ſcdm uer
Iob. 11. bũ beati Iob: tanq̃ pullũ onagri liberũ ſe natũ putat, & quod ſanctꝰ
1. Petri 2. prohibet Petrꝰ, quaſi uelamen malitiæ habet libertatẽ: huiuſmodi
11. iugũ eccleſiaſticoꝝ p̃ceptoꝝ longe à ſe excuſſit & abiecit. Quod
ne perperã feciſſe dicat: uult illa nec haberi debere nec dici p̃cepta.
Sed toti eccleſiæ potius q̃ uni Luthero: credendũ eſt. ¶ Nec minꝰ
à uero illud aberrat: quod in eodẽ aſſeuerat articulo: ieiunia, diſci-
plinas, labores, & cætera opera corporis afflictiua: eo tm̃ propoſito
fieri debere, ut per ea corpus caſtiget, & reprimant eius concupi-
ſcentiæ. non aũt: ut per eadem coram deo quis iuſtificet. Nempe
quãuis caſtigatio corporis, una ſit cauſa legitima: ob quã ſuſcipienda
ſunt ieiunia, & alia afflictionũ corporis opera. non tñ ipſa, tota ac
ſola eſt cauſa. Alioqui aſſiduo uirtutis ſtudio quiſpiã aſſecutꝰ tran
quillam & plenam corporis ad ſpiritũ ſubiectionẽ: non amplius ob
ſtringeret ad ieiunia eccleſiaſtica, ſed abſolutus eſſet ab illoꝝ uin-
culo, quod minime eſt admittendũ. Præter illam certe corporis ca
ſtigationẽ: ſunt & aliæ rationabiles cauſæ obſeruationis ieiuniorũ.
utpote ſtudiũ aſſequẽdi per illa, puritatẽ mentis: liberioreq; in deũ
eleuationẽ. obtinendi etiam cæteras uirtutes: ieiunioꝝ comites, &
demum conſequẽdi introitum regni cæleſtis qui per ieiunium con
ceditur pie uiuentibus. quẽadmodum per gulam primoꝝ parentũ:
paradiſi ianua toti eorum poſteritati fuit occluſa. Cæterum ſi per
Gene. 3. ieiunia & alia afflictionum genera non iuſtificatur quiſq̃, ut hic
Ionæ 3. Lutherus: quomodo ergo Niniuitæ indicto publice ieiunio & ex
acte ſeruato placauerunt iram dei, & auerterunt à ſe imminentẽ
ſuæ ciuitati ſecũdum prophetę oraculum ſubuerſionem? Quomo
do etiam de Tyrijs & Sodomitis perhibet Christus: q̄ ſi apud eos
factæ fuiſſent uirtutes, quæ in ciuitatibus illis Galilææ (quibus in-
credu-

credulitatem & duritiam cordis cum ingratitudine exprobrat)fa= Matth.11.
ctæ à ſe fuerant:olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent.ſi ci
nis & ciliciũ non eſſent apta,iuſtitiam aſſequendi inſtrumenta:nec
deo grata? ¶ Porrò nec minus id abſurdũ: quod in eodẽ articulo III.
quinto,ex Luthero eſt adductũ.ſcilicet orationes, ieiunia, & fun-
dationes fieri non debere: ut quis ſibi aliquid cõmodi temporalis
aut æterni cõparet. Quis eñ ſanę mentis inficiabiť unꝗ:illa omnia
dus regioq; inſignis honore, grauiter deū offendit teſte Samuele
propheta dñi: ꝙ ſacerdotale ſibi uendicans munus, hoſtias immo-
1. Para. 26. lauerit dño. Et Ozias rex Iuda in cæteris operibus ſuis admodum
cōmendatus, qm̄ præter officiū ſuū aggreſſus eſt inſolenter offer-
Numeri 4. re incenſum dño in tēplo: ſubito lepra percuſſus eſt. Neq; ſinguli
adhuc de tribu Leui: ſacerdotali titulo erāt inſigniti. ſed q̄ plurimi
eoꝝ in ſortē miniſterij tabernaculi fuerunt aſciti: quibus alia obeū
da erant munia. ut Leuitæ minores: in obſequiū ſacerdotū, hoſtia
rū apparationē, tabernaculiq; cuſtodiā & cætera officia deputati.
quēadmodū Exodus, Leuiticus & liber Numeri: plane teſtantur.
Atqui ſacerdotiū Leuiticū, figura tm̄ erat & typus ſacerdotij euā
gelici nouæq; legis, quod Chriſtus inſtituit: ipſum pręcurrens, ſicut
nox diē et umbra lucē, imagoq; ueritatē. Igitur et nouæ legis ſa-
cerdotium: non eſt Chriſtianis omnibus cōmune. Alioqui plus ex
cellentiæ et perfectionis adeſſet Leuitico ſacerdotio: q̄ euāgelico.
ꝙ quæ à turba ſecreta ſunt, paucioribꝰq; cōmunicata: digniora ha
bent. Vt quæ nobiliora ſunt, natura non paſſim uniuerſis: ſed p-
ſtantioribus reꝝ generibus indulſit, ut uim altricē, ſentiendi uirtu-
tē, intelligēdiq; facultatem. Noſtrū itaq; ſacerdotiū ſi omnibꝰ Chri
ſtianis ſine diſcrimine cōpeteret: eo ipſo uileſceret miꝝ in modum,
modiciq; eſſet ponderis et momenti, neq; immerito diceret inferiꝰ
Leuitico: paucis et ad id munꝰ peculiari accitu delectis, ſolum deſi-
gnato. ¶ Neq; hic qſq̄ obiectet, inſtitutionē ſacerdotij Leuitici u-
na cū ueteri lege: iā olim eē abolitā p euāgelicę lucis coruſcationē.
et proinde ex ea ſumi nō poſſe ualidū argumentū: pro diſcretione
nři ſacerdotij à turba populari. Nēpe q̄uis uſus et ritus ſacerdotij
illiꝰ fuerit tū abrogatꝰ, cū euāgelica ueritas incœpit illuceſcere mū
do: attn̄ quod in eo ex diuina ſanctiōe fuit cautū, attinēs ad hone-
ſtatē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatem ac decentiã diuini cultus in quouis & cuiuſlibet legis tẽpo-
re utpote miniſtros tẽpli & ſacerdotes à uulgo debere eſſe diſcre-
tos: cõgrue admodũ aſſumit, & in hac lege noua ſeruari debere. ꝙ
ea quæ perfectionẽ ſonant & ad ampliorem diuini nominis hono
rem faciunt, in ueteri lege à deo ordinata: etiam ad nouã legẽ trãſ-
iſſe apta quadã proportione, & in hac itidẽ robur habere, putan-
da ſunt. ¶ Secũda ad idẽ oppoſitũ cõprobãdũ ratio. Apud ethni- II.
cos & gentiles, agnitionis unius & ueri dei expertes, ſacerdotiũ e-
rat à populari turba ſemotũ: & nonnullis peculiariter ad id mune-
ris delectis aſſignatũ. Enimuero erant illis ſui pontifices, archiflami
nes, minores flamines, ſalij, & uarijs alijs nominibus nuncupati ſa-
cerdotes: prorſus à uulgo dirẽpti. Quod uel ex ipſo libro Geneſos: Gene. 47.
dilucide cõſtat. ubi cũ inualeſcente fame narrat Ioſeph ſctũs patri
archa ſubieciſſe totã terrã Aegypti ditioni Pharaonis, cunctis uẽ
dentibus poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis: ſubiungit con
tinuo ſcriptura. Præter terrã ſacerdotũ: quæ à rege tradita fuerat
eis. Et cũ paulo poſt eodẽ loco refert hiſtoria: id factũ eſſe deinceps
quaſi in legẽ, ꝙ in uniuerſa terra Aegypti regibus quinta pars fru
ctuũ ſoluat: ſubnectit ibidẽ. Abſq; terra ſacerdotali: quæ libera ab
hac conditione fuit. Ecce gẽtiles ad falſos deos (quinimmo dæmo
nes) colendos, ſacerdotes habuere diſcretos à populo: neq; pueros
aut mulieres unq̃ ad ſacra facienda admiſerunt, aut immolandas
illis hoſtias. Et Chriſtiani ad uerũ & unicũ deũ ſyncære colendũ,
nõ habebunt ſacerdotes peculiariter illi miniſterio deſtinatos: ſed
paſſim & pueri & mulieres ſacra faciẽt, ſacramẽtaq; miniſtrabunt
fidelibꝰ? Nulla certe fuit unq̃ gẽs aut natio tã barbara, tã effera, tã
immanis: neq; Troglodite, neq; Sauromatæ, nec extremi Gara-
mãtes: q̃ ductu q̊dã naturæ & rectę ratiõis magiſterio nõ cognoue
rit, ſacerdotes diuino cultui deputatos, debere eẽ ſelectos: atq; à uul
gari turba diſcretos: propter miniſterij pagendi ſublimitatẽ & cel
ſitudinẽ. Quõ igit̃ Chriſtiani, barbaris iſtis nationibus lõge ſapien
tiores, ueraq; fide & ſacratiſſima lege magis illuſtrati: uſqueadeo de
ſipiẽt, ut ſuæ legis ſacerdotiũ faciant omnibꝰ promiſcuũ & uulga-
re? Quis (oro) nõ uidet Lutherũ hac ſua aſſertiõe detrudere ſacer
dotiũ euãgelicũ non mõ infra Leuiticũ: ſed et infra gentilitium ſa-
cerdotiũ, minoriſq; illđ facere dignitatis et eminẽtiæ: q̃ fuerit ſacer

dotium ethnicoꝝ: ¶ Cæteꝝ non hæc quiſpiam dicta putet in ap-
probationem ſacerdotij gentiliũ: neqꝫ ex ijs quæ præſens attulit
ratio, exiſtimet nos hic cõmẽdare uelle ſacerdotalẽ illũ ritũ quem
habuit Paganiſmꝰ. quandoquidẽ ipſum, ſacrilegũ fuiſſe, prophanũ
& ſupſtitioſum: nemo Chriſtianis ſacris initiatꝰ ignorat. quales e-
nim erant eoꝝ dij. tale & ſacerdotiũ. Sed adducta ſunt in præſen-
tia hæc omnia, ad ſolidiorẽ ueritatis cõprobationẽ: ſumptã etiã ex
ijs quæ expertes ueritatis, in ſuoꝝ deoꝝ cultura, faciunda cenſue
runt. Vt quemadmodũ ipſi recta naturalis rationis directiõe pſua
ſum habuerunt, non quoſuis ſine delectu fungi debere ſacerdotio
ad colenda ſua numina: ſed ſecretos à turba plebeia uiros, ſpectatę
uirtutis. ita & Chriſtiani, immo potiori ratione, ad colendum unũ
& ueꝝ numen: non quoſlibet ſine diſcrimine debent habere ſacer
dotes, & tenellæ ætatis pueros & mulieres: ſed uiros tantum, con-
ſecratione pontificali ad ſacerdotalẽ functionẽ profectos. Sic ſane
dominꝰ per Hieremiã prophetã reprehendens impietatẽ Iudæo-
rũ, qui derelicto uero deo abierunt poſt idola: utiť exẽplo gentiliũ,
eoꝝqꝫ factum adducit in grauiorem Iudaici populi condẽnationẽ:
Hiere. 2. cũ ait. Tranſite ad inſulas Cethim & uidete: & in Cedar mittite et
conſiderate uehementer. & uidete ſi factũ eſt huiuſmodi: ſi muta-
uit gens deos ſuos, & certe ipſi non ſunt dij. Populꝰ uero meꝰ: mu-
tauit gloriã ſuam in idolum. Quibus quidem uerbis non approba
uit deus idola gentiũ neqꝫ uenerationẽ eoꝝ: quæ conteſtatꝰ eſt nõ
eſſe deos. ſed ex perſeuerantia gentiliũ in ijs perpetuo colendis qͤs
ſemel ut deos receperunt: redarguit Iudæoꝝ irreligioſitatẽ & in-
ſtabilitatẽ, qui neglecto uero deo cui prius adhæſerant tranſierũt
III. ad deos alienos: ¶ Tertia ratio. Per totũ libroꝝ ueteris inſtrumen
ti contextũ: tã in libris hiſtoricis q̃ propheticis & hymnidicis: dep-
hendiť aperte ſacerdotũ à populo diſcretio, diuina primũ ordinati-
Eſaiæ 24. one facta. Vt apud Eſaiam. Sicut populꝰ: ſic ſacerdos. Quod & ab
Oſee 4. Oſee propheta repetiť. Et apud Hieremiã. A propheta uſqꝫ ad ſa
Hiere. 6. cerdotẽ: cũcti faciũt dolũ. Demũ apđ Malachiã. Labia ſacerdotis
Malach. 2. cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus
domini exercituũ eſt. Et ut paucis agam, huiuſmodi teſtimonijs ſa
cerdotes à populo diſcernentibꝰ: refertiſſimi ſunt diuini codices.
Quos igiť diſcreuit deꝰ: cur audet Lutherus cõfundere cum turba
laicoꝝ,

laicoꝝ, & miſcere ſacra prophanis? Separauit quidẽ deꝰ & in lege
Moſaica & euãgelica oraculiſq; propheticis: ſacerdotes à ſodalitio
populari. Quanta ergo eſt temeritas eoꝝ, ꝗ uolũt ipſos cõmiſcere
laicoꝝ cõtubernio: ut nullã ab eis habeant gradus diſtinctionem?
¶ Quarta. Chriſtꝰ in nouiſſima cœna, ſecundũ probatiſſimã illu- IIII.
ſtriũ authoꝝ ſn̄iam, diſcipulos ſuos cõſtituit ſacerdotes: cũ ſacratiſ-
ſimi ſui corporis & ſanguinis myſteriũ ipſis frequentandũ cõmiſit,
his uerbis. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Et hęc quotieſcũq; Lucæ 22.
feceritis in mei memoriã facietis. At neq; tunc pueris neq; mulieri 1. Corin. 11.
bꝰ legit̃ cõmendaſſe ſacramẽtũ euchariſtiæ cõſecrandũ aut cele-
brandum: ſed tm̄ apoſtolis & diſcipulis cũ quibꝰ tũ diſcubuit, quibꝰ
& poteſtatẽ contulit ac legẽ ſtatuit, alios ei muneri idoneos ordi-
nandi ad ſacerdotale officiũ, ꝗ à turba promiſcua ſegregati, certo
cõſecrationis ritu traditiõibꝰ apoſtolicis cõſtituẽdo: aſciſcerent̃ ad
eũ ordinẽ. haud ſecꝰ atq; unctione, ſacraꝝ ueſtiũ amictu, & certis Exodi 28.
aliis cærimoniis, in ueteri lege conſecrabant̃ dei iuſſu, illius tẽporis Leuitici 8.
ſacerdotes. Quod igit̃ Chriſtꝰ exemplo ſuo docuit, quod etiam in
eccleſia faciundũ conſtituit, ut ſcilicet ſpectatæ uirtutis & doctri-
næ deligerent̃ ſacerdotes ad miniſteriũ altaris, & legitimo ritu cõ
ſecrarent: ꝗs audebit reſcindere, & ſola baptiſmi ſuſceptiõe ſacer-
dotes oẽs paſſim fieri, aſtruere? cũ in antiqua lege, ſuſcepta: circũ-
ciſio (cui in noua: reſpõdet baptiſmꝰ) nõ reddiderit omnes ſacerdo
tes: ſed præter eam certa cõſecratio, tp̄e definito determinatiſq; ꝑ
ſonis ſecundum diuinũ inſtitutum accõmodata: ſacerdotali digni-
tate inſigniuerit illos quibus ipſa adhibebatur.

¶ Aliis adhuc rationibꝰ cõmonſtrari: nõ oẽs Chriſtia-
nos ſine quouis diſcrimine eſſe ſacerdotes. Cap. V.

NOn fuerit ꝑterea incongruũ, & alias afferre ratio-
nes in præſentia, ſuperioribꝰq; adiicere: quæ patefa
ciant amplius idem propoſitum, & conuincant non
omnes paſſim Chriſtianos, habendos eſſe uel dicen
dos ſacerdotes. ¶ Sit itaq; hæc: in ſuo ordine quinta. V.
Beatꝰ Paulus ad Timotheum ſcribens, ſimiliter & ad Titum: qui- 1. Timo. 3. Titum 1.
bus effulgere moribus ac uirtutum ornamentis debeat epiſcopꝰ
& diaconi, latius explicat, inſinuãs eo ipſo: nõ oẽs promiſcue aut ſi
ne delectu, ad eos gradus eccleſiaſticos eſſe aſſumendos. Quod ſi

non omnes,epiſcopi ſunt cenſendi uel diaconi:cur cenſebũtur o-
1.Timo.5 mnes ſignati charactere fidei.ſacerdotes? Scribit & ad Timotheũ
idem apoſtolus:ꝙ nemini cito manus imponeret,ad ſacerdotij ſci-
licet cõſecrationẽ.innuens hiſce uerbis,ſine manuũ epiſcopaliũ im
poſitione nõ cõſtitui quẽpiã ſacerdotẽ: neq; ſolum ſufficere bapti
ſmũ,ad huius officij rationem obtinendã. Quod & ex illis eiuſdẽ
1.Timo.4 apoſtoli uerbis ad ipſum Timotheũ:euadit apertius. Noli negli-
gere gratiã quæ in te eſt:quæ data eſt tibi ꝑ prophetiã,cũ impoſi-
2.Timo.1. tione manuũ presbyterij. Et iterũ. Reſuſcites gratiã q̃ eſt in te:per
impoſitionẽ manuũ mearũ. Quod ſi ꝑ ſuſceptionẽ baptiſmi factus
fuiſſet Timotheus ſacerdos:quid opus fuiſſet circa eũ ordinatione
Pauli,aut quid operata fuiſſet manuũ eius ſuper ipſum impoſitio?
Titum.1 Titũ ꝓterea admonet Paulus:ut cõſtituat per ciuitates presbyte-
ros.q̃ cõſtitutio omnino ſuperuacua eſſet: ſi protinus omnes, atq;
baptizati ſunt,euaderẽt ſacerdotes. In actibus etiam apoſtolorum
Actu.14 de Paulo & collegis eius dictũ eſt. Cum cõſtituiſſent illis per diuer
ſas eccleſias:presbyteros. Quomodo igitur illi,ſimul atq; baptiſmo
abluti ſunt,fuerũt ſacerdotes:ſi poſtea ex cõſtitutione Pauli & ſuo
rum,ad ſacerdotiũ ſunt profecti? Rurſum in eodem actuum apo-
Actu.20 ſtolicorũ libro refert Lucas,ꝙ cũ Paulus acciri curaſſet Miletum
ex Epheſo maiores natu eccleſiæ: inter cætera ipſis cõteſtatus eſt,
ꝙ eos ſpiritus ſanct⁹ poſuerit epiſcopos regere eccleſiam dei. Vbi
per maiores natu eccleſiæ intelliguntur ſacerdotes: authoritatem
gubernandi eccleſiam,adminiſtratoriamq; poteſtatem habentes,
quos ad id ꝑticulatim delectos atq; à ſpiritu ſancto aſſumptos: hic
perhibet Paulus. Quomodo igitur illi:ex ablutione baptiſmali fa-
cti ſunt ſacerdotes? aut quonã modo erit ſacerdotium:in noua le-
VI. ge omnibus promiſcuũ? ¶ Sexta. Beatus pater Dionyſius in libro
de eccleſiaſtica hierarchia, ſacerdotalem ordinem manifeſte à ſan
cta plebe diſtinguit:& ab ipo eccleſiæ Chriſti exordio,diſtinctum
fuiſſe innuit. Siquidem ritum conſecrandi ſacerdotes à pontifice,
quo primitiua tunc utebatur eccleſia ex traditione apoſtolorum:
accurrate deſcribit. Deinde ordinẽ plebis ſanctę, ſacerdotali mini
Dionyſius. ſterio ſubijcit illuminandum:cum ait in ſexto eiuſdem libri capite.
Medius aũt cõtemplatiuus ordo eſt,& ſacrorũ quorundã ꝓ captu
ſuo in omni mũditia particeps:qui ad illuminandum ſacerdotibus
eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt diſtributus. Húc equidem ſanctæ plebis ordinẽ dixerim: ut po-
te per omnẽ purgationẽ profectum, ſanctorumq́ꝫ myſteriorũ con
tuitu ſacro (ut fas eſt) cõſortioq́ꝫ dignatum. Hæc ille. Huiuſmodi
autem ordinatiſſima ſacerdotum à plebe diſcretio: ipſorũqꝫ ab epi
ſcopis per certos ritus & cõſtitutas cærimonias cõſecratio: ab ipõ e-
uangelicæ legis exortu per totũ eccleſiæ ſanctę decurſum ad hæc
uſqꝫ tpa noſtra, inconcuſſe & incontaminate ſeruata eſt. Quid igiẽ
tanta approbatam antiquitate temporis diſtinctionẽ ſacerdotalis
ordinis à reliquo populo Chriſtião: nũc demoliri cõnititur Luthe
rus, & inordinatiſſima confuſione ſubuertere? ¶ Septima ratio. In VII.
republica ciuili: nõ omnes ſine diſcrimine reges ſunt, aut duces po
puli, aut principes, ſed ij tantum: qui hæreditaria ſucceſſione, dele
ctu populi, aut conſtitutione ſuperioris poteſtatis, ad dominatum
ſunt aſſumpti. Quod & beatus Petrus clare demõſtrat: ita ſcribẽs.
Subditi eſtote omni humanæ creaturæ: propter deum. ſiue regi q̃ 1. Petri. 2
ſi præcellenti: ſiue ducibus tanquã ab eo miſſis, ad uindictã male-
factorũ, laudem uero bonorũ. Idem quoqꝫ comprobat & ſanctus
Paulus in epiſtola ad Romanos: his uerbis. Omnis anima: ſublimio Roma. 13
ribus poteſtatibus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas: niſi à deo, quę
aũt ſunt à deo: ordinata ſunt. Itaqꝫ qui reſiſtit poteſtati: dei ordina-
tioni reſiſtit. qui autẽ reſiſtũt: ipſi ſibi dãnationẽ acquirũt. Et reliq̃
eiuſdem loci, in eandem conſequentia ſentẽtiam: liquidoqꝫ prodẽ
tia, principatũ & poteſtatẽ in ciuili adminiſtratiõe, nõ omnibꝰ eſſe
communẽ. Quomodo igiẽ in republica eccleſiaſtica erũt omnes q
ſignaculũ fidei in baptiſmo ſuſcepeřt: ſacerdotes, regesqꝫ ſacrorꝫ?
Nõne ſi ita ſe res haberet: lõge pulchrior eſſet partiũ ciuilis faculta
tis diſtinctio q̃ eccleſiaſticæ? nõne etiã multo foret elegãtior in illa
q̃ in hac cõcinnitas, decor & uenuſtas? cum tamẽ eccleſiaſtica: ciui-
lem longe dignitate antecedat. ¶ Octaua. Si omnibus ſine ætatis VIII.
aut ſexus diſcrimine cõueniat ſacerdotiũ, qui Chriſtianiſmũ ſunt
profeſſi: nimirum cõueniẽt etiam omnibus & ſacerdotalia officia.
Nempe ſiquibus functiones ad ſacerdotem pertinẽtes non com-
petunt: quomodo erunt illi ſacerdotes, niſi nomine tenus & nõ re
ipſa? Perinde atqꝫ titulo tenus rex ille eſſet: qui nec regnum obtine
ret, in quo moderationem gerere poſſet regiam, nec populum, cui
regali poteſtate præſideret. Inania nanqꝫ ſunt hæc dignitatum &

officiorũ nomina:ſi nõ habeãt ſimul annexam ſuoꝝ miniſterioꝝ
ac munerũ propriorũ executionẽ. Sin uero quis admiſerit, omni-
bus etiã Chriſtianis cõgruere officia & miniſteria ſacerdotũ: ad-
mittat etiã oportet, & pueros ut ſacra faciãt poſſe citra rephẽſio
nẽ aſtare altarib⁹, & delinquẽtiũ cõfeſſionẽ audire. mulieres itidẽ
ſacris indutas ueſtib⁹ poſſe ſanctã cõſecrare hoſtiã: ac miſſę officiũ
celebrare. quinimmo & laicos omnes pœnitẽtiũ recõciliationem
audita eoꝝ cõfeſſione tẽtare poſſe: & ſacramẽta omnia eccleſiaſti
ca alijs miniſtrare. Sed quis unq̃ adeo deſipiat: ut hanc extremam
ferat inſaniam. Hippocraticis pharmacis purgandam?

¶ Rationum Lutheranarũ, cõprobare nitentiũ, cõmu-
ne omnibus Chriſtianis eſſe ſacerdotiũ euãgelicum &
nouæ legis: diſſolutio. Cap. VI.

I. CAeterũ inſiſtit aliquot rationibus Lutherus in ſuo
de abroganda miſſa priuata libro: ad cõmonſtran-
dũ, nõ eſſe propriũ aliquibus & peculiare ſacerdo-
tiũ nouæ legis primũ obiectãs illud beati Petri uer-
1.Petri.2 bũ in priore ſua epiſtola. Vos aũt genus electũ, re-
gale ſacerdotiũ: gẽs ſancta, populus acquiſitionis. Quod nõ parti
culatim ad deſtinatos eccleſiaſtico muneri ſcribit: ſed generatim
ad omnes fideles etiam laicos, quos tamẽ ſacerdotij titulo hono-
1.Petri.2 rat. Et eodem loco hiſce uerbis cõpellat eoſdem Petrus. Et ipſi tã-
q̃ lapides uiui ſuperædificamini domos ſpirituales in ſacerdotium
Apoca.5 ſanctũ. Rurſum in Apocalypſi cœt⁹ ſctõꝝ, æternę gloriæ pticeps
Chriſto gratiarum actiones concinens: ait. Feciſti nos deo noſtro:
regnũ & ſacerdotes. Et deinceps in eodem libro: de quibuſq; inco
Apoca.20 lis ſupernæ ciuitatis, inquit beatus Ioannes. Sed erunt ſacerdotes
dei et Chriſti eius. Vbi eos etiã qui laici, cũ hic agerẽt, fuerunt: ſa
II. cerdotum nomine inſignit. ¶ Verum hic admirari lubet argutã
ipſius Lutheri dialecticam: qui cum Ariſtotelis damnet ſtudium,
& gymnaſia publica ad capeſſendas cuiuſq; generis diſciplinas re
cte inſtituta: homonymia æquiuocatiõeq; uocabuli hic ludit, eaq;
inſcitia ſua totam obturbat eccleſiam Chriſti. Nempe ſacerdos ſe
cundũ propriam & uulgatam acceptionem, is eſt qui eccleſiaſticæ
addictus ſorti altariſq; miniſterio deputatus: ſacratiſſimã in miſſæ
officio euchariſtiam deo offerendi ſortitus eſt poteſtatẽ. Sacerdo
tium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium uero in ſua peculiari ratione:eſt huiuſmodi ſacerdotis mun⁹ & officium,ſecundũ ritum ſcilicet eccleſiæ, ſacroſanctam cõſecrã di & immolandi hoſtiam. Et fecũdum hanc ſignificationem(quã omnes,cum de ſacerdotibus & ſacerdotio fit ſermo:protinus ani= mo concipiunt & cõplectuntur)aſtruimus cũ eccleſia ſancta,ſacer dotes à laicis eſſe diſcretos:& idipſum,duobus proximis capitibus multifariã cõprobauimus. Nõnunq̃ uero etiã in ſacris literis gene raliori ratione ac ambitu dicuntur ſacerdotes:q quoduis deo offe= rũt ſpitituale ſacrificiũ, ſiue cõpunctionis cordis, ſiue caſtigationis corpis,ſiue rationis,aut alterius cuiuſpiã boni operis. Et his reſpon dẽs ſacerdotiũ,cõmuni ſua ratione etiã cõprehẽdit quorũlibet o- perũ iuſtitiæ oblationẽ:deo à quouis Chriſtiano factã. Quod qui= dẽ ſacerdotiũ ſpirituale & myſticum: ipi quoq; ingenue fatemur Chriſtianis omnibus bona operantibus eſſe commune.& quoſuis deo offerentes opera iuſtitiæ,etiã laicos, mulieres & pueros:eſſe hoc modo ſacerdotes. Quo ſane modo cõmuni:& ſacerdotes & ſa cerdotiũ accipiunt in locis illis ſacræ ſcripturæ,p Lutherũ in obie ctione pſente citatis. Sed nõ tam generalẽ ſacerdotũ & ſacerdotij acceptionẽ attendit eccleſia ſancta, nec ſcriptores eccleſiaſtici : cũ ſacerdotes ſecernũt à laicis,& ſacerdotium à populari turba diri= mũt. Priorem enim illam tantum & contractiorem utriuſq; ſigni- ficationẽ modo poſitam tum animaduertũt:& ad eam ſolam, mẽ tis ſuæ conuertunt aciem atq; inflectunt. Quemadmodũ tametſi Chriſtiani omnes,ſubijcientes carnem ſpiritui & improbos affe= ctus rationi:merito reges dici poſſint,& obtinere regnum ſpiritua le intra ſeipſos,regnareq; ſuper terram,atq; ita interdũ appellent in ſacris codicibus:nõ tamẽ idcirco quis recte cenſuerit, oẽs Chri ſtianos eſſe dicendos reges,& regno potiri:ut ea nomina deſignãt monarcham regioni gubernandæ præſidentem,& monarchiam ipſam principatumq; regium in ciuili adminiſtratiõe. Itaq; non de bẽt indiſcriminatim dici oẽs Chriſtiani ſacerdotes , ſicut nec oẽs denominari reges : ſecundum propriam & conſuetam in uſu pu= blico utrorũq; ratiõem. Et queãdmodũ operatores iuſtitiæ Chri ſtiani omnes,dici poſſunt reges & regno potiri:ita & ſinguli eorũ uere denominari queunt ſacerdotes,ſecundum generalem ambo rum.& longe plura q̃ in priore acceptione,ſuo ambitu & ſinu cõ=

 prehendẽ=

III. prehendentẽ,ſignificationẽ. ¶Secũdo inſurgit Luther⁹ ad cõpro
bãdã ſacerdotij in oẽs Chriſtianos cõmunionem:hac ratiocinatio
ne. Ad omnes baptiſmi lauacro ablutos fideles attinet ſacrificiorũ
oblatio. utpote caſtigatio carnis,de qua:ad Romanos cuiuſuis ſta
Roman.12. tus atq; ſortis,ſcribit Paulus. Obſecro uos fratres per miſericordiã
dei:ut exhibeatis corpora ueſtra, hoſtiã uiuentem,ſanctã,deo pla-
cẽtem, rationabile obſequiũ ueſtrũ. Similiter cõpunctio cordis af-
flicti & contriti:ob admiſſa in deum peccata,de qua : propheta in
Pſal.50. pſalmo. Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus: cor contritũ & humi
liatũ deus nõ deſpicies. Præterea orationis deuote ad deũ effuſio:
Pſalmo 140. de qua,etiã propheta in pſalmo. Dirigat̃ oratio mea ſicut incẽſum
in cõſpectu tuo:eleuatio manuũ meaꝝ ſacrificiũ ueſptinũ. Deniq;
erogatio eleemoſynæ in pauperes,ad laicos etiã ſpectans:ſacrificiũ
Hebræ.13. & hoſtia dicitur apud Paulũ,ita ſcribentẽ ad Hebræos. Beneficẽ
tiæ & communionis nolite obliuiſci:talibus enim hoſtijs promeret̃
deus. Quoꝝ autem munus eſt & opus, ſacrificiorum oblatio: hi &
ſunt & dicuntur ſacerdotes. quandoquidẽ proprie ſacerdotũ par-
tes habẽtur:offerre deo uictimas & hoſtias. Sunt igit̃ omnes Chri
IIII. ſtiani: ſacerdotes. ¶Sed & hic ridenda eſt Lutheri dialectica:qui
haud minus in hac ſua argutia quàm prius,æquiuoco fallit̃. Nẽpe
ſacrificium ſecũdum particularẽ et propriã rationẽ ſuã , euãgelicę
legi accõmodam:eſt ſanctiſſimi ſacramenti euchariſtię in miſſa ob
latio,quoniã ea , unicũ eſt & ueꝝ nouæ legis ſacrificiũ: ut ſequens
apertius indicabit ſermo. Et huiuſmodi ſacrificij immolatio,ad ſo-
los pertinet Chriſtianæ profeſſionis ſacerdotes: ſecundũ eccl'iaſti-
cam ſanctionẽ inſtitutos. At uero ſecundum generalẽ & diffuſam
in plurima acceptionẽ:ſacrificiũ dicit̃ cuiuſq; boni operis executio,
in dei honorẽ facta. ut emaceratio corporis, contritio cordis,feruens
oratio, bonoꝝ externorum in pauperes communicatio: & cætera
id genus opera iuſtitiæ. Talis aũt ſacrificij tam communi ratione
dicti oblatio, generatim ad quoſuis ſpectat Chriſtiani nominis ti-
tulo inſignitos:& tantũ ad ſacerdotes eccleſiaſticos. quẽadmodum
beatus Petrus ad fideles cuiuſlibet gradus atque profeſſionis ſcri-
1.Petri 2. bit, exhortãs:q̃ ſint offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles deo
per Ieſum Chriſtum. Quo quidẽ modo tam generali atq; in plura
extenſo : ſumit̃ ſacrificij nomen in omnibus illis ſcripturæ locis, in
hac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hac obiectione adductis. Itaq; eccleſia ſancta cum de nouæ legis
agit myſterijs atq; miniſtris: ſacerdotes et reſpondens eis ſacrificiũ
accipit ſecundũ propriã et particularẽ utriuſq; rationẽ. Lutherus
uero cũ ſuis aſſeclis, utrũq; ſumit nomẽ: ſecundũ generalẽ et pene
cõmunẽ Chr̃ianis omnibꝰ ſignificationẽ. Et ergo à ſentẽtia eccle-
ſiaſtica, tota deerrat uia, incaſſumq; illi contranititur.

¶ Non ad omnes Chriſtianos pertinere miniſterium
publicæ prædicandi uerbum dei: ſed ad eos tantũ,
qui ad munus illud exercendum, poteſtatẽ
à ſuꝑioribus ſuis acceperunt. Cap. VII.

TErtio deinde loco hac ratione, prędictã ſuã aſſertio I.
nẽ, quod Chriſtiani omnes ſint ſacerdotes: fulcire
conatur Lutherꝰ. Ad ſacerdotes eccleſiaſticos et no- »
uæ legis, potiſſimum ſpectat miniſteriũ docẽdi uer »
bum dei: teſte Malachia porpheta, cum ait. Labia » Mala. 2.
ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, et legẽ requirent ex ore eius: qa an- »
gelus dñi exercituũ eſt. Atqui officiũ docendi nerbum dei: ad oẽs »
promiſcue ſpectat, etiã laicos et mulieres. Siquidẽ apl̃us de omni- »
bus loquens Chriſtianis: ſcribit ad Corinthios. Fiduciã aũt talẽ ha » 1. Corin. 3.
bemus per Chriſtũ ad deũ: nõ ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliqd »
à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Qui & ido- »
neos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: nõ litera ſed ſpũ. Et bea- »
tus Petrꝰ ad oẽs in Chriſtũ credentes, quibꝰ ſuã dirigit primã epi- » 1. Petri 2.
ſtolã, uerba faciens: ait. Vt uirtutes annuncietis eius ꝗ de tenebris »
uos uocauit in admirabile lumen ſuũ. Rurſum & Paulꝰ ad fideles »
Corinthios uerba dirigens: inquit. Poteſtis em̃ oẽs, ꝑ ſingulos pro » 1. Cori. 14.
phetare: ut oẽs diſcant & oẽs exhortent̄. Ad hæc. In euãgelio di- » Ioan. 6.
ctũ legimꝰ. Eſt ſcriptũ in prophetis. Erũt oẽs docibiles dei: ſiue do »
cti à deo. & id per ſpiritũ: & uerbũ dei. Poſſunt igit̄ omnes: uerbũ »
dei docere. Deniq; legunt̄ mulieres multæ claruiſſe ſpiritu pro- »
phetico: & ergo authoritatẽ docendi habuiſſe, eãq; plærunq; exer »
cuiſſe prouinciã. Et quãuis ſecundũ ſententiã beati Pauli (inquit) » 1. Cor. 14.
ubi uiri ſunt, loquẽdi officio fungentes: nõ debent mulieres loqui, »
attamẽ nullis loquentibꝰ uiris: neceſſe eſt ut mulieres loquantur. »
Sunt igit̄ & mulieres, ſacerdotes euangelici: ſimiliter & laici, & in »
uniuerſum oẽs Chriſtiani. Hæc Lutherꝰ. ¶ Verꝫ adhibẽda huic » II.

cauillationi eſt reſponſio:admiſſa propoſitiõe primo aſſumpta lo-
co, reijciendam eſſe eam quæ ſecundo ponitur ordine, ad omnes
ſcilicet Chriſtianos, etiam mulieres & plebeios: ſpectare miniſte-
rium docendi in propatulo atq; publica concione uerbũ dei. Fuit
enim ea aſſertio erronea & improba: in concilio Conſtantienſi, in
Viclefus. ter deliramenta Viclefi, & Ioannis Hus (quoꝝ praua dogmata
Lutherus hac noſtra tempeſtate pro uiribus exuſcitat: tanquam
Euphorbus in ipſum tranſierit illoꝝ ſpirit⁹, ut quondã Euphorbi anima in Py
Pythagoras. thagorę corpus cõmigraſſe, à Naſone canit̃) merito reprobata &
damnata. quemadmodũ ſufficiens perhibet teſtimoniũ, Martini
quinti decretũ apoſtolicũ: erroꝝ utriuſq; modo nominati, articu-
latim condemnatoriũ. Eſt eñ ſupra dicta propoſitio, ſcripturæ ſa-
cræ penitus aduerſa: quæ beati Pauli oraculo perhibet, neminẽ p̃-
dicandi uerbi dei officiũ ſibi uendicare debere: niſi mittat̃ ab habẽ
te authoritatem deſignandi alijs eam prouinciam. Quomodo eñ
Roma. 10. prædicabunt (inquit Paulus de annunciatorib⁹ uerbi dei) niſi mit-
Eſaiæ 52. tant̃? ſicut ſcriptum eſt. Quàm ſpecioſi ſunt pedes euangelizantiũ
Ioannis 1. pacẽ: euangelizantiũ bona. Vnde & ſanctus Ioannes Baptiſta,
miſſus à deo eſſe affirmat̃: ad perhibendũ annunciatione publica
Lucæ 4. teſtimoniũ de lumine. Et Chriſtus dñs noſter, oraculo propheti-
co ſe miſſum eſſe à ſpiritu dñi conteſtatus eſt: ad euangelizandum
Eſaiæ 61. pauperibus & manſuetis corde. Ipſe quoq; apoſtolis cõmittẽs pro
Matth. 10. uinciã annunciandi mundo euangeliũ regni: ait illis. Ecce ego mit
Ioannis 20. to uos: ſicut oues in medio lupoꝝ. Et iteꝝ ad eoſdẽ. Sicut miſit me
Exodi 3. pater: & ego mitto uos. Sed neq; Moyſes, ppl̃i Iſraëlitici dux fu-
it & legifer, diuinoꝝq; explicator pręceptoꝝ ad turbã: niſi prius à
Eſaiæ 6. deo ad id muneris obeundũ miſſus. Neq; prophetæ ſancti, Eſaias,
Hiere. 1. Hieremias, Ezechiel & cæteri: ſuis uaticinijs & recte uiuendi inſti
Ezech. 2. tutis populũ palàm formarunt: niſi ad ipſum diuino delectu miſſi.
Proinde de pſeudoprophetis, qui proprio ſenſu ac nutu arrogarũt
ſibi authoritatẽ uaticinandi, & annunciandi populo uerbũ dei: cõ
Hiere. 23. queritur domin⁹ per Hieremiã dicens. Non mittebã prophetas:
III. & ipſi currebant. non loquebar ad eos: & ipſi prophetabãt. ¶ Itaq;
id ex ſecunda ad Corinthios epiſtola adductum primo loco in ob
2. Corin. 3. iectione: ad comprobationem refutatę iam propoſitionis: utpote,
qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. non omnes ge
nera-

neratim Chriſtianos demonſtrat nec complectitur: ſed ipſum tm̃
apoſtolũ id ſcribentem, et coadiutores eius in miniſterio uerbi dei
ac prædicatione euangelij. Paulum aũt à deo miſſum eſſe ad hu=
iuſmodi officiũ: dubitauerit nemo, cũ de illo dixerit domin⁹ Ana-
niæ. Vas electionis eſt mihi iſte: ut portet nomen meum corã gen Actuũ 9.
tibus & regib⁹ & filijs Iſraël. De ipſo etiam & Barnaba: ſcribit Lu
cas in actis apoſtolicis. Et ipſi quidem miſſi à ſpiritu ſancto abierũt Actuũ 13.
Seleuciam: & inde nauigauerũt Cyprum. ¶ Beati uero Petri uer 1. Petri. 2.
bum, ſecundo citatum loco: ſcilicet, ut uirtutes annuncietis ei⁹ qui
de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuum. non de annũ
ciatione quæ per publicam fiat prædicationem, ſolum intelligitur:
ſed & de ea quæ per priuatam fiat ad alteꝝ exhortationẽ, qua in=
ducatur ad fidem. Atqui ſecreta illa ad fidẽ & uirtutẽ admonitio
atq; inductio: nemini hominũ eſt denegata, quin eã facere poſſit.
ut neq; alicui uetita fraterna correctio: quin illam exerceat tẽpo=
re & loco congruenti. Publica tamen delinquentiũ correptio: de
qua Paulus ad Timotheũ ſcribit. Peccantes corã omnib⁹ argue: 1. Timo. 5.
ut & cæteri timorẽ habeant, ad eos duntaxat pertinet: qui autho-
ritatem habent & iuriſditionẽ in eos quos uelint corripere. Quod
ſi quis peruicaciter contẽdat beatum Petrũ inibi facere uerba de
anũnciatione uerbi dei in publico hominũ cœtu & cõſeſſu: pro illis
tunc ibidẽ loquit̃, & de illis, ad quos id mun⁹ ex officio deſignato
ſpectat, & nõ in uniuerſum de omnibus. cũ in nulla unq̃ lege fuerit
omnib⁹ ſine diſcrimine ꝑmiſſa poteſtas: propalã annunciãdi uerbũ
dei. ¶ Porrò uenerabilis Beda prædictũ beati Petri locũ exponẽs: Beda.
annunciationẽ illã uirtutũ dei interpretat̃ magnificationẽ, lauda-
tionemq; diuinæ uirtutis, in gratiaꝝ actione pro ſuſceptis benefi-
cijs perſoluenda. Ita enim ait. Populus acquiſitionis facti ſumus in
ſanguine noſtri redẽptoris: quod erat quondã popul⁹ Iſraël redem
pt⁹ ſanguine agni de Aegypto. Vnde & in ſequenti q̃q; uerſicu Exodi 14.
lo myſtice ueteris recordat⁹ hiſtoriæ: et hanc etiã nouo dei populo
ſpiritualiter docet implẽdã, dicẽs. Vt uirtutes annũcietis ei⁹: q de 1. Petri 2.
tenebris uos uocauit in admirabile lumẽ ſuũ. Sicut em̃ ij q de Ae
gyptia ſeruitute liberati ſunt p Moyſem, carmen triũphale poſt
trãſitũ maris Rubri et demerſum Pharaonis exercitũ dño decan Exodi 15.
tarũt; ita et nos oportet poſt acceptã in baptiſmo remiſſionẽ pecca

toꝝ

torum,dignas beneficijs cæleſtibus repēdere gratias. Nāq; Aegy-
ptij populum dei affligebāt,quia tenebræ uel tribulationes inter
pretātur:apte perſequētia nos peccata ſed in baptiſmate deleta,ſi
gnificāt. Liberatio quoq; filiorum Iſraël,& ad promiſſam olim pa
triam perductio:cōgruit myſterio noſtræ redemptiōis,per quā ad
lucem ſupernæ māſionis,illuſtrāte nos ac ducēte Chriſti gratia, tē
Exodi.13 dimus. Cuius lucem gratiæ,etiam illa nubis & ignis columna mō-
ſtrauit:quæ eos & in toto itinere illo à tenebris defendit noctium,
& ad promiſſas patriæ ſedes inerrabili calle perduxit. Hæc Beda.
Ex quo quidem datæ propoſitionis ſenſu,admodum accommo-
do rei propoſitæ,& à gloſſa ordinaria circa eundem epiſtolæ bea-
ti Petri locum etiā aſſignato:nequaq̄ cōficere queat Lutherus,eē
datam omnibus etiam laicis ſine diſcrimine facultatem annūciādi
IIII. in publica ad populū declamatione uerbū dei,ut p̄tendit. ¶ Porrò
1.Corin.14 ex beati Pauli ſentētia, in prima ad Corinthios epiſtola cōſcripta,
q̄ tertio affert loco in hac obiectiōe:aliud nihil recte p̄t colligi,q̄ o-
mnes qui ꝓphetiæ donū acceperūt:poſſe p ſingulū quēq;,atq; ſin
gulatim prophetare,ſacramq; ſcripturam interpretari . ut per hu-
iuſmodi explanatiōem diuinarum literarum,omnes qui aſſunt in
ea corona & cœtu:diſcant intelligentiam ſanā ſanctæ ſcripturę,et
pia exhortatione incitētur ad ſtudium pietatis ac uirtutum. Non
ergo illic Paulus de prædicatorib⁹ loquitur:ſed prophetis,id eſt ſa
cræ ſcripturæ interpretibus,& qui à deo gratiā & donū interp̄ta-
tiōis ſermonū acceperūt. Neq; ibidē ꝓphetare,perinde ualet atq;
uerbū dei in publico auditorio proferre:ſiue prædicare populo e-
uāgelium Chriſti.ſed tātū deſignat interpretari & exponere ſcri
pturā diuinā; per quam interpretationē & uniuerſim & ſingula-
tim poſſunt omnes qui aſſiſtūt ædificari in ſana doctrina & ſacra
admonitiōe. Quocirca ex eo Pauli uerbo:nō poteſt Lutherus a-
pte ſuum cōficere ꝓpoſitū. Nō enim ſi id datū eſt & indultū ut di
ſcant omnes & exhortētur, id eſt accipiāt ab alijs exhortationem
ad bonum:collegerit ipſe probe,& id cōceſſum eſſe, quod doceāt
omnes uerbum dei publica euāgelij annūciatiōe,atq; alios exhor
tētur in frequēti & numeroſo auditorū cœtu. Diſcere enim,uel o-
V. mniū eſt:docere uero, paucorū & ad id deſignatorū. ¶ Eundē in
Ioan.6. modū ex illo uerbo euangelico,erūt oēs docibiles dei,quarto loco
in me-

in medium producto ab aduerſario, nihil colligi poteſt aliud niſi
q̇d omnes demũ à deo euadẽt docti, & ſanctis fidei myſterijs inſti
tuti. quemadmodum per Eſaiã prophetam promiſerat dominus: Eſaiæ. 54
dicens. Ponam omnes filios tuos: doctos à domino. Dicuntur em̃
docibiles dei: qui dociles ſunt & ſuaſibiles, atq; ita animo diſpoſiti:
ut facile doceãtur à deo. & omnibus qui obſtaculũ nõ obiecerint,
eo prophetico oraculo promittitur doctrina fidei à deo tanq̃ p̃ce-
ptore & magiſtro percipienda. Hunc quidem dictæ propoſitiõis
ſenſum aſſignat Chryſoſtom⁹, homelia quadrageſima quinta ſu- Chryſoſto-mus.
per Ioannem: his uerbis. Vides fidei dignitatem: quod non ab ho-
minibus neq; per hominẽ, ſed per ipſum deum ea imbuendi ſunt.
Idcirco ut fidem uerbis ſuis compararet: eos ad prophetas relegat.
Nam ſi erunt omnes docibiles dei: quare aliqui non credũt? Quo
niam hoc: de pluribus dictum eſt. & præterea illud propheticum:
omnes uolentes ſignificat. Magiſter enim omnibus proponitur:
paratus ad docendũ & cõmunicandum doctrinam ſuã. Et paulo
poſt eodem loco. Quid autẽ: qui antehac fuerũt? nunquid docibi
les erant dei? quid hoc in loco eximiũ eſt? Quod tunc p̱ homines,
res diuinas docebantur: nunc per unigenitum & ſpiritũ ſanctum.
Hæc Chryſoſtomus. Cui reſpondet, quantũ ad cõformitatẽ in-
telligẽtiæ, & beatus Auguſtinus: ita ſuper Ioannẽ, prædictum lo-
cum exponens, & in Chriſti perſona loquens. Quare hoc dixi? O Auguſtinus
Iudæi, pater uos non docuit: quomodo me poteſtis agnoſcere?
Omnes regni illius homines: docibiles erunt dei, nõ ab hominib⁹
audiẽt. Et ſi ab hominibus audiunt: tamẽ quod intelligũt intus da
tur, intus coruſcat, intus reuelatur. Quid faciũt homines: forinſec⁹
annũciantes? Quid facio ego modo: cũ loquor? Strepitum uerbo
rũ ingero auribus ueſtris. Niſi ergo reuelet ille qui intus eſt: quid
dico uel quid loquor? Hæc Auguſtinus. Erunt itaque omnes do-
cibiles dei: id eſt docebuntur à deo arcana fidei. Quod maxime cõ-
pletum eſt: quando per ſpiritum ſanctum totus mundus fidem e-
doctus eſt. Sed quis ex hoc recte ſubintulerit: idcirco omnes poſſe
exercere miniſterium annunciandi uerbum dei in propatulo, &
coram magna hominum frequentia? is nimirum ſolus: qui idem
eſſe putat docere alios & ab alijs doceri, neque p̱pendit haud ma
gni eſſe negocij: precario doctrinam ab alio percipere, idq; ad oẽs

promiſcue ꝑtinere, arduum uero & factu difficile opus eſſe: doce
re alios, & ijs ſolis id congruere, qui inſigni pollẽt doctrina pariter
VI. & docendi authoritate. ¶ Deniq; quod de mulieribꝰ affert poſtre
mo Lutherus, ſpiritu ꝓphetico illuſtratis, & ſuo tẽpore magna au
thoritate inſignitis: nõ cõuincit idipſum quod molit̃ aſtruere. Nã
illæ propter hãc claritudinẽ & prophetici doni p̄ſtantiã: nõ habue
Iudicũ. 4 runt protinus publicã docẽdi uerbũ dei ꝓuinciã. Neq; enim Del
4. Regũ. 22 bora nec Olda ꝓphetiſſa, nec ſancta illa uidua Anna octagenari
Lucæ. 2 am ſupergreſſa ætatem, legũtur p̄dicaſſe populo uerbũ dei: ſed tã
tũ ea quæ ſuggeſſit illis ſpiritus domini, p̄dixiſſe. Et ſiquæ earum
aut in ueteri aut nouo teſtamẽto ex ſingulari prærogatiua id exer
cuerunt opus p̄dicandi toti multitudini uerbũ dei: illę à ſpiritu ſan
cto loquẽte in ipſis & per ipſas, miſſæ ſunt ad illud munus exercẽ
dum: ſpeciali quodã dono. Verum priuilegia paucorũ: nõ ſunt in
communẽ legem trahenda. Inſuper mulieres ipſas in publico con
ſeſſu atq; cõuentu multorum docere poſſe uerbum dei, ut cõtẽdit
deinde Lutherus: plane aduerſatur ſentẽtiæ Pauli, dicentis in pri
1. Corin. 14 ma ad Corinthios epiſtola. Mulieres in eccleſiis taceant. non eñ
Gene. 3 permittitur eis loqui: ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Si quid au
tẽ uolunt diſcere: domi uiros ſuos interrogẽt. Turpe eſt enim mu
lieri loqui in eccleſia. Et ne quis id tanq̄ humanũ placitũ paruifa
ciat aut aſpernetur: ſubiungit eodẽ loco apoſtolus. Si quis uidetur
propheta eſſe aut ſpiritualis: cognoſcat quæ ſcribo uerbis, quia dñi
1. Timo. 2 ſunt mandata. Eandẽ quoq; comprobat ſententiã in prima ad Ti
motheum epiſtola: dicens. Mulier in ſilentio diſcat: cũ omni ſubie
ctione. Docere autem, mulieri nõ permitto: neq; dominari in uirũ,
ſed eſſe in ſilentio. Suffragatur etiam eidem ſententiæ decretũ il
lud concilij Carthaginenſis: quod uiceſimatertia diſtinctione, cap.
mulier, ſic adducitur. Mulier quãuis docta & ſancta: uiros in cõuẽ
tu docere nõ præſumat. Laicus autẽ præſentibus clericis, niſi ipſis
Leo papa rogãtibus: docere nõ audeat. Et illud itidem Leonis papæ uerbũ:
quod decimaſexta quæſtione prima, cap. adijcimus. affertur. Præ
ter dñi ſacerdotes nullus audeat p̄dicare: ſiue monachus ſiue laicus
ille ſit, qui cuiuſcũq; ſcientię nomine glorieť. Demũ & illud uerbũ
Ambroſius Ambroſii, quod triceſimatertia quæſtiõe quinta, cap. mulierẽ, ci
tatur: eandẽ corroborat apoſtolicã aſſertionẽ. Mulierẽ (inquit) cõ

ſtat

ſtat ſubiectã dñio uiri ſui eſſe. nec docere poteſt nec teſtis eſſe, nec fidem dare nec iudicare. Ex quib⁹ omnibus cõſtat: q̃ inualida eſt hæc tota Lutheri obiectio. Demũ ex ĳs quæ à quarto p̃ſentis libri cap. in hũc uſq; locũ ſunt adducta, dilucidũ euadit: q̃ iepta ſit & impia Lutheri aſſertio, ſecũdo eius dicto ſupra annotato circa hui⁹ libri principiũ, cõprehẽſa: atq; plurifariã in proximis quatuor capitibus confutata.

¶ Nõ eſſe abrogandã miſſam priuatã: nec ſolis diebus dñicis celebrãdũ eſſe myſteriũ miſſæ, ut contendit Lutherus contra eccleſiaſticum inſtitutum. Cap. VIII.

DEinceps aperiendũ hoc loco occurrit: q̃ abſurda & irrationabilis ſit illa celebrãdæ miſſæ lex & ratio, quã Lutherus ſua ipſius authoritate (ne dicã temeritate) toti p̃ſcribere tẽtat eccleſię: in tertio eiuſdẽ dicto, circa libri hui⁹ exordiũ explicato. Quo qdẽ cẽſet abrogandã eſſe omnẽ miſſam priuatã: & ſolis dieb⁹ dñicis celebrandã miſſam publicã, ad quã cõueniãt fideles, ſacrãq; dñici corporis cõmunionẽ ꝑcipiant: iuxta imitationẽ (ut ait) primitiuæ eccleſiæ, ordinatiõiſq; apoſtolicę. ¶ Enimuero ſi ſuſtollatur prorſus miſſa pri- 1.
uata: nullo unq̃ tẽpore liceret ſacerdotibus ſecularibus priuatis & paſtoralẽ curã minime gerentibus, ſed nec uiris religioſis in domibus monaſticis offerre deo ſacrificiũ in miſſæ celebratione, quod nõ habeãt alicuius eccleſiæ parochialis adminiſtrationẽ: cuius populo publicã celebrent miſſam, & euchariſtiæ ſanctæ tradãt participationẽ. Quocirca quãtauis ferueat deuotiõe aut ſyncæro in deum affectu ſacerdos priuatus in ſeculo ſubſiſtens: quãtacũq; etiã uitæ puritate, abſtinẽtia, ſobrietate emineat regularis diſciplinę obſeruãtiſſim⁹, religioſus in auſteritate mõaſtica: nullo unq̃ anni die licere huic & illi ſacrificare hoſtiã laudis, & ſacroſanctã euchariſtiã cõſecrare, nec in ipſo quidẽ die feſto paſchæ nec pẽtecoſtes nec natiuitatis dñicæ: q; materiã nec ille nec hic habeat celebrãdæ miſſæ publicæ. Sed quis has æquo p̃feret animo meras inſanias? Quid oro prodeſſet illis collat⁹ ordo ſacerdotĳ: cuius nũquã poſſent munus p̃cipuũ exequi? Quid deniq; extruerẽtur altaria in cœnobĳs, monachorũq; tẽplis: ſuper quæ nunq̃ poſſet à quopiã monaſticæ profeſſionis cultore imponi hoſtia ſalutaris immolanda deo?

II. ¶ Sed neq; ſacerdotes parochialē eccleſiam regendā ſortiti, in cele
berrimis totius anni ſolennitatibus: ut natalis dominici, circūciſio-
nis, epiphaniæ, omniū ſanctoꝝ, celebritatibusq; ſacratiſſimæ uirgi
ni mariæ dicatis, poſſent publicam celebrare miſſam: niſi prædictæ
ſolennitates die dominico obuenirent. quandoquidē ſecundū Lu
theri placitū: ſolis diebꝰ dñicis eſſet illa miſſa publica celebranda.
Quocirca neq; in ſabbatis quatuor tēpoꝝ conferens ordines ep̄s,
neq; feria quinta ante feſtū paſchale conſecrans ſanctū chriſma:
poſſet miſſaꝝ ſolennia celebrare. quinimmo in diebꝰ ipſis rogatio
nū, die etiā feſto aſcenſionis dominicæ & ſanctiſſimi ſacramēti eu
chariſtiæ, nulla poſſent ab ep̄is & ſacerdotibus etiā paſtoralē gerē
tibus curā, miſſaꝝ peragi myſteria: q diebꝰ dominicis illę celebri-
tates nunq̄ obtingant. Illud aūt aſtruere: extremæ eſt dementiæ.
III. ¶ Rurſum cōplures ſunt eccleſiæ parochiales tantam ſuo ambitu
cōplectentes populi multitudinē: ut nō poſſit ſimul tota, intra ipſiꝰ
tēpli ſepta contineri ſine grauiſſima & periculoſa preſſura. Et qn̄
in ipſa ſolennitate paſchali ſecundū probatiſſimam eccleſiæ cōſti-
tutionē laici ſunt recepturi ſacram euchariſtiæ cōmunionem: non
omnes eiuſdē eccleſiæ parochiani uno eodēq; die illam recipiunt,
aut in una eadēq; diei miſſa, ad euitandum periculū: quod ob tur-
bam copioſam ſe comprimentē accidere poſſet. Sed nonnulli lai-
coꝝ, feria quinta ante paſcha in quibuſdā locis menſam accedunt
dominicam: & inde panem uitæ æternæ ſumunt. Alij aūt in ipſo
ſabbato paſchæ: alij uero in ſancto paſchæ ſacram percipiunt com
munionē, quiſq; pro ſua oportunitate. Et hoꝝ qui in die paſchali
participationē ſacri myſterij ſuſcipiunt: aliqui matutino t̄pe poſt
audita miſſarū ſolennia ſumunt à manu ſacerdotis id uiuificū ſa-
cramentum. Alij aūt circa medium matutini tēporis decurſum: a-
lij demū circa poſtremam antemeridiani tēporis partem, menſam
adeunt dñicā, etiā audita miſſæ celebratione, quiſq; ſcilicet pro cō-
modiore ſibi tēpore. neq; hac in re aliqui eorū: ulli ſunt reprehen-
ſiōi obnoxij. Quō igit̄ omnes tam numeroſæ multitudinis paro-
chiani, ſingulis diebꝰ dominicis conuenire commode poterunt ad
unicā miſſam publicam: ſacram in ea cōmunionē percepturi, ſecū
IIII. dum ipſiꝰ Lutheri ſententiā? ¶ Præterea, q̄ antiqua ſit celebratio
nis miſſarū traditio: in libro decretorū, de conſecratione dinſtinctio
ne pri-

ne prima,cap. Iacobus. ex ſexta quidē ſynodo, his uerbis adaperit.
Iacobus frater domini ſecundū carnē:cui primū credita eſt Hie-
roſolymitana eccleſia:& Baſilius Cæſarienſis epiſcopus,cuius cla-
ritas per totū orbē refulſit:in ſcripturis addiderunt nobis miſſæ ce
lebrationē. Hæc ibi. Eandē quoqꝫ miſſæ celebrandæ antiquitatē Thomas
cōprobat uenerabilis pater Thomas Vualden (de quo: circa finē Vualden.
primi libri habitus eſt ſermo) in ſuo libro de ſacramentalibus: per
totū quartum illius operis titulū,à uiceſimoſeptimo capite uſqꝫ ad
quadrageſimū quartū:contra Vicleſum agens,annitentē ſuis ſcri
ptis ſuſtollere penit⁹ miſſaꝝ ſolennia,ut et nunc aſtipulator eius fa
cit Lutherus. Enimuero diffuſa determinatione & præclara, idē
grauiſſimus author, ritus omnes & cærimonias miſſæ à capite ad
calcē uſqꝫ declarat:ſingulaꝝ aſſignans rationē myſticā,& dicta ſua
ſanctoꝝ patrū potiſſimū antiq̄rū authoritate ſententijſqꝫ copio-
ſe communiens.non uno quidē aut altero loco: ſed per uniuerſum
quarti illius tituli & capitū illo cōprehenſoꝝ contextū. In quorū
poſtremo, propriā quoqꝫ facit pertractationē de miſſæ inſtitutiōe:
& à q̄bus inſtituta fuerit. perhibens inter cætera, beatū Paulū Ti
motheo & Dionyſio hanc celebrandæ miſſæ formā dediſſe:quam Dionyſius.
ex apoſtoloꝝ(inquit)traditione cunctis eccleſiis diſpenſandā tradu
xit. Quā ideo cū tanta uniformitate: remotiſſimæ gentes ſine notā
da ſingularitāte ſequunt̄ & colunt. Hæc ibi. Et planū eſt beatum
Dionyſiū Areopagitam apoſtolis coætaneum,primiuæqꝫ eccl'iæ
alumnū,in tertio capite ſui libri de eccleſiaſtica hierarchia: ritū ce
lebrandæ miſſæ qui tum habebat̄ ex traditione apoſtoloꝝ,parti-
culatim deſcripſiſſe:myſticūqꝫ illaꝝ cęrimoniaꝝ & ſpiritualem ſen
ſum,egregie ibidē explicuiſſe. cuius authoritati propter antiq̄tatē,
inter cæteros præſertim ipſe Thomas prædictus innitit̄ in loco iā
citato. Tāta igit̄ tēporis antiquitate roboratā, & cōtinuo in toto or
be Chriſtiano approbatā uſu oblationē auguſtiſſimi ſacramēti eu
chariſtiæ in officio miſſæ, quibuſuis p̄miſſam ſacerdotib⁹:qua frō
te,qua fiducia,q̄ deniqꝫ authoritate,audet hic ſacroꝝ prophanator
Luther⁹ & cōtaminator ſanctuarij dei,euertere,abrogandáqꝫ aſ-
ſeuerare? Sane Antioch⁹ Epiphanes rex Syriæ,cū Iudæoꝝ ſan- Antiochus Epiphanes.
ctā legē abolere uellet, & ritū illis gētilitiū indicere: inter cætera, 1.Macha.1.
prohibuit ſacrificia fieri in tēplo ſcd̄m Moſaicæ legis inſtitutum.

Lutherus uero ut alter Antiochus, immo Antiocho ueræ fidei & agnitionis dei experte magis impi⁹: prohibet nouæ legis fieri ſacrificiũ, cũ ſacram miſſę celebrationẽ abrogare toto ſtudio annitit.

V. ¶ Sed & illud nõ minus in hoc tertio dicto eius abſurdũ: ꝙ proponit in illa ſua publica miſſa duntaxat die dominico celebranda, unicã debere cõſecrari euchariſtiã, ſicut (inquit) nũc fit in die paſchę: quæ expleto miſſæ myſterio diſpartiat̃ ſingulis: illuc è populo conuenientib⁹. Nẽpe ſi unica (ut cõtendit) cõſecret̃ euchariſtia: quid hæc inter tantos, ut unuſquiſq; modicũ quid illius accipiat? Quomõ poterit illa unica euchariſtia in tã numeroſum (quant⁹ eſt uni⁹ totius parochiæ) populũ diſtribui? Certe ſi in minutulas una illa euchariſtia diſſecet̃ particulas: uix toti ſufficiet populo, ut qſq; ex ea portiunculam ſumat. aut prodigioſæ molis & inſuetæ erit illa ſua unica euchariſtia: ut ex ea tot ſumi poſſint partes, quæ ſingulatim in totũ populũ uni⁹ eccleſiæ queant diſtribui. Me præterea fugit: q̃nã in loco apud Chr̃ianos uiderit Luther⁹, in die ſancto paſchæ unicã conſecrari euchariſtiã. Neſcio profecto, an apud ſuũ album montẽ (ita enĩ uocare licet Vuittẽbergenſem urbẽ, Lutheri patriã: ob ſignificationis uernaculæ conformitatẽ) hic mos obſeruet̃ in eccleſia: fortaſſe ab eo tanq̃ primo authore, inductus. Id unum ſcio, in eccl'ia Gallicana hunc morẽ nequaq̃ obſeruari: ſed totidẽ inibi hoſtias in feſto paſchali conſecrari, quot ſunt ſanctã euchariſtiæ cõmunionẽ ꝑcepturi, ut cuiq; ſua diſpartiat̃ hoſtia: quẽadmodũ par eſt. Cæteꝝ hoc in loco pene ridiculus uideor, ſtultoq; intentus labori: ꝙ tantopere annitor hanc improbare Lutheranã ueſaniã, q̃ ſua ipſius abſurditate ſeipſam ſatis ſuperq; refellit: ſuáq; apte prodit impietatẽ. Non tamen pigebit ad manifeſtandã amplius huiuſce aſſertionis ineptiã: pauca adhuc adĳcere.

VI. ¶ Ex antiquiſſima quidẽ eccleſiæ ordinatione: ſuper eos qui pie in domino obdormierunt, fiunt preces ſolennes à choro ſacerdotũ & cœto eccleſiaſtico: delato intra tẽplũ funere. Ita ſiquidem beat⁹ Dionyſius, eccleſiæ primæuæ ritũ deſcribẽs: ait in capite ſeptimo de eccl'iaſtica hierarchia. Accedẽs deinde uenerãdus antiſtes: precẽ ſuã ſuper mortuũ peragit. poſtq; precẽ & ipſe præſul eũ ſalutat: & ſuo deinceps ordine q aſtant oẽs. Precatur oratio illa diuinã clemẽtiã: ut cũcta dimittat ꝑ infirmitatẽ humanã admiſſa peccata defuncto, eũq; in

Dionyſius.

luce ſtatuat & regiõe uiuoꝝ:in ſinibꝰ Abraæ,Iſaac & Iacob,in lo
co unde effugit dolor,triſtitia & gemitus. Hæc Dionyſius. Ex q=
bus euadit pſpicuũ, uetuſtũ eſſe morē eccleſiæ ſanctæ: pro defun=
ctis in eccleſia pias effundere preces ad dominũ,cõtra eos qui ne=
gant ſuffragia uiuentiũ mortuis prodeſſe ( de qua quidē materia: Cap.27.
in ſequentibus huius libri locis ſermo fiet amplior )cũ dinoſcat̃ ea
obſeruatio:in ipſiꝰ euãgelicæ legis exordio(in q̃,hæc mõ citata ſcri
pſit Dionyſius)in frequenti uſu fuiſſe. Atqui inter ea adminicu-
la q̃ defunctis poſſunt à uiuis exhiberi : primũ obtinet locũ,ſalutа-
re ſacrificiũ corporis & ſanguinis dñici,in miſſæ celebratiõe ad ex-
piationē peccatoꝝ atq; refrigeriũ defunctoꝝ oblatũ ei, qui uiuoꝝ
dñatur & mortuoꝝ ſcdm approbatiſſimas ſanctoꝝ patrũ traditio
nes. Nõ poterit aũt ea oblatio euchariſtiæ in miſſa fieri pro q̃piam
defuncto:ſcdm Lutheri cõſtitutionē, qua ſolo die dñico cenſet u=
nicã fieri debere miſſam publicã:niſi ipſo die dñico deferat̃ exani=
me corpus ad tẽplũ . Et tunc q̃q; minꝰ cõuenięter miſſa celebraret̃
pro defunctis: cũ potius ob diei ſolennitatē de officio tēporis oc=
currentis peragi tũ deberet. Et ita uix unq̃ poſſent defuncti ſacri-
ficio aliq̃ miſſaꝝ releuari & adiuuari:ſi locũ haberet in ecclia cele-
bratio miſſæ Lutherana,modis omnibꝰ merito repudianda.

¶ Nõ expedire,in hoc eccliæ tpe aſtringi laicos ad ſu
mēdã ſingulis diebus dñicis ſanctã euchariſtiã:ut
uult Lutherus. Cap.IX.

SVpereſt adhuc & una ratio, ad improbãdam illam
miſſæ celebrandæ traditionē & modũ, in ſuperiore
capite confutatũ atq; ex Lutherana officina prode
untē,quæ ſit huiuſmodi . Secundũ illum celebran= I.
di publicã miſſam ritũ , quē definit Lutherꝰ in ter-
tio ſuo dicto ſupra poſito : aſtringerentur fideles laici ſingulis qui=
buſq; diebus dominicis,ad percipiendam ſacroſanctam euchariſti-
am in illa miſſa,quam unicam & publicam celebrari debere contē
dit. Quod quidē obligationis iugũ imponere Chriſtiano populo:
hoc tēpore nequaq̃ expedit.quo elanguit ille deuotiõis feruor, &
ardor affectus in deũ obtepuit:qui circa principiũ naſcentis eccle=
ſiæ & tpa proxime cõſequentia,fideliũ animos inflãmauerat. De
bilis nãq; ſtomachꝰ,natiuoq; propemodũ deſtitutꝰ calore:ſolidum
cibum

cibum uix admittit,nec acceptum ſalubriter & recte concoquit.
II. ¶ Enimuero quadruplex in diuerſi noui teſtamenti tẽporibus in-
uenitur fuiſſe ordinatio & obſeruatio eccleſiæ: circa ſumptionẽ ſa
cratiſſimæ euchariſtiæ,à laicis faciendã. Nempe in primo eius ex-
ordio cũ maximus eſſet fidei & deuotionis in credẽtibus feruor:ſo
lebãt fideles ex cõſtitutione eccleſiaſtica q̃tidie ſanctã accipere cõ
mũionẽ.quẽadmodũ ſatis innuũt hæc uerba:in actibus apoſtolo-
rum conſcripta. Erant autem perſeuerãtes in doctrina apoſtoloꝝ:
Actuũ.2 & cõmunicatione fractionis panis & oratiõibus. Et paulo poſt,eo-
dẽ in loco. Quotidie quoq; perdurãtes unanimiter in tẽplo,& frã
gentes circa domos panẽ:ſumebant cibũ cũ exultatione,& ſimpli-
citate cordis. In huius autẽ cõſuetudinis repræſentationẽ & ſignũ,
q̃tidie in ſacro miſſę officio dat̃ aſtãtibus pax:ꝑ exoſculationẽ ſan
ctæ tabellæ,ſacram aliquã imaginẽ depictã continentis. Quæ pa-
cis in omnes qui interſunt miſſæ myſterio,diſtributio:refert quoti
dianam illã fideliũ communionẽ,atq; in eius locũ ſucceſſit. Dein-
de cũ aliquantũ tepefactꝰ eſſet ardor ille deuotiõis in populo Chri
ſtiano:cõſtitutũ eſt ſequẽte tp̃e & ſecundo quidẽ loco: ut ſingulis
diebus dñicis laici fideles participationẽ ſanctæ cõmuniõis accipe
Auguſtinus. rent. De quo tp̃e & pro quo:loqui uidetur beatus Auguſtinꝰ ſcri
bens ad Ianuariũ, id quod habetur duodecima diſtinctione,capi.
illa autẽ, hoc modo. Alia aũt(inquit)quæ ꝑ loca terrarũ regiões q;
uariantur:ſicut eſt ꝙ alij ieiunãt ſabbatũ,alij nõ.alij uero quotidie
cõmunicãt corpori & ſanguini dñi:alij certis diebus accipiũt, & ſi-
quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt:totũ hoc genus rerum,
Idem. liberas habet obſeruationes. Idem quoq; in libro de diffinitionibꝰ
orthodoxæ fidei,cap.uiceſimo ſecundo, hãc habet ſententiã:quę
etiã adducitur ab authore decretorũ cap.quotidie.de conſecratio
ne,diſtinctione ſecunda. Quotidie euchariſtiæ cõmunionẽ acci-
pere,nec laudo nec uitupero:omnibus tamẽ diebus dominicis cõ-
municandũ hortor. Et Paulo poſt:eodẽ in loco. Si dixerit quiſpi-
am,nõ quotidie accipiẽdam euchariſtiã,alius autẽ affirmat quoti-
die:faciat unuſquiſq; quod ſecundũ fidem ſuam pie credit eſſe fa-
ciendũ. Vbi ex ipſis uerbis deprehendit Auguſtinus:haud dubie
pro tẽpore huius ſecundæ ordinationis eſſe locutus. In huius aũt
hebdomadariæ cõmunionis cõmẽorationem & locũ:ſucceſſit di-
ſtributio

ſtributio alicuius particulę panis benedicti à ſacerdote, quæ fit ſin
gulis diebus dñicis in aliquib⁹ eccleſiis potiſſimũ Gallicanis, ĳs qui
ſacro interfuerint miſſæ celebrãdę myſterio. Eſt em̃ hęc diſparti
tio panis benedicti in populũ: rep̄ſentatio q̃dam ſuſceptiõis eucha
riſtiæ, ſingulo quoq; die dñico quondã fieri ſolitæ. Et multis in re
gionibus tãta reuerentia fideles hũc obſeruant ſumẽdi huiuſce pa
nis benedicti morẽ: ꝙ ante omnẽ cibũ corporalẽ, ſtudioſe illũ mã-
ducandũ à ſe curant. Quinimmo & in ſolennioribus anni feſtis
& ſacratiſſimæ uirginis Mariæ, alio die q̃ dominico occurrẽtibus:
apud nonnullos fit etiam huiuſmodi panis benedicti diſtributio.
¶ Poſtea uero adhuc amplius refrigeſcẽte in hominib⁹ ardore de III.
uotionis & ſpiritus, fuit tertio conſtitutũ loco: quod fideles laici ſal
tẽ ter ſingulo quoq; anno acciperẽt ſacram euchariſtiæ cõmunio-
nem, utpote in die feſto paſchæ, penteco ſtes, & natiuitatis dñicæ.
quemadmodũ de cõſecratione, diſtinctiõe ſecunda cap. & ſi. dicit
Fabianus papa: his uerbis. Et ſi non frequẽtius: ſaltem in anno ter Fabianus
homines cõmunicẽt, niſi forte maioribus quis criminibus impedia
tur: in paſcha uidelicet, & pẽtecoſte, & natali dñi. Eadem quoque
ſentẽtia deinde in eadem diſtinctione exprimit: capi. ſeculares. &
cap. omnis homo. ¶ Poſtremũ cũ tepeditas animoꝝ & torpor de-
uotionis increſceret in populo dei uehementius: quarto fuit ordi-
natũ & poſtremo quidem tempore, ꝙ ſaltem ſemel in anno ſcili-
cet in feſto paſchali, laici ſuſciperẽt corporis dñici participationẽ.
Quæ quidẽ ordinatio, per Innocẽtium tertiũ, ſummũ põtificẽ eſt Innocẽtius tertius
promulgata in epiſtolis decretalibus: titulo de pœnitẽtĳs & remiſſi
onibus, cap. omnis utriuſq;. hoc uerborũ teno re. Omnis utriuſq; ſe
xus fidelis, poſtquã ad annos diſcretionis p̄uenerit: omnia ſua ſolus
peccata ſaltem ſemel in anno, fideliter cõfiteatur proprio ſacerdo-
ti: & iniunctam ſibi pœnitẽtiam proprĳs uiribus ſtudeat adimple-
re, recipiẽs reuerẽter ad min⁹ in paſcha, euchariſtiæ ſacramẽtũ,
& cætera: in eandẽ ſubſequẽtia ſentẽtiã. At uero nos ipſi hac tẽpe
ſtate, uerſamur in hui⁹ quartæ ac poſtremę conſtitutiõis decurſu:
tranſactis iã pridẽ triũ aliaꝝ ordinationũ t̄pibus. Quare non recte
cõſulere uidentur animarum ſaluti: qui ex hac quartæ ſanctionis
cõditione proſilire uolunt atq; alios p̄cepto obligatorio traducere
in ſecundæ ordinationis modum & formã, his noſtris temporibus

x importu-

importunã & intẽpeſtiuã. ꝙ ex unica quotannis ex pręcepto faciẽ
da ſuſceptione euchariſtiæ: tranſeũt & ſimul alios trãſferũt uincu
lo ꝑceptorio, ad frequentẽ admodũ & crebriorẽ æquo (quantũ ad
totã laicorũ multitudinẽ) cõmunionẽ eiuſdẽ ſacramẽti ſuſcipiẽdã:
quaſi de uno extremo in alterũ, ſine medio aliquo progredientes.
IIII. ¶ Porrò ſufficere id laicis debet, pro hoc tpe in quo ſubſiſtimus: ſi
ultra receptionẽ euchariſtiæ quotannis in feſto paſchæ faciendã
ex ꝑcepto eccleſiaſtico, in ſolennioribus alijs anni feſtis: ut aſcenſio
nis dñicę, pentecoſtes, omniũ ſanctorũ, natalis dñi, & celebritatib⁹
ſacroſanctæ uirginis Mariæ: ex deuotiõe libera & arbitraria ſuſci
piant idem ſacramentum. Nempe quẽadmodum quiſq; ſe debet
accommodare conſuetudini loci in quo uitam agit: ita & tempo
ri, conditioniq; temporis quo degit, ſe debet conformare. modo et
hæc & illa: ſit honeſtati conſona, diuinæq; legi nequaquã contra
Auguſtinus. ria. Scribit enim beatus Auguſtinus ad Ianuarium, idipſum quod
habetur duodecima diſtinctione, cap. illa autem. hoc pacto. Quod
neq; contra fidem catholicam neq; contra bonos mores eſſe con
uincitur: indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos ui
uitur ſocietate, ſeruandum eſt. Mater mea (inquit) Mediolanum
Monica me ſecuta: inuenit eccleſiam ſabbato non ieiunantẽ, cœperat flu
ctuare quid ageret. Tunc ergo conſului de hac re, beatiſſimæ me
Ambroſius moriæ Ambroſium epiſcopum. At ille ait. Cum Romam uenio:
ſabbatũ ieiuno. cum Mediolani ſum: nõ ieiuno. Sic & tu ad quã
cunq; eccleſiam ueneris: eius morem ſerua, ſi cuiq̃ non uis eſſe ſcã
dalum: nec quenq̃ tibi. Hoc cum matri renunciaſſem: libenter am
plexa eſt. hæc Auguſtin⁹. Atq cõſuetudo huius tpis diuti⁹ obſer
uata, id habet: ꝙ laici ex ꝑcepto eccleſię ſemel in anno ſcilicet in fe
ſto paſchæ, accipiãt ſanctũ euchariſtię ſacramẽtũ. Ex deuotiõe ue
ro & libero ſyncærioris animi affectu, ſine ꝑcepti cõſtrictiõe: in ſo
lẽnioribus alijs anni feſtis. cũ placitũ ipſis fuerit, ſumant etiam ſacrã
communionẽ. Ergo huic præſentis temporis conditioni & cõſue
dini ſe debent laici conformare atq; coaptare: & nequaq̃ attẽtare
ex ꝑcepti obligatione tanti myſterij ſuſceptionẽ, ſingulis dieb⁹ do
minicis iterandam. ¶ Sane monaſteria regularẽ diſciplinã exacte
obſeruantia: nequaquã ſuos adigunt religioſos ſacerdotalem gra
dum necdum adeptos, ad illam arctitudinem præcepti: ut ſingulis
diebus

diebus dñicis ſanctam accipiāt cõmunionẽ. ſed plærūq3: ut ſemel in
tra menſem, aut ad ſummū ut intra quindecim dies, illam frequen-
tẽt. Et tamẽ illi degunt in quietiore trāquillitate uitæ, à mūdi ſtre
pitu & tumultu amplius ſemoti: neq3 tantā habentes malorū p̄pe-
trandorū occaſionẽ ac materiā, quantā habẽt alij uiuentes in ſecu
lo, & ſæuis illic tẽpeſtatibus iactati. Laici uero potiſſimū uxorio al
ligati uinculo, in maxima rerum fluctuatione obuerſantur: nunc
opum cupiditate tentati, nunc libidine carnis impetiti, nunc iracū-
diæ ſtimulis exagitati, nūc uero, honorū appetitione infeſtati. At
quomodo in tanta periculorum undiq3 irruentiū turba & multitu
dine, ita ſibi conſtans & quietus erit laicorū animus: ut octauo quo
q3 die cõponat ſe ex p̄cepto eccleſiaſtico, digne & honeſte, ad ſub-
lime euchariſtiæ myſteriū ſumendū? Cõponat inquam, eo obliga
tionis uinculo aſtrictus ad illā hebdomadariā ſuſceptionẽ euchari-
ſtiæ, ut ſi eam uel ſemel p̄termiſerit: protinus reatū letalis criminis
incurrat, efficiaturq3 ſanctiōis eccleſiaſticæ p̄uaricator. Nō igitur
expedire uidetur, toti laicoꝝ multitudini hāc indicere legẽ: q ſin
gulis diebus dñicis ſanctā ſuſcipiāt euchariſtiā obligatiōe p̄cepto-
ria, hac potiſſimū tempeſtate: in qua quoniam abūdauit iniquitas, Mat. 24
refrigeſcit charitas multoꝝ. Haud tamẽ improbare uelim p̄ticu
larẽ aliquoꝝ etiā laicoꝝ deuotionẽ: qua libere & citra p̄ceptū, ſin
gulo quoq3 die dñico ſacram cõmunionẽ ſuſcipere ſingulari uene
ratione queāt, ſecūdū internam unctionẽ quā à deo acceperint.
Ex illa uero ſpeciali quorumdam obſeruatione: generalẽ omnibus
legem imponendam, non ſuadere. ¶ Deniq3 nec id uſquequaq3 p̄ V.
bandum quod ſubindicat in calce huius tertij dicti Lutherus: ec-
cleſiam ſcilicet noſtri tẽporis ſe accommodare debere ad imitatio
nẽ primitiuæ eccleſiæ, ordinatiōiſq3 apoſtolicæ. Nā tametſi primæ
ua illa eccleſia ob recẽs peractā myſterioꝝ noſtræ redemptionis
cõſummationẽ, exuberantioremq3 ſpiritus ſancti in apoſtolos et
credẽtes effuſionẽ: mirū habuerit decorẽ, eximiam itidẽ in uiris
apoſtolicis ſanctitatẽ, ardentiſſimumq3 in ſanctis martyribus fidei
feruorem. nō tamẽ expedit p̄ſenti tẽpori, omnino ſe cõferre ad i-
mitationẽ illius eccleſiæ primordialis: neq3 ijſdem omnino regulis
quibus utebat̄ inniti. q nūc hic dies alios mores poſtulat: atq3 alias
uiuẽdi leges adiectitias. Quippe in ipſo naſcẽtis eccleſiæ exordio:

uiroꝝ eccleſiaſticoꝝ & ſpiritualiũ paupertas, abdicatio propriorũ
bonoꝝ & cõmunitas uitæ erat in uſu & precio . quoniã id temp⁹:
hoc efflagitabat uirtutis ſtudiũ. Nunc uero mutato ob rationabi-
les cauſas & congruas, in alium uiuendi ritũ eccleſiaſtico ſtatu, do
tatisq; amplo reꝝ prouentu eccleſiis, q̃uis maxime operæprecium
eſſet ambitionem eliminari à tota eccleſia, & radicẽ maloꝝ auari-
tiam, pariter & luxum, tria teterrima monſtra, poſt opulentiã per
nicioſe ſuborta: ꝙ hæc potiſſimũ eccleſiæ nitidũ ſplendorẽ offu-
ſcent. attamen forſitan ut ſe iam res habet, non expediret ad illam
priſci & primi temporis paupertatẽ apoſtolicã reflectere habenas,
& ijſdẽ omnino legib⁹ uti, quibus illa tunc ætas utebať. ꝙ tranſacta
ſit iã olim ea tẽporis conditio: & diuerſæ qualitatis alia ſucceſſerit,
niſi priſtinus ille feruor animoꝝ in fidelibus inſtaurareť: qui ſan-
guine Chriſti recens effuſo in eis uigebat, & iam olim deferbuit.
Enimuero in natura cõpertum habemus: alia ciborũ genera, ſtu-
dia & exercitia, diuerſis cõpetere ætatibus. Vt quæ pueritiæ accõ-
moda ſunt: uirili non conueniant grauitati. & quæ, adoleſcẽtiæ cõ
gruũt: haud quaq̃ decrepitæ condecere infirmitati. In ipſius itidẽ
ſynagogæ decurſu deprehenduntur ab uno ſtatu in aliũ factæ plæ
runq; mutationes, modorũq; uiuendi uariationes. Primo nãq; ſub
ſanctis patriarchis: illa adhuc tenella fouebať. Deinde ſub Moyſe
legiſlatore atq; Ioſue forti propugnatore: maius accepit robur et in
crementũ. Poſtea ſub illuſtribus educata eſt iudicib⁹: & aliquantã
egit ætatẽ. Deinceps ſub generoſis regibus, & poſtremũ à relaxa-
tione captiuitatis Babylonicæ ſub inclytis ducib⁹ & ſummis ſacer
dotib⁹: ſuũ peregit curſum. diuerſoq; tpe uarias habuit uiuendi ra
tiones: quantũ ad ea q̃ ultra p̃cepta decalogi erant adiectitia. Quid
mirũ igitur aut abſurdũ: ſi eccleſia ſancta primum ſub apoſtolis co-
aleſcens, deinde inuictorũ martyrũ uigore roborata: dehinc ſancto
rum ſplendore confeſſorum & ſanctimonia illuſtrata, nũc uero in
ſigniũ præſulũ, & authoritate haud inferiore q̃ priſci patres, pollen
tiũ, moderatione gubernata: alias & alias habeat pro tẽporum di-
uerſitate uiuendi atq; agendi leges, ultra euangelica p̃cepta conſti
tutas: Non igiť reducenda eſt hodierni tẽporis eccleſia, ad omni-
modã eccleſiæ primitiuæ imitationẽ: & faciundũ eſſe, importunis
uocibus obſtrepere ſolent hæretici, ſed ſuis legibus, præſentiſq; tẽ-

poris

poris cõditioni accõmodis:uiuere ſinẽda. Verũ id unũ hic Luthe
ro obiectãdũ eſt:ꝙ cũ cõtendat,nunc mores & ſtatũ eccl'iæ primi-
tiuæ ſeruari ab omnib⁹ debere:ipſe tñ cũ ſuis aſſeclis,eundẽ mini-
me obſeruat aut ſequit. Tunc etenim quotidiana fiebat ſacræ eu-
chariſtię cõmunio,uẽdebant poſſeſſiones,& preciũ ad pedes apo-
ſtoloꝝ ponebat:frequentibus emacerabant ieiunijs, & in una ui-
uebant cõmunitate,apoſtolicę uitæ ſectatores. Deniq; ad uincula,
carceres,flagella,& demũ mortẽ pro Chriſto perferendã:erãt prõ
ptiſſimi. quẽadmodũ liber actuũ apoſtolicoꝝ plane teſtat. Hæc
tamen:nequaq̃ opere adimplet Luther⁹ cũ ſuis. Improbus igitur
eſt doctor:qui id faciundum docet,quod ipſe non facit.

¶ Sacramentũ altaris,in miſſa ſecundũ ritũ eccleſiæ
oblatũ:uere eſſe & dici debere ſacrificiũ nouæ
legis cõtra Lutheri ſententiã. Cap. X.

QVoniã aũt non modo celebrationẽ miſſæ priua-
tæ ſuſtollit Luther⁹: ſed ad maioris impietatis ſtu-
diũ progrediẽs,inficiat miſſam quãlibet(ſiue priua
ta ſit ſiue publica) eẽ ſacrificiũ, in poſteriore tertij
dicti ſui ante citati particula: certe refellenda eſt in
præſentia & hæc improba abſurditas,ſcripturæq; ſacræ & ſancto
rũ patrũ teſtimonijs,necnon rationibus inde petitis demonſtran-
dum:ſacroſanctã euchariſtiã quæ in miſſæ myſterio quotidie con
ſecrat,ueꝝ eẽ ſacrificiũ,eoq; nomine ipſam appellari debere. ¶ Et I.
primo quidẽ. Nã ab ipſo mũdi exordio in lege naturæ,dei ueri cul
tores ſua habuerunt ſacrificia:quibus deũ honorarunt. eáq; tẽpe- Gene.3.
ſtate uiuentes ſancti patres Abel,Noe,Abraã,Iſaac,& Iacob: ob Gene.8.
tuliſſe legunt hoſtias deo,quẽadmodũ diuinit⁹ erant edocti. In no Gene.22.
ua igit lege,ſplendore rutilo lucis euangelicæ clarius emicante aſ- Gene.26.
ſignandũ eſt & ſuũ ſacrificiũ.cũ non poſſit eẽ lex perfecta, omni- Gene.35.
noq; cõpleta:quæ nullã habeat ad diuini cultus obſequiũ determi
natã oblationẽ. Alioqui perfectius quiddã in lege illa primæua &
adhuc rudi cõperies:q̃ in euãgelica, qđ ẽ abſonũ. Sed quã in noua
lege dederis hoſtiã, per totũ illius decurſum offerendã: niſi ſacro-
ſanctam euchariſtiã,in miſſę celebratione conſecrari ſolitã? Eſt i-
git hæc ipſa:uere ſacrificiũ. ¶ Secunda, ad idẽ oſtendendũ propo II.
ſitũ:ratio. Lex Moſaica,multiformia habuit ſacrificiorum genera:

illi peculiaria, quæ tandiu firmũ habuerunt ſuæ obſeruationis ro-
bur: q̃diu lex illa in ſuo permanſit uigore. Illi igitur ſuccedens lex
euangelica: haudquaq̃ credi debet eſſe exors ſacrificij, ab illius ini-
tio frequẽtati: & ſemper frequẽtãdi, dũ legis ipſius uis & authora-
mẽtũ permãſerit. Alias dignior eſſet & auguſtior lex illa umbra
tica & figuralis, quantũ ad ſacrificij proprij rationẽ: q̃ euangelica, ſi
nullũ hæc haberet ſacrificiũ: quod ſibi æqua duratiõis mẽſura co-
ẽxtenderet & coaptaret, ſecundũ oblationis uſum. At nulla aſſi-
gnari queat oblatio in lege euangelica, illi propria & peculiaris: q̃
euchariſtia ſancta, quæ in miſſæ officio conſecrat. Ea nẽpe ut uni
ca noui teſtamenti, ſingularisq́ hoſtia: totã illã ueterũ hoſtiarũ mul
tiformitatẽ ſua ambit uirtute, circũplectit, & admiranda dignitate
tranſcendit. Eſt igit ipſa ſacroſancta euchariſtia, in excellentiſſimo
III. miſſę myſterio cõſecrata, ſacrificiũ: & ita uere denominat. ¶Ter
tia rõ. Sicut cuiq; legi ſuũ eſt ſacerdotiũ: ita & cuiq; ſacerdotio ſuũ
ſacrificiũ. ut hæc tria: lex, ſacerdotiũ, ſacrificiũ: mutuã ad inuicẽ in
quaq; lege habitudinẽ ſortiant atq; proportionẽ, æquaq; duratiõe
extendantur: nec unũ eorũ, ſine cæteris inueniri queat. In noua au
Pſalmo 109. tem lege habet ſacerdotiũ ſpeciale, utpote Chriſti: qui eſt conſti-
tutus à deo patre ſacerdos in æternũ. Eſt igit & aliquod ſacrificiũ
illi ſacerdotio reſpondens: cuius oblationis ritus & uſus tandiu per
duret, q̃diu lex ipſa noua & ſacerdotiũ eius protẽditur. Huiuſmo-
di autem ſacrificium ſacerdotio euangelico peculiare, non eſt ſola
immolatio Chriſti in cruce pro noſtra ſalute: quando ſemetipſum
Ephe. 5. tradidit pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorẽ ſuauitatis.
Nam illa, ſemel tantum eſt facta: neq; iterabitur unq̃. quandoqui
Romanos 6. dem Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ul-
tra non dominabitur. Fuit & illa oblatio, facta omnino in nouæ le
gis exordio: & necdum inchoata ad omnes legis euangelicæ annũ
ciatione. Sacrificium autem, legi alicui & ſacerdotio reſpondens:
per totum temporis illius legis decurſum debet frequentari, atq; in
uſu haberi. Reliquum eſt igitur, ut ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacra-
mentũ in miſſa oblatũ: ſit unicũ illud & uerũ ſacrificiũ, Chriſti ſa-
cerdotio adaptatum, & nouæ legi accõmodatum. Alioqui imper
fectiſſima eſſet lex noſtra, & maxime ignobile Chriſti ſacerdotiũ:
ut quod præter cæterarũ legum morem nullum haberet ſibi pro-
prium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

priū ac ſingulare ſacrificiū.cū tamen nec ethnicoꝝ nec barbaroꝝ
unq̄ repertæ ſint leges aliquæ:quæ non habuerint ſua ſacrificia à
ſuis ſacerdotibus offerri ſolita. Quod ſi id in ſuperſtitione gentiliū
tantopere eſt obſeruatū: q̄m ad diuini cultus rationē admodū per
tinere cenſebatur, non fuiſſe inquam legē ullā ſine ſacerdotio,nec
ſacerdotiū ſine ſacrificio, et uſu fere quotidiano ſacrificij: quid exi
ſtimādum eſt obſeruari debere in uera religione Chriſtiana? Nō
ne & hic,nouæ legis ſacerdotio aſſignandū eſt & ſuū ſacrificium:
cuius habeat̃ freque̅s uſus atq; q̃tidianus, quoad duret & ipſa lex IIII.
& eius ſacerdotium? ¶ Quarta. In pſalmo Chrūs perhibetur eſſe Pſalm.109.
ſacerdos in æternū: ſecūdū ordinē Melchiſedech.qui cū eſſet ſa- Gene.14.
cerdos dei altiſſimi: obtulit deo in gratiarū actionem pro uictoria
Abrahæ conceſſa,panē & uinū in ſacrificiū. Fuitq; illa oblatio
Melchiſedech: figura oblationis à Chriſto ſummo ſacerdote inſti
tuendæ,ſicut & ſacerdotiū Melchiſedech:typus fuit & figura ſa
cerdotij Chriſti. At uero Chrūs in cruce ſeipſum ſub panis & ui
ni nō obtulit ſpecie: ſed ſacratiſſimū corpus ſuū ſub corporali ac
uiſibili omniumq; oculis conſpicua forma, clauis confixum, ſpina-
rum aculeis ſauciū,& ſanguinolentis plagis uulneratum. Sangui-
nem etiā ſuū tunc effudit in preciū noſtræ redemptionis,ſub uera
ac nuda ſanguinis forma: nō adoperta aliquo uelamine. Quare in
ipſa cruce & acerbiſſimæ ſuæ paſſionis hora, oblatione̅ deo patri
non fecit ſecundum ordine̅ & ritum Melchiſedech,ſed paulo ante
inſtituerat eam in nouiſſima cœna:ab apoſtolis & eoꝝ poſteris fre
quentandā uſq; ad conſummatione̅ ſeculi. quando ſanctiſſimū ſu
um corpus uelamento panis obtectū & ſanguinem precioſum ſpe
cie uini obuelatū:diſcipulis ſuis tradidit.utq; deinceps id peragere̅t
in ſui memoriā myſteriū: illis mandauit. Eſt itaq; in ipſa miſſæ ce
lebratione,immolatio corporis & ſanguinis dn̄ici ſub forma panis
& uini:ueꝝ ſacrificiū & propriū ſacerdotij ipſius Chriſti ſecundū
ordine̅ Melchiſedech.quo ipſe per miniſtros eccl̄iæ q̃tidie offert̃
deo patri:in expiatione̅ pc̄tōꝝ noſtroꝝ. Quod ſi quis pertinaci⁹ ab
negauerit: ut etiā Chriſtū eſſe ſacerdote̅ ſecundū ordine̅ Melchi
ſedech,inficiet̃,neceſſe eſt.cum illius ſacerdotij ſecundū ritū Mel-
chiſedech,nullū poſſet aſſignare ſacrificiū q̄d frequentet̃ in eccl̄ia
catholica. Illud aute̅ negare: quid aliud eſt,q̄ deū facere mendace̅?

¶ Quinta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

V. ¶Quinta ratio. In lege Moſaica p̃ter agnũ paſchalẽ qui quotã-
Exo.12. nis in feſto paſchæ immolabatur: erat inter cætera oblationũ ge-
nera & iuge ſacrificiũ, quo quotidie immolabatur agnus unus ma
ne & alter ueſperi: ſecundũ diuinã cõſtitutionẽ, ita in libro Nume
Numeri.28 ri explicatã. Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis. Agnos an-
niculos immaculatos duos, quotidie in holocauſtum ſempiternũ:
unum offeretis mane, & alterũ ad ueſperũ. Holocauſtũ iuge eſt,
quod obtuliſtis in mõte Sinai: in odorẽ ſuauiſſimũ incenſi domini.
Exo.29 Hæc ibi. In libro etiam Exodi, cap. uiceſimo nono: eiuſdẽ iugis ſa
crificij fit mẽtio. Agnus autem ille, in phaſe Iudæorũ ſemel tãtũ
ſingulis annis oblatus: Chriſti oblationẽ in cruce factã ſemel in ſo-
lẽnitate paſchali, repræſentabat. per quã libertati ſumus à princi-
pis tenebrarũ imperio: ut populus Iſraëliticus p agni typici immo
lationẽ ereptus fuerat à dura ſeruitute Pharaonis. Iuge uero illud
antiquæ legis ſacrificiũ, quotidie offerri ſolitũ: quid obſecro figu-
rabat? an putandũ eſt, inanem fuiſſe illam obſeruationem: & nulli
us omnino ueritatis ſignificatiuam? Nullus plane id ſentiret: cum
neceſſe ſit figurã omnẽ alicui reſpondere rei figuratæ. Neq; quo
tidiana illa duorũ agnorũ immolatio, oblationem Chriſti ſemel in
cruce faciendã referebat: quoniã hęc, ſemel tantũ erat exhibẽda,
& non quotidiano uſu. Quinimmo ſi omnia legis euãgelicæ my-
ſteria, inuolucris antiquarũ figurarũ deſignata, p currere uolueri-
mus: nihil plane aſſignare poterimus aliud cõgruentius, quod per il
lum iugis ſacrificij ritũ ſignificari dicatur: quàm quotidianam im-
molationẽ panis uiuifici & calicis benedictionis in miſſæ celebra-
tione. Vt igitur aptum habeat reſponſum ueritas ad figuram, &
exemplar ad imaginem: huiuſmodi, ſanctæ euchariſtiæ in officio
miſſæ conſecratio & oblatio, reuera eſt ſacrificium, & ueriore qui
VI dẽ ratione: quã cuiuſuis hoſtiæ antiquæ legis immolatio. ¶Sexta.
Dominus deus per Malachiam prophetã, nouæ legis tempus &
gratiã adaperiẽs: ſe reprobaturũ perhibet ueteris legis hoſtias, gra
tiamq; habiturum oblationem unam mundã, quę in omni natio-
Mala.1. ne illi offeratur: cum ait. Nõ eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dñs
exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra. Ab ortu e-
nim ſolis uſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus:
& in omni loco ſacrificatur & offertur mihi oblatio munda. Vbi
ſecundũ

ſecundũ expoſitores, dicti loci prophetici, per oblationẽ mũdã in
omni loco offerendã: intelligit ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacramen-
tũ, omni mũditia atq; puritate pleniſſimũ. q̃d in omni terrarũ pla
ga immolandũ in ipſo miſſæ officio: prophetæ oraculo præncũia
tur. Eſt igitur huiuſmodi ſacramentũ, ſecundũ eccleſiæ ritum cõ-
ſecratũ: haud dubie ſacrificium. ¶ Septima ratio. Qui inficiantur VII.
ſanctam euchariſtiam rite in miſſa cõſecratã eſſe ſacrificiũ: dicãt
uelim, quod ponunt eſſe ſacrificiũ nouæ legis propriũ & peculia-
re. Nõ enim recte dixerint: nullum tale in lege euangelica eſſe ſa
crificiũ. quoniã eo dicto, & legem Chriſti ſuſtollerent & eius ſacer
dotiũ: quorũ neutrũ (ut ante dictũ eſt) ſine ſacrificio ſubſiſtere po
teſt. Neq; itidem uere dixerint, caſtigationẽ corporis aut oratio-
nẽ uel eleemoſynã, aut bonam quãcunq; operationẽ: eſſe ſpeciale
nouę legis ſacrificiũ. Quoniã ad ea bona opera facienda, non mi-
nus obſtringebant ante Chriſti in carnẽ aduentũ obſeruatores
ueteris legis: q̃ nunc obligẽtur nouæ legis cultores. Quare quodq;
eorũ non potius dici debet euangelicæ legis ſacrificiũ: q̃ Moſaicę.
Inſuper & laici & mulieres obligantur æqua cõſtrictione ad mor-
tificationẽ carnis, orationẽ, paupe℞ ſubleuationẽ, & reliq̃ iuſtitię
opa: atq; ſacerdotes & uiri eccleſiaſtici. Nihil igit eo℞, tale eſt ſacri
ficiũ: quod debeat p ſolos ſacerdotes euãgelicæ cõſtitutiõis pecu-
liariter offerri, diſtinctũ à Moſaici ritus hoſtijs, quale tamẽ ſacrifi
cium: in pſentia quærit. Et cũ p ſingula quis diſcurrerit bonorum
operum & hoſtiarũ genera, nullum tandem inueniet nouæ legis
ſingulare & unicũ ſacrificiũ: quã oblationẽ panis ſancti & calicis ſa
lutaris, in miſſa fieri ſolitam. Eſt igitur ſancta illa immolatio, uerũ
ſacrificiũ: & huiuſmodi nomine honoranda. ut lex euangelica ſi-
cut ab antiqui ritus lege eſt diuerſa: ita quoq; diuerſum ab eius ui-
ctimis habeat ſacrificium.

¶ Eccleſiæ ſanctæ authoritate, & ſcripto℞ eccleſiaſtico℞
teſtimonio cõprobari: miſſam eſſe ſacrificiũ. Cap. XI.

At ne ſolis agatur rationibus res propoſita. ſed & ſo
lida atq; irrefragabili authoritate: nũc reliquum eſt
eã fulcire & totius eccleſiæ & ſancto℞ patrũ ſentẽ-
tijs, quas nec aduerſarij queãt refellere. ¶ Seruata VIII.
itaq; ordinis ad ſupra poſitas ratiões denomiatiõe,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pro maiore memoriæ cõmoditate:ſit hæc octaua ratio. Vniuerſa-
lis eccleſiæ authoritas, hãc quã aſtruimus etiã approbat ſententiã:
panẽ ſcilicet uitalem et calicem ſalutiferũ in miſſæ celebratiõe, eẽ
ſacrificiũ. quæ in orationibus ſecretis officij miſſæ, p̄fationẽ ſacrã
ꝓxime antecedẽtibus:panẽ et uinũ altari ſuppoſita, appellat nũc
hoſtiã, nunc uictimã, nunc ſacrificiũ, nunc uero oblationẽ, nume-
ro ſingularitatis:ob myſterij peragẽdi integritatẽ et unitatẽ. Inter-
dum aũt multitudinis numero, hoſtias, oblationes et ſacrificia, ma-
teriã illã faciundæ cõſecratiõis nũcupat:ob geminas ſacroꝝ ſigno
rũ ꝑtes, panẽ et uinũ. In utraq; aũt appellatiõe, tũ attendit eccleſia
non nudam conſecrationis poſtea peragendæ materiã: ſed et cor
poris et ſanguinis dñici oblationẽ, ſub illis ſignis facta conſecratiõe
futurã. In orationibus quoq; officij eccleſiaſtici miſſam cõcernen
tis, poſt cõmunionem dicendis, ſacrum corpus dñicum & ſangui-
nẽ iam oblata deo & ſumpta à ſacerdote: appellat eadem eccleſia
catholica ijſdem nominibus, aut unitatis numero expreſſis: ut ho-
ſtiam, uictimã, ſacrificiũ, oblationẽ, propter identitatem & ſingula
ritatẽ eius qui oblatus eſt:dñi ſcilicet noſtri Ieſu Chriſti dei & ho-
minis, aut pluralitatis numero deſignatis nominibus p̄dictis, idẽ ſa-
cramentũ uocat:ut hoſtias, uictimas, oblatiões, et ſacrificia, ꝓpter
duas pręcipuas integri ſacrificij partes, utputa ſacratiſſimũ dñi no
ſtri corpus et præcioſum eius ſanguinem:quorũ utrunq;, in augu-
ſtiſſimo miſſæ officio uere offertur. Quemadmodũ idem euchari
ſtiæ ſanctæ myſteriũ, nunc ſacramentũ dicitur in eccleſiaſticis o-
rationibus et canticis: ob ipſius ſacræ ſynaxeos et cõmunionis unita
tẽ atq; integritatẽ, nũc uero ſacramẽta dicuntur: ob ſacrorũ ſigno
rum, quibus id obuelatur arcanũ & expletur, diuerſitatẽ. Quis igi
tur addubitet, ex ante dictis denominationibus eccleſiã ſanctã a-
perte innuere:corpus & ſanguinẽ dñicum in miſſa oblatum, eſſe
IX. ſacrificium? ¶ Nona ratio. In ipſo quoq; canone ſacro miſſæ, eccle
ſia ſancta antiquiſſimo uſu iam diutiſſime obſeruato:uenerãda illa
ſigna excellentiſſimi myſterij, altari impoſita, ante cõſecrationem
uocat ſancta ſacrificia illibata, ſacrificiũ laudis, oblationẽ quã ſe of
ferre cõteſtatur:ſub habitudine quadam & relatione ad ea augu-
ſtiſſima ſignata, corpus dñi & ſanguinẽ, quæ peracta conſecratio-
ne, ſub illis ſignis ueriſſime continẽtur. Poſt conſummatam uero

cõſecratio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cõſecrationẽ ſanctiſſimi ſacramẽti:ipa eccleſia in ꝓdicti ſacri cano-
nis contextu ꝓhibet ſe offerre diuinæ maieſtati(ad ſacratiſſimum
corpus & ſanguinẽ dñicũ,uenerabilibus illis ſignis ineffabiliter ob
tecta,referẽs ſuã mẽtẽ:eaq́ꝫ ſignaculo crucis obſignans) hoſtiã pu
ram,hoſtiã ſanctã,hoſtiã immaculatã: panẽ ſanctũ uitæ æternæ,
& calicẽ ſalutis perpetuæ. In quibus ſane uerbis,ſignificatur aper
tiſſime ipſius panis ſupercæleſtis & calicis ſancti oblatio,ſummę di
uinitati facta:& proinde glorioſum Chriſti corpus & ſanguis,tum
ſub uelamine ſacrorũ ſignoꝝ mirabiliter in altari ſubſiſtẽs:eſſe ue
rum ſacrificium, deo tunc per miniſteriũ ſacerdotis oblatũ. Quam
quidem ſentẽtiã, quicũqꝫ ſacri canonis miſſæ uerba diligentius at
tendunt:indubitatam tenẽt,neqꝫ hæſitant eandẽ eſſe,ſemperq́ꝫ fu
iſſe eccleſiæ catholicæ ſolidã determinationẽ. Quã nunc trahere
in dubiũ,adducereq́ꝫ in diſceptationem aut impugnare debet ne-
mo:qui cum tota eccleſia de altiſſimo hui⁹ ſacramẽti myſterio re-
cte ac ſyncære uoluerit ſentire,ſeq́ꝫ legitimum & nequaq̃ degene
rem eccleſiæ filium prodere. ¶ Decima. Eandẽ preterea ſentẽtiã X.
comprobant ſuis ſcriptis plurifariã ſancti patres:uirtute & doctri-
na præſtantiſſimi. Ex quoꝝ nũero nunc ante omnes prodeat bea
tus pater Auguſtinus:in decimo libro de ciuitate dei, cap. uiceſi- Auguſtinus.
mo dicens. Per hoc, & ſacerdos eſt ipſe offerens:ipſe & oblatio.
Cuius rei ſacramẽtũ:quotidianũ eſſe uoluit eccleſiæ ſacrificiũ,cũ
ipſius corporis ipſe caput:& ipſius capitis ipſa ſit corpus. tã ipſa ꝑ ipſm:
quã ipſe per ipſam ſuetus offerri. Hæc ibi. Sed quod obſecro eſt q̃
tidianũ eccleſiæ ſacrificium:niſi ſanctiſſimum corporis & ſangui-
nis dominici ſacrãmẽtum:quotidie ab eccleſia in miſſa offerri ſo
litum? Quomodo etiam ipſe Chriſtus per eccleſiam cõſuetus eſt of
ferri:niſi in ſacratiſſimo miſſæ myſterio,ubi glorioſum eius corp⁹
& ſanguis ſub panis & uini ſpeciebus offeruntur? Rurſus idem in
uiceſimoſecundo eiuſdẽ operis libro,cap. decimo ait. Nos autem Idem.
martyribus noſtris, nõ tẽpla ſicut dijs:ſed memorias ſicut homini
bus mortuis,quorũ apud deũ uiuunt ſpiritus,fabricamus. Nec ibi
erigim⁹ altaria,in qbus ſacrificemus martyribus:ſed uni deo & mar
tyrũ & noſtro,ſacrificium immolam⁹. Ad quod ſacrificiũ,ſicut ho
mines dei,qui mundum in eius confeſſione uicerunt: ſuo loco &
ordine nominantur,non tamen à ſacerdote qui ſacrificat,inuocã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur. Deo quippe, nō ipſis ſacrificat: q̄uis in memoria ſacrificet eoꝝ,
quia dei ſacerdos eſt: non illoꝝ. Ipſum uero ſacrificiū, corpus eſt
Chriſti: quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi. Hæc Au-
guſtinus. Quid aūt hoc teſtimonio apertius haberi poteſt aut cer
tius: quo dicit eximius ille ſplēdor eccl'iæ, corpus Chriſti eſſe ipm
ſacrificiū: quod ſcilicet ſacerdos eccleſiaſticus deo ſacrificat & of-
fert in celebratiſſimo miſſæ myſterio? Potius ne beato Auguſtino
illud religioſe & probe aſſerenti, habēda eſt fides: q̄ Luthero, idē
XI impie atq; improbe diffitēti? ¶ Vndecima ratio. Accedit & con-
Auguſtinus. ſonat ſupradictis, eiuſdē probatiſſimi authoris ſententia in Enchi
ridio: ubi ait. Neq; negandū eſt, defunctorū animas pietate ſuo
rum uiuentiū releuari: cum pro illis ſacrificiū mediatoris offertur,
uel eleemoſynæ quæ in eccleſia fiunt. Sed proſunt eis, qui cū ui-
uerent: hæc ſibi ut poſtea poſſint prodeſſe, meruerūt. Et paulo
poſt. Cum ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarūcunq; eleemoſyna
rum pro baptizatis defunctis offerunt: pro ualde bonis, gratiarū
actiones ſunt. pro nō ualde malis: propitiatiōes ſunt. pro ualde ma
lis, etiam ſi nulla ſunt adiumēta mortuorū: qualeſcunq; uiuorū cō
ſolationes ſunt. Hæc ille. Quod aūt eſt ſacrificiū mediatoris, aut
quæ altaris ſunt ſacrificia, ſecundū mentē Auguſtini in loco cita
to: niſi oblatio panis uiuifici & ſacri calicis dominici in ipſo miſſæ
myſterio? Illud igitur ſacramentū: ex eiuſdē ſententia uere eſt &
XII. dici debet ſacrificiū. ¶ Duodecima. Cum dominus per prophetā
in pſalmo, legis euāgelicæ grām ampliſſimā mūdo manifeſtandā
reſerans: ſe repudiaturū ueteris legis hoſtias perhibuiſſet, his uer-
Pſalm̄. 49. bis. Non accipiam de domo tua uitulos: neq; de gregibus tuis hir
cos, & alijs tum præcedētibus tū ſequētibus: ſubiungit id oblatiōis
genus, quod ſibi uult earū loco immolari, dicens. Immola deo ſa-
crificiū laudis: & redde altiſſimo uota tua. Et iterū eodē in loco. Sa
crificiū laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendā illi ſaluta
re dei. Per ſacrificiū aūt laudis, ibidē intelligūt graues & eruditi il-
Nicolaus Liranus. lius loci expoſitores, & in primis Nicolaus Liranus, diligētiſſimus
totius ſacræ ſcripturæ ad literā explanator, & nō aſpernandæ au-
thoritatis: oblationē precioſi corporis & ſanguinis dn̄ici in ipſo miſ
ſæ myſterio: in laudē, gloriā & honorē diuini nominis, factā. In
cuius rei fidem ac robur: in ſacro canone miſſæ, ſanctiſſima illa im
molatio

molatio ſacramẽti euchariſtiæ, ſacrificiũ laudis appellat: cum poſt
factã uiuentiũ cõmemorationẽ, ſubiungit ſacerdos. Pro quibus ti
bi offerimus, uel qui tibi offerunt, hoc ſacrificiũ laudis: pro ſe ſu-
isq; omnibus. Eſt igitur ex ſcripturæ diuinæ teſtimonio, accedẽte
ſacrorum eius interpretũ ſententia, & totius eccleſiæ authoramẽ-
to: ſancta illa hoſtia in miſſæ celebratione cõſecrata, uerũ ſacrifici
um, & ita debet appellari. ¶ Decimatertia ratio. Sanctus itẽ Cy XIII. Cyprianus.
prianus, cũ doctrina ſingulari tum martyrio inſignis: eandẽ com-
probat aſſertionẽ. potiſſimũ in epiſtola ad Cæcilium: quæ ſecũdi
ſuarũ epiſtolarũ libri eſt ordine tertia: ubi nõ ſemel ſed ſæpenume
ro: ipſum dominici corporis & ſanguinis ſacramentũ appellat ſa-
crificiũ. Ita em̃ circa ipſum prædictæ ep̃læ exordiũ ſcribit. Quo-
niã quidã uel ignoranter uel ſimpliciter in calice dominico ſancti-
ficando & plebi miniſtrando non hoc faciunt quod Ieſus Chriſtus
dominus & deus noſter, ſacrificij huius author & doctor, fecit &
docuit. religioſum pariter ac neceſſarium duxi ad te literas facere.
Vt ſi quis in iſto errore adhuc teneat: ueritatis luce perſpecta, ad
radicẽ atq; originẽ traditionis dominicæ reuertatur. Deinde pau
cis interiectis oſtendens in Melchiſedech, ſacrificij dominici præ-
figuratũ eſſe ſacramentũ: ait. Nam quis magis ſacerdos dei ſum-
mi: q̃ dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificiũ deo patri obtu
lit? Et obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt panẽ Gene. 14.
& uinũ: ſuũ ſcilicet corpus & ſanguinẽ. Rurſum paulo poſt idem
Sed & per Salomonẽ ſpiritus ſanctus typũ dñici ſacrificij præmõ
ſtrat immolatæ hoſtiæ & panis & uini: ſed & altaris & apoſtolorũ
faciens mentionẽ. Sapientia (inquit) ædificauit ſibi domũ: et ſubdi Prouer. 9.
dit columnas ſeptẽ. Mactauit hoſtias ſuas, miſcuit in cratere uinũ
ſuum: et parauit menſam ſuã. Et miſit ſeruos ſuos: conuocans cum
excelſa prædicatione ad craterẽ, dicens. Qui eſt inſipiens declinet
ad me, et indigẽtibus ſenſu dixit. Venite et edite de meis panibus:
et bibite uinũ quod miſcui uobis. Iterũ nõnullis interpoſitis: eodem
in loco ait. Vnde apparet ſanguinẽ Chriſti nõ offerri: ſi deſit uinũ
calici. nec ſacrificiũ dñicum legitima ſanctificatione celebrari: niſi
oblatio et ſacrificiũ noſtrũ reſponderit paſſioni. Quomodo autem Matth. 26.
de creatura uitis nouum uinum cum Chriſto in regno patris bibe
mus: ſi in ſacrificio dei patris et Chriſti. uinum nõ offerimus, nec

calicẽ domini dñica traditione miſcemus. Hæc Cyprianꝰ. Ecce in
ſingulis locis modo citatis, uocatur ab eximio illo authore ſacramẽ
tum corporis & ſanguinis domini, ſacrificium. nec non in cõplu-
ſculis aliis ſequentibus locis eiuſdẽ epiſtolæ: quę tota eſt ſucculen
ta, ſalutariſq; doctrinæ refertiſſima. ¶ Prolixum certe foret & ni-
mis operoſum: ſanctoꝝ patꝝ Hieronymi, Gregorii, Chryſoſtomi,
Bernardi & cæteroꝝ teſtimonia idẽ cõprobantia: hic in medium
afferre. quæ ſtudioſo lectori, ſacra eoꝝ opa ſedulo exercitio euol-
uenti: protinus obuia erũt, atq; ad manũ occurrẽt. Ab illis igit ci-
tandis ſuperſedentes: alia adhuc uia rem propoſitã fulciamus.

¶ Sanctionũ etiã põtificiaꝝ iuriſq; canonici teſtimonio oſtẽ
di: ꝙ ſacramẽtũ euchariſtiæ in miſſæ celebratiõe ob-
latũ, ſit ueꝝ & ſingulare ſacrificium. Cap. XII.

PRæterea ut ſolidius accipiat robur & firmiꝰ, idipm
de quo diſſerimus negocium: iuris etiam pontificii
authoritate, in præſentia corroborandum eſt, dige-
ſtis in ordinẽ illius teſtimoniis. ¶ Sit igitur hæc de
XIIII. cimaquarta ratio. In epiſtolis decretalibꝰ, titulo de
ſumma trinitate & fide catholica, cap. firmiter credimus, ita dicit
Innocentius tertius. Innocentius tertius in concilio generali. Vna uero eſt fideliũ uni-
uerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur: in qua idem
ipſe ſacerdos eſt ſacrificiũ, Ieſus Chriſtus. Cuius corpus & ſan-
guis in ſacramẽto altaris, ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter con
tinent: tranſſubſtantiatis pane in corpus & uino in ſanguinẽ pote
ſtate diuina. Vt ad perficiendũ unitatis ſacramentũ, accipiamus
ipſi de ſuo: quod accepit ipſe de noſtro. Hæc ibi. Sed quo nam pa
Pſal. 109. cto Chriſtus ipſe, ſummꝰ ſacerdos ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech,
nunc eſt ſacrificium: niſi quoniam ipſe deo offertur in ſacroſan-
cto miſſæ officio, panis & uini adopertus integumento. Nempe
non eſt ipſe nunc ſacrificiũ, quoniã ſeipſum in cruce obtulerit pro
nobis (quãuis in hora amariſſimæ ſuæ paſſionis fuerit ſecundũ eã
rationẽ & ſacerdos & ſacrificiũ: at ſemel tantũ oblatũ, & nunꝗ̃ eo
modo iteratũ) ſed quoniã ſacratiſſimũ eius corpus et ſanguis offe
runt ſub myſticis ſignis in ſancto altari. Eſt igitur huiuſmodi obla-
XV. tio: uere ſacrificiũ. ¶ Decimaquita: In libro etiã decretorũ, diſtin-
ctione nonageſimatertia, cap. peruenit, hæc cõcilii Niceni affert
ſententia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſententia atq; ſanctio. Peruenit ad ſanctũ conciliũ: ꝙ in locis qui- Niceni concilij decretum.
buſdã & ciuitatibus, presbyteris ſacramẽta diaconi porrigãt. Hoc
neq; regula neq; cõſuetudo tradidit, ut ij qui offerẽdi ſacrificij non
habent poteſtatẽ: ijs qui offerũt, corpus Chriſti porrigãt. Sed & il
lud innotuit: ꝙ quidã diacones etiã ante epiſcopos ſacramenta ſu-
munt. Hæc ergo omnia amputent & excidant, & in ſua diaconi
menſura permaneãt: ſciẽtes ꝙ quia epiſcoporꝝ miniſtri ſunt, inferi
ores presbyteris habent. Per ordinẽ ergo, poſt presbyteros ſacræ
grãm cõmunionis accipiãt: aut epiſcopo aut presbytero porrigẽte
eis. Sed ne ſedere in medio presbyterorꝝ, diacono liceat: quia ſi fiat
hoc p̄ter regulã probat exiſtere. Si quis aũt poſt has definitiões o-
bedire noluerit: à miniſterio ceſſare debebit. Hęc ibi. Et eadẽ fer-
me ſnīa, ſed alijs ꝟbis lõge cõtractiorib⁹: exprimit i decimi libri ec-
cleſiaſticæ hiſtoriæ cap. VI. ubi inter uiginti canones magni cõcilij
Niceni ibidẽ explicatos: hic reponit ordine decimuſquart⁹. Atqui
in p̄dicto Nicenę ſynodi decreto, hic iã citato: diaconi dicunt offe
rẽdi ſacrificij nõ habere poteſtatẽ, qm̃ ſacroſanctã euchariſtiam in
miſſæ officio cõſecrãdi nõ ſunt facultatẽ ſortiti: ꝙ ſacerdotali mu-
nere non fungant. Presbyteri uero, in eodẽ modo adducto canõe
dicunt offerre ſacrificiũ: qm̃ in ſacro miſſæ myſterio cõſecrãt ſan-
ctã euchariſtiã, deoq; offerũt. Authoritate igit celeberrimi illi⁹ cõ
cilij manifeſte liquet, digniſſimũ corporis & ſanguinis dñici ſacra-
mẽtũ in miſſa cõſecratũ ac oblatũ: eſſe uerũ ſacrificiũ. ¶ Decima- XVI.
ſexta. In eodẽ q̊q; decretorꝝ libro: de cõſecratiõe, diſt. ſecũda cap.
in Chriſto. Adducit ex Ambroſio in expoſitiõe eplæ̃ ad Hebrę-
os hæc ſentẽtia. Semel oblata eſt hoſtia: ad ſalutẽ ſempiternã po-
tẽs. quid ergo nos? nõne per ſingulos dies offerimus? ſed ad recor-
dationẽ mortis eius. & una eſt hoſtia nõ multæ. Quomõ eſt una:
nõ multæ? quia ſemel oblatus eſt Chrũs. Hoc aũt ſacrificiũ: exem
plũ eſt illius. idipſum, ſemꝑ idipſum: proinde hoc idẽ eſt ſacrificiũ.
Alioquin dicetur, quoniã in multis locis offert: multi ſunt Chriſti.
nequaq̃: ſed unus ubiq; Chriſtus. & hic plenus exiſtens: & illic ple
nus. Sicut em̃ quod ubiq; offertur, unũ eſt corpus & non multa
corpora: ita & unũ ſacrificiũ. Pontifex aũt ille eſt: qui hoſtiã obtu-
lit nos mundantẽ. Itẽ ipſam offerimus etiã nũc: quæ tũc oblata ẽ,
cõſumi nõ poteſt. Quod nos facimus: in cõmemorationẽ fit eius

quod

quod factũ eſt. Hoc enim facite (ait) in meã cõmẽoratione. Hæc
Lucæ.22 ibi. Quibus uerbis ſacer antiſtes Ambroſius, non modo ſacramẽ-
tũ altaris quod in miſſa offertur, hoſtiam eſſe teſtatur & ſacrificiũ:
ſed & eandẽ hoſtiã & idẽ ſacrificiũ, quod in ara crucis pro mundi
ſalute ſemel oblatũ eſt. Quod utiq; uerisſimũ eſt, quandoquidem
idẽ ſecũdũ ſubſtantiã Chriſti corpus hic offertur: & illic oblatum
eſt. licet alterꝫ ſit ſecundũ q̃litates: & alio mõ hic offeraꝛ, & illic fu
erit oblatũ. Illic eñ mortale fuit atq; paſſibile: hic uero glorioſum,
immortale & impaſſibile. Illic itidẽ in forma corpis propria & uiſi
bili oblatũ eſt: hic uero tegmine panis ineffabiliter adopertũ. Idem
quoq; ſecundũ ſubſtantiã ſanguis ꝑcioſus, illic in cruce oblatus eſt
& effuſus: & hic in altari offertur, licet diuerſo modo. Deniq; idẽ
dñs noſter Ieſus Chriſtus deus & homo. tot⁹ in cruce oblatus eſt:
& totus ſecundũ ſubſtantiã etiã hic offertur. aliter tamẽ hic im-
molatur, quàm fuerit ibi immolatus: & aliter eſt ſecũdũ qualitates
& accidentarias proprietates. Quippe hic, immortalis & incorru
ptibilis eſt: illic uero adhuc mortalis fuit, & corruptioni diſſolutio-
niq; animæ à corpore obnoxius. Porrò hãc ſancti Ambroſii ſentẽ
tiã, quod eandẽ nũc in altari offerim⁹ hoſtiam, quæ tũc oblata eſt
in cruce: ſancta quoq; approbat eccleſia catholica, hãc in oratione
ſecreta miſſæ de ſancta cruce, deprecationẽ deo effundens. Hæc
oblatio dñe ab omnibus nos mundet offenſis: quæ in ara crucis eti
am totius mundi tulit delicta. Quid hac prece religioſius? Quid i-
tem his uerbis ſignificanti⁹ dici poteſt aut expresſius? q̃ plane aſſe
uerãt, eam oblationẽ & hoſtiã q̃ immolaꝛ in altari: etiã in cruce to-
tius mundi pctã ſuſtuliſſe. & proinde eandẽ re ipſa eſſe hoſtiã: hãc
XVII. & illã. ¶ Decimaſeptima ratio. In eodem libro decretorũ: de cõſe
cratione, diſtinctione ſecunda, cap. panis eſt. affertur & hæc ſan-
Ambroſi⁹. cti Ambroſii ſentẽtia: ex libro eius de ſacramentis. Quomodo au
tẽ poteſt quod panis eſt: eſſe corpus Chriſti? cõſecratio aũt quib⁹
uerbis & quibus ſermonib⁹ eſt? dñi Ieſu. Nam per reliqua omnia
quæ in ſuperioribus à ſacerdote dicunꝛ: laus deo defertur, oratiõe
petitur pro populo: pro regibus, pro cæteris. Vbi aũt ſacrificiũ cõ-
ficitur: iã nõ ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed utitur ſermonibus Chri
ſti. Ergo ſermone Chriſti: hoc ſacramentum conficitur. Hęc ibi.
Ecce & hic Ambroſius ſacramentum eucharistiæ quod in altari
conſecraꝛ

conſecratur,uocat ſacrificiũ:& ita appellandũ eſſe,manifeſte teſti
ficatur. ¶ Decimaoctaua. In eodem etiã decretorꝝ uolumine:de cõ XVIII.
ſecratione,diſtinctione prima,cap. ſicut nõ alij. citatur Felix papa: Felix papa
ita ſcribẽs omnibus orthodoxis. Sicut nõ alij ꝗ ſacrati deo ſacerdo
tes debẽt miſſas celebrare,nec ſacrificia niſi ſuper altare offerre:ſic
nõ in alijs ꝗ in dño conſecratis locis.id eſt in tabernaculis, diuinis
ꝓcibus à pontificibus delibutis,miſſas cantare aut ſacrificia offer-
re licet:niſi ſumma coégerit neceſſitas. Hęc ibi. Quę aũt ſacrificia
ſuper altare offeruntur à ſacerdotibus:niſi ſacroſanctum Chriſti
corpus & ꝓcioſus eius ſanguis in miſſarũ celebratione,ſub uenerã
dis panis & uini ſignis? Ea igitur oblatio:rectiſſime dicit̃ ſacrificiũ.
¶ Decimanona. Eodẽ quoq; in libro:de cõſecratione,diſtinctione XIX.
ſecunda,cap. in ſacramentorũ. Alexander papa hunc in modum Alexander papa
ſcribit omnibus orthodoxis. In ſacramẽtorum oblationibus quæ
inter miſſarũ ſolẽnia dño offerunt̃: panis & uinũ aqua permixtũ,
in ſacrificium offerantur. Et paulo poſt eodem loco,cap. in ſacra-
mento.ex concilio Carthaginenſi quarto: depromitur hæc ſan-
ctio. In ſacramento corporis & ſanguinis dñi nihil amplius offera
tur:ꝗ quod ipſe dominus tradidit,hoc eſt panis & uinũ aqua mi-
xtum,nec amplius in ſacrificijs offeratur:ꝗ de uuis & frumentis.
Hæc ibi. Ex quibus planum eſt,ſacramẽtũ corporis & ſanguinis
dñici quod in miſſæ celebratione cõſecratur & offertur:uerũ eſſe
ſacrificium, & tali nomẽclatura denominari debere. ¶ Viceſima XX.
& ultima ratio. Demũ in eodẽ ſanctionum canonicarũ codice,de
cõſecratiõe,diſtinctione ſecũda,cap. nihil. Alexãder papa, prim9 Idem.
huius nominis:ita inquit. Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt: quã
corp9 & ſanguis Chriſti.nec ulla oblatio,hac potior eſt:ſed omnes
hæc præcellit. Quæ pura conſciẽtia dño offerenda eſt.& pura mẽ
te ſumenda,atq; ab omnibus uenerãda. & ſicut potior eſt cæteris:
ita potius excoli & uenerari debet. Hæc ibi. Sed quid ſanctus ille
pontifex corpus & ſanguinem Chriſti reponit & numerat inter
ſacrificia:ſi illius in miſſa oblatio non eſt dicenda nec habẽda ſacri-
ficium? Nonne eo ipſo ꝙ hoc altaris ſacramentũ in numero ſacri-
ficiorũ per uerba modo citata collocat:clare inſinuat,id uenerabi-
le miſſæ myſteriũ eſſe ſacrificiũ? De ꝓcellentia autẽ & perfectio-
ne huiuſce ſacrificij altaris ſupra ueteris legis hoſtias, quam recte

aſtruit ſupra dicta ſentẽtia: nõ nihil à nobis annotatũ eſt ſuperiori-
bus annis, in opuſculo de uita & moribus ſacerdotũ. Cæterũ quid
multis moror lectorẽ? Si locos omnes & capita in p̄dicto uolumi-
ne decretorũ, de conſecratione, diſtinctione prima & ſecũda, ordi
ne certo digeſta ꝑcurrere, cuiq̃ cordi fuerit: inueniet nõ ſemel aut
bis, ſed amplius q̃ quinquagies, ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacramen
tũ in miſſæ celebratione ſub panis & uini forma cõſecratũ: dici ſa
crificiũ, eoq; p̄dicari nomine à ſacroſanctis cõcilijs & orthodoxis
patribus, ut amplius ea de re hæſitãdi: nullus cuipiã (modo nõ pro
teruiat) relinquat locus. neq; cuiusq̃ mẽtem debeat poſthac occu
pare impia Lutheri aſſertio, negãtis id ſublime myſterium dñici
ſacramẽti eſſe ſacrificiũ. Qua quidẽ improba poſitiõe totã labefa-
ctat euãgelicã legẽ: deſtituẽs eã ſacrificij ſui dignitate & gr͞a. Ipſum
etiã Chriſti ſacerdotiũ deſtruit ac euertit Lutherus: nullũ illi relin
quẽs ꝓpriũ atq; ſingulare ſacrificiũ. Quinimmo & totã pro uirib⁹
demolitur eccleſiam catholicã: cuius firmamentũ, robur & petra,
eſt hoc ſalutare ſacrificiũ, quod quotidie in miſſę officio frequẽta
tur. Quo cõuulſo: quid reliquũ eſt nobis, cui uelut anchoræ & baſi
ſolidæ innitamur? ¶ Verũ obiectabit hic quiſpiã fortaſſe, me hoc
in loco nequicq̃ in Lutheri cõfutationẽ citaſſe iuris pontificij ſan-
ctiones & epiſtolarũ decretaliũ ſententias: ꝙ omnes eas ipſe flocci
faciat, aſpernetur & exibilet, appellans ſtatuta priſcorũ patrũ fri-
gida decreta: contendẽsq; illis nihil authoritatis ineſſe, nec fidẽ ha
bendã. Cui paucis ſatisfaciã: id nequaq̃ me latere, Lutherũ (quæ
ſua eſt arrogantia & inſolens impudẽtia) probatiſſimas illas ponti
ficiorum canonum cõſtitutiones contemptui habere & paruipen
Viclefus dere. Didicit enim illud à ſuo magiſtro Viclefo: qui inter peſtife-
ros articulos ſuos in ſacroſancta ſynodo Cõſtantienſi optimo iure
dãnatos, & hũc euomuit ordine triceſimũ octauũ. Decretales epi
ſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducũt à fide Chriſti: & clerici ſunt ſtul
ti, qui ſtudent eas. Cæterũ quid iuſtius eſt & æquitati magis cõſo-
nũ: q̃ eũ, q doctores omnes eccleſiaſticos, omnia ſacra cõcilia, ſan-
ctiones etiã omnes iuris canonici arrogãtiſſime cõtemnit: ab omni
bus etiã ſyncærę fidei cultorib⁹ cõtẽni, explodi & expui? Cõtẽnat
quidẽ Luther⁹ iura omnia põtificalia: ſubſannet orthodoxorũ pa
trum decreta, & nihili faciat. Sed eo faſtidioſo cõtemptu ſibi iuſtũ
parat

parat iudiciũ, quo feriatur & damnetur: ſcilicet ut ab omnibus lite
rarũ ſtudio adductis ipſe etiã cõtemnatur, & inglorius abijciatur.
Neq; enim lex iuſtior ulla eſt: q̃ quæ quis fecerit, hæc eadẽ patiat
& ipſe.

¶ Rationũ Lutheranarũ, ſacramentũ altaris nõ eſſe
ſacrificiũ contendentiũ: diſſolutio. Cap. XIII.

AT uero preſens locus nũc etiã exigit: ut ratiões Lu
theri & aſſectatorũ eius, cõtendẽtes dñicũ corpus
& ſanguinẽ in altari cõſecratũ non eſſe ſacrificiũ, ꝑ
noſtra facultate diluamus. quo apertius cõſtet, reie
ctis aduerſariorũ cauillis, ſyncæra rei ꝓpoſitæ ueri=
tas. ¶ Et primo quidẽ obijciũt illud beati Pauli uerbũ quod apud I.
Hebræos ſcribitur. Hic aũt (Chriſtus ſcilicet) unã pro peccatis of » Hebræ. 10
ferens hoſtiã: in ſempiternũ ſedet in dextra dei. Et rurſum ibidem »
de eodem. Vna enim oblatione: cõſummauit in ſempiternũ ſan- »
ctificatos. Iterũ in eodẽ loco. Voluntarie enim peccantibus nobis »
poſt acceptã notitiã ueritatis: iam non relinquit ꝓ peccatis hoſtia. »
Ecce Paulus (inquiũt) unã hic ponit hoſtiã, unã q; oblationẽ: et pec »
cantibus poſt agnitam ueritatẽ, dicit nõ relinq hoſtiã. Nõ eſt igit »
dñicũ corpus in miſſa cõſecratũ cum calice ſancto: nũcupandũ ſa »
crificiũ. Alioqui non unica eſſet hoſtia & ſemel oblata: ſed plures »
& frequẽti⁹ oblatæ, peccantibusq; nobis relinqueret pro peccatis »
hoſtia: contra beati Pauli ſentẽtiam. ¶ Verũ ipſis reddẽda eſt re= » II.
ſponſio, dei ſerũ Paulũ ibidẽ uerba facere de una hoſtia: in ara cru
cis ꝓ pctis noſtris oblata in die paſſionis dñicæ. q̃ quidẽ oblatio ne
que poſtea iterata eſt, neq; iterabitur unq̃, ſecundũ illã rationẽ &
modũ: q̃ ad immortalitatis gloriã intra triduũ Chriſtus poſt crucis
perpeſſionẽ uere ſurrexit. Nõ autem eundem apoſtolũ illic loqui
de immolatione eiuſdẽ hoſtiæ ſub forma panis & uini: inſtituta in
commemorationẽ primæ oblationis. quod ea & frequenter fiat ex Lucæ. 22
Chriſti conſtitutione (qui dixit. Hoc facite in meã cõmemoratio 1. Corin. 11.
nẽ. &, Hæc quotienſcũq; feceritis: in mei memoriã facietis) & pro
pctis noſtris expiandis quotidie deo exhibeatur. Quocirca Luthe
rus & eius aſtipulatores, hos tres ſcripturæ locos, applicãtes ad o=
ſtendendũ oblationem ſacramẽti altaris in ſacro miſſę miniſterio,
non eſſe ſacrificium, de qua tamẽ ſacer Paulus inibi nõ loquitur:

pſeudographiam incurrũt,& ineptã ſacrarũ literarũ ad alienũ ſen
III. ſum accõmodationẽ. ¶ Secundo inſurgit Lutherus: in eandẽ pe
» ne cũ priore obiectione ſententiã. Chriſtus poſtq̃ ſemel ſeipſum
» obtulit: nõ uoluit denuo ab ullis offerri, ſed memoriã ſui ſacrificij
» uoluit fieri. Et uobis (inquit) unde hæc audacia: ut ſacrificiũ ex ea
» memoria faceretis? Vere ueſtrũ reſacrificare: eſt impijſſime recru
IIII. cifigere. Hæc ille. ¶ Cui reſpondendũ eſt, ꝙ poſt ſui in cruce obla
tionẽ nõ uoluit Chriſtus rurſum ab ullis offerri, eodem quo prius
ſchemate & modo: utpote in propria corpis forma uiſibili & paſ-
ſibili. Voluit tamẽ alio modo offerri poſtea, etiã uſq; ad conſum-
mationẽ ſeculi: ſub ſpeciebus ſcilicet panis & uini, cõtinẽtibus ue
re ſuũ corpus & ſanguinẽ inuiſibiliter & impaſſibiliter. Nam illum
offerendi modũ in ultima cœna ipſe inſtituit: & frequentari debe
re in eccl'ia catholica ſanxit. Porro q̃uis hic ſecundus Chriſtũ of-
ferẽdi rit° ſit memoria prioris ſacrificij Chriſti, in cruce facti: haud
tamẽ ex eo recte colligas ꝙ nõ ſit is ſacrificiũ, cũ hæc duo nequaq̃
adinuicẽ pugnẽt, eſſe ſacrificiũ & eſſe memoriã ſacrificij: ſed rati-
one habita ad diuerſa, magno inter ſe conſenſu cõueniant. Eſt em̃
auguſtiſſimũ dominici corporis & ſanguinis ſacramentũ, quod in
miſſa conficit̃ & conſecrat̃: memoria ſiue cõmemoratio ſacrificij
per Chriſtũ in cruce ſemel facti, cũ tradidit ſemetipſum pro nobis
Ephe. 5. oblationẽ & hoſtiã deo: in odorẽ ſuauitatis. Et ſimul idẽ ſacramẽ
tum eſt ſacrificiũ legis euangelicæ: ad ſacerdotiũ Chriſti ſecundũ
ritũ Melchiſedech pertinẽs. Quare ſecundũ aliam et aliam cõſi-
derationẽ, ipſum ſacramentũ altaris eſt in memoriã ſacrificij et ſa
crificiũ: longeq; diuerſa ratione. q̃uis una ſit et ſecundum ſubſtã
tiã eadẽ hoſtia, quæ prius eſt oblata in cruce et nunc offert̃ in al-
tari: altera tamẽ ſecundũ qualitatẽ et offerẽdi modũ, ut in capite
præcedente dictum eſt. Nulla igit̃ eſt temeraria audacia, ſed pia re
ligio cultusq; dei ſyncærus: ꝙ ex memoria ſacrificij prioris, fiat ſa-
crificium ſecundum ordinẽ Melchiſedech tẽpore poſterius. Ne-
q; illud (ut uocat Lutherus) reſacrificare: eſt impijſſime recrucifi-
gere, quoniã in ſancto altaris myſterio nõ iterũ ſacrificat̃ Chriſtus
ut in cruce ſancta oblatus eſt: & ergo nõ recrucifigit̃. ſed ſub my
ſticis panis & uini ſignis: ipſe glorioſus & immortalis in altari offer
V. tur. ¶ Tertio inſiſtit Lutherus: amarulenta increpitatione nobis
inſultans

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſultans. Cur (inquit) cum memoriã natiuitatis Chriſti celebra- »
tis non eũ denuo naſci facitis: & cum reſurrectionis eius aut aſcẽ- »
tionis celebratis cõmemorationẽ: parate ei nouã reſurrectionẽ & »
aſcenſionẽ. & omnia opera eius renouate: cũ eoꝝ memoriã facitis »
Ex quibus molitur conficere ſimili ratiocinio, ꝙ cũ oblatiõis Chri »
ſti in cruce cõmemorationem agimus: nullo pacto ipſum offerri à »
nobis dicere debeam⁹, neqꝫ aſſerere, ſacrificij eius memoriã eſſe ſa- »
crificium. ¶ Cæterum illi paucis ſatisfaciendũ eſt, ꝙ quẽadmodũ VI.
natiuitatis dominicæ, reſurrectionis aut aſcenſionis celebrantes me
moriã: nõ facimus ut denuo naſcatur, reſurgat, aut cœlos conſcen
dat. quia ſemel tantũ pro nobis natus eſt: reſurrexit & aſcẽdit in
cœlum. ſed illoꝝ myſteriorũ cõmemorationẽ tantũ religioſa pie-
tate recolimus, in gratiaꝝ actionẽ de tanta dei in nos benignitate:
per hæc noſtræ redemptionis ſacramẽta, mundo exhibita. Ita quoqꝫ
paſſionis domini in cruce toleratæ memoriã facientes: nequaquã
rurſus eundẽ crucifigimus, aut paſſione crucis afficimus, cũ ſit ipſe
nunc impaſſibilis. nec oblationis eiuſdẽ domini noſtri in ara crucis
recolentes myſteriũ eundẽ in cruce extentũ aut ſauciũ (uti prius
erat) denuo offerimus. Sed illius oblationis memoriã: ſacrificio al-
terius generis, utpote panis & uini conſecrati ſecũdũ ritũ Melchi
ſedech, repræſentamus. Verum magnũ eſt inter illud & hoc ſacri
ficiũ, diſcrimẽ: tametſi unus & idem ſit Christus qui tũc fuerit ob-
latus, & qui nũc offerat. Illic eñ oblatus eſt, morti & paſſioni ad-
huc obnoxius: hic uero, omnis iam infirmitatis & paſſibilitatis im
munis. Illic inſuper oblatus eſt in propria corporis forma, omniũ
obiecta oculis: hic uero in myſticis ſacri panis & uini ſignis. Deni-
qꝫ illic ſemel tantũ: hic uero ſæpenumero oblatus eſt, & deinceps
ad finẽ uſqꝫ mũdi crebrius offeretur. Sed hæc paulo ante dicta re-
petiſſe: pene ſuperuacuũ uideri poſſit. Non ergo rationabiliter no
bis obiectat Lutherus, ꝙ memoriã dñicæ paſſiõis agẽtes in noſtro
ſacrificio: rurſus eundẽ ad crucis paſſionẽ adigimus, aut oblationẽ
eius in cruce factã iteram⁹, cũ id à ꝟitate ſit prorſus alienũ. ¶ Quar VII.
to, Lutherus hãc texit ratiocinationẽ, atqꝫ in nos cõtorquet. Chri- »
ſtus nõ ſacrificauit panẽ & uinũ in cœna nouiſſima. Igit miſſa ipſa »
panisqꝫ & uini in illo miniſterio cõſecratio: nõ eſt ſacrificiũ. Debe- »
mus eñ (inquit) in illo myſterio factũ & exemplũ Chriſti imitari. »

¶Cui reſpõſionẽ adhibemus: refutandũ eſſe idipſum atq; abnegã
dum, quod aſſumit: Chriſtum ſcilicet in cœna nouiſſima non ſacri
ficaſſe panẽ & uinũ. Quippe omniũ confeſſione, tunc conſecra-
uit ipſe panem & uinũ in ſuũ corpus & ſanguinẽ. Huiuſmodi aũt
Matth. 26. conſecratio, eleuatis oculis in cœlũ facta, & adhibita cœleſti bene-
dictione: nonne ſacrificatio fuit, & ſalutaris illius ſacrificij oblatio?
Concinit ſiquidẽ eccl'ia catholica in officio ſolennitatis ſanctiſſimi
ſacramẽti euchariſtiæ: de eodẽ domino noſtro. Sacerdos in æter-
num Chriſtus dominus ſecundũ ordinẽ Melchiſedech: panem &
uinũ obtulit. Quod quidẽ præconiũ, de oblatione per ipſum facta
& nõ per ſacerdotes eius miniſtros poſt eius ad immortalẽ uitam
Gene. 14. reditum, eſt accipiendũ. quẽadmodũ & Melchiſedech typũ Chr̃i
gerẽs: per ſeipſum & nõ alterius miniſterio obtulit panẽ & uinum
deo, in occurſu Abraæ. At uero quo tempore obtulit Chr̃us ue-
rus ſacerdos in æternũ panem & uinũ ſecũdũ ritũ Melchiſedech:
niſi in ultima cœna, quãdo inſtituit hoc ſublime myſterium? Non
ẽm in cruce panẽ & uinũ obtulit: ſed ſeipſum in propria atq; ma-
teriali corporis & ſanguinis ſui forma. Neq; poſtea legi' ipſe ante
ſuã aſcenſionẽ: panẽ & uinũ obtuliſſe, ut omnino cõſpicuũ ſit lau
datoriã illã antiphonã quæ in primis prædictæ ſolẽnitatis decanta
tur ueſperis: intelligi debere de oblatione panis & uini facta per i-
pſum in ultima cœna. Atqui oblatio panis & uini: nonne ſacrifi-
VIII. catio eſt? & offerre: idem ne deſignat quod ſacrificare? ¶Adde
ꝙ circa naſcẽtis eccl'iæ exordiũ, à probatiſſimis authoribus tradi'
primũ miſſæ officiũ conflatũ fuiſſe duntaxat ex uerbis: cõſecrati
onẽ corpis & ſanguinis Chr̃i cõtinẽtibus, adiecta orõne dñica. At
tñ in huiuſmodi ſacro miniſterio erat uera & integra oblatio, q̃uis
nulla adijcerent uerba ſacerdotũ deprecatoria: oblationẽ tũ fieri
cõteſtantia, ſicut nũc adijciũtur. Ipſius igi' ſacrificationis ſubſtãtia
& integritas, tũ ſubſiſtebat in conſecratiõe ſacroſanctæ euchari-
ſtiæ: per uerba conſecratoria ad imitationẽ noſtri ſaluatoris, facta.
Igitur & Chriſtus in cœna nouiſſima cũ cõſecrauit panẽ & uinũ.
iiſdem utens cõſimilibusq; uerbis: uere tunc ſacrificauit. licet nul-
la legatur uerba explicuiſſe: quæ ipſum deo patri oblationẽ illã ſa-
IX. cramẽti exhibere ſignarent. ¶Præterea, in antiquę legis ſacrificijs
ſacerdotes cum obtulerunt hoſtias deo: integrum confecerunt ſa
cri ficium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

crificium, cum eos obſeruarent ritus, quibus immolationes illę ſecũ
dum diuinam ſanctionẽ fieri debuerũt. q̃uis nulla proferrent uer
ba: ſacrificationis illius ſignificatoria. ꝙ huiuſmodi oblatio, in rerũ
potius exhibitione: q̃ uerborũ ſacrificij opus ſignãtiũ expreſſiõe,
conſiſtebat. Quis igiť non uidet cõſimiliter & Chriſtũ ſummũ ſa-
cerdotẽ obtuliſſe in prima tanti myſterij inſtitutione ſacratiſſimũ
ſuũ corpus & ſanguinẽ deo patri: quando panẽ & uinũ corã diſci
pulis ſuis conſecrauit? tametſi nulla ab euangeliſtis narrenť eſſe di
cta per eũ uerba: quibus ipſe oblationẽ illã ſe facere ſignificaret.
Rerũ nanq; exhibitione potius q̃ elocutione uocis, immolationẽ
illã deo fieri ſignantis: facta eſt huiuſmodi tũc ſacrificatio. ¶ Ve- X.
runtamẽ q̃uis ipſi Luthero admittereť aſſumpta in præſenti obie
ctione propoſitio ad ipſius intelligentiã, Chriſtum ſcilicet nõ ſacri
ficaſſe panẽ & uinũ in cœna extrema, eo ritu & modo: quo nunc
in eccleſia ſancta frequentať ea oblatio, in templo ſcilicet, dei cul-
tui conſecrato, & ſuper altare pontificali benedictione ſanctificatũ,
nec non cum indumentis ſacris illi ſacrificio altaris peculiariter ad
dictis, quoniã hunc datæ propoſitiõis ſenſum ex uerbis ſuis prætẽ
dere uidetur, attamen illatio ipſa totius ratiocinationis propoſitæ
& conſecutio, clauda eſt ac manca, & quod ſubinfertur falſum.
Non enim ſemper facta Chriſti debemus in omnibus adamuſſim
imitari: ſed ea potiſſimũ exequi quæ nobis facienda mandauit. q̃-
niã ipſe regulã agendoꝝ nobis per ſe & ſuos diſcipulos eorumq;
ſucceſſores præſcripſit: quam ad unguẽ ſequi debeamus. Inter ea
uero quę fieri debere in lege noua inſtituit Chr̃us: id unũ eſt, obla
tio ſacri corporis & ſanguinis eius in altaris officio, ſecũdũ illud e-
iuſdẽ uerbũ ad apoſtolos ſuos. Hoc facite in meã cõmẽorationẽ. Lucæ 22.
Quare uiri eccleſiaſtici gradũ ſacerdotalẽ adepti: debent ſecũdũ
inſtitutionẽ illã Chriſti hoc in miſſæ celebratiõe ſacrificiũ libare
deo. Porro ſummo ſtudio ſibi quiſq; cauere debet à duabus iſtis
hæreticoꝝ argutijs, captioſiſq; nodis: quibus ſæpiuſcule Lutherus
utiť. Primus eſt. Chriſtus hoc fecit, & tali modo: ut exempli gratia
diſcipulis ſuis poſt cœnã dedit ſacram cõmunionẽ. Nos igiť, ut o-
perũ eius ſimus æmuli: idem facere debemus, & cœnatis ſacramẽ
tum euchariſtiæ tradere. Secundus uero ita nectiť. Chriſtus id
non fecit, tali modo, tempore, & loco, ut (uerbi gr̃a, ne ab exemplo

Lutherano

Lutherano diſcedã)nõ celebrauit miſſam ſacris indutus ueſtibus:
& ſuper altare conſecratum. Igit̃ nec ipſi debemus idẽ cõſimili mo
do agere:nec celebrare miſſam in altari,& ſacrarũ ueſtiũ ornatu.
Vtrũq; ſiquidẽ argumẽtandi genus,infirmo nititur cõſequio:&
prorſus eſt inualidũ,cũ utrobiq; cõſpiciatur,quod aſſumit̃ eſſe ue-
rum:& quod colligitur,falſum atq; abſurdum.

¶ In ſacramenti euchariſtiæ prima inſtitutiõe,nõ ſolũ uer-
ba cõtineri promiſſionẽ ſignificantia:ſed & ea q̃ deſignãt of-
ferẽdi actum et miniſterium. Cap. XIIII

I. QVinta Lutheri ratio:qua molitur interimere ac cõ
uellere ſacrificũ altaris. Verba ipſius miſſæ quibus
» uſus eſt Chriſtus in prima ſacramẽti inſtitutione:
Mat. 26 » ſunt uerba promiſſionis, ſcilicet hæc ipſa. Hoc eſt
Mar. 14 » corpus meũ:quod pro uobis tradetur,&,hic eſt ca
» lix ſanguinis mei:qui pro uobis fundetur in remiſſionẽ peccatorũ.
» Nõ igitur miſſa eſt ſacrificiũ.cum in uerbis Chriſti prolatis in ipſa
» primaria huius myſterij conſtitutione,nulla fiat mentio de ſacri-
II. ficio. ¶ Reſponſio. Admittendũ quidem eſt,in primæua illa augu
ſtiſſimi ſacramẽti euchariſtiæ inſtitutiõe à Chriſto facta:contine-
ri uerba illa promiſſionis in obiectione propoſita. Sed non ſolũ illa
ibidẽ cõtinentur:quinimmo & alia inſuper,q̃ ad frequentationem
illius ſancti myſterij & oblationẽ eiuſdem ſacramenti pertinẽt. ut
Lucæ. 22 puta hæc Chriſti uerba. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Et,
1. Corin. 11. hæc quotienſcũq; feceritis:in mei memoriam facietis. Quæ ſane
uerba,nõ tantũ ad ſumptionẽ ſacroſanctæ euchariſtiæ referenda
ſunt:ſed & ad eius conſecrationẽ,ab apoſtolis et eorum ſucceſſori
bus faciendam. Ipſa uero conſecratio,nunq̃ ſine oblatione eiuſdem
muneris conficitur:ex inſtitutione Chriſti tum facta.ſicut et ſancta
confitetur eccleſia:ita in hymno ſacroſanctæ euchariſtiæ de Chri
ſto concinens, Sic ſacrificium iſtud inſtituit:cuius officium cõmit-
ti uoluit ſolis presbyteris,quibus ſic congruit:ut ſumant et dent cæ
teris. Modum uero et ritum peculiarem offerendi hui[9] ſacrificij:
magiſterio ſpiritus ſancti in apoſtolos effundendo reliquit deter-
minandum. Et is deinceps certis regulis et legibus, ut nunc agitur
et exercetur,demũ definitus eſt:per uaria tẽporũ curricula acceſſi
one partium miſſæ facta, et per diuerſos patres orthodoxos.

¶ Proinde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Proinde nullius roboris eſt hæc ratiocinationis Lutheranę ſtru III.
ctura. In uerbis Chriſti exprimentibus inſtitutionē ſacramenti eu
chariſtiæ: nulla fit mentio de ſacrificio. Igitur ipſius in ſancto miſſę
officio oblatio: non eſt ſacrificiū. Primo quidē, quia licet uocabulū
ſacrificij nominatim illic nō exprimatur: alia tamē ponūtur uerba
tātūdē ſignificātia, ſcilicet, hoc facite: & hęc quotiēſcūq; feceritis.
Quippe uerbū facere, etiā apud ſecularis literaturę authores: ſacri
ficare ſignificat, ut apud Maronē in illo Bucolico carmine (ſi piacu Virgilius
lum nō putetur: prophana in ſacrorū cōfirmationē adducere) Cū
faciā uitula pro frugibus: ipſe uenito. Quid enim ſacrificare: q̄ face
re ſacra ſignat? & qui ſacrifici dicuntur: niſi qui ſacra faciunt? ut co
gnoſcat Luther⁹ (quod hactenus aut ignorauit: aut ignoraſſe ui-
ſus eſt) prædictam dictionē facere inquā, ſecundū propriā grāma-
cæ rationē, acceptionemq; nō infrequentē apud probatos autho
res: tantūdem ſignificare, atq; offerre & libare ſacra. neq; incōgru
um id eſſe aut abſurdū: q in ea ſignificatione ſumatur in ſupra di-
ctis Chriſti uerbis. Quod ſi (ut debet) admiſerit Lutherus: nonne
protinus conſequens eſt, & ipſum id nobis tribuere debere, q in p̄
dictis Chriſti uerbis de ſacrificio fit mētio? quodq; per ea uerba or
dinauerit Chriſtus: excellentiſſimū euchariſtiæ ſacramētū, quod
tum primo inſtituit, ab apoſtolis & eorū poſteris offerri debere in
ſacrificiū? Certe ea ipſa Chriſti uerba: id omnino p̄tendere & deſi
gnare cenſentur. ¶Secundo cōuincitur prædicta conſecutio Lu- IIII.
therana: eſſe infirma ac inualida. quia q̄uis illud admirabile myſte-
riū non inſtituiſſet in ultima cœna Chriſtus: ut unicū & perpetu
um nouæ legis ſacrificiū (q̄d tamē haudquaq̄ admiſerim: neq; ab
aliquo eſt meo iudicio admittēdum) attamē inſpiratiōe ſancti ſpiri
tus directioneq; ſpeciali, apoſtoli ſancti poſtea ordinaſſent illud ſa
cramētū debere offerri ī ſacrificiū. ſicut in eccleſia ſancta hacten⁹
ſemper eſt obſeruatū: & nō ſine primaria aliqua ſolennīq; inſtitu-
tiōe, quinimmo ip̄e ſpiritus ſanctus per apoſtolos id faciundū ſan
xiſſet: cuius nō minor eſt aut inferior in conſtituendis eccleſię ſan
ctæ legibus, q̄ filij dei authoritas, immo par & eadē utriuſq; pote-
ſtas ſicut & uoluntas. Enimuero cū ſacrificia ueteris legis multifor
mia, umbratilia & typica, deo authore ex ſacrarum literarū monu
mētis dinoſcant̄ fuiſſe ſancita: quę tamē tēporaria tantū erāt, & ſuc

cedēte figuris ueritate deſitura. q̄s nō libēter credat, ſibiq́ ut indu
bitatū ꝑſuadeat: ſacrificiū illud ſingulare & unicū nouę legis, omni
um conſummationē oblationū, omniū ueritatem & exemplar, ꝑ-
fectiſſimum & æternum: etiam à deo primum eſſe inſtitutū: utpo
te à Chriſto, qui legem ſuam & ſacerdotiū ſtabilire integre uoluit,
atq; fulcire ſuo ipſius ſacrificio: à ſe primū ordinato, & illi⁹ ſanctio
ne, ꝑ ſacerdotes euāgelicæ legis ad hæc uſq; tēpa cōtinuato: & do-
nec ad iudiciū uenerit, ſecundū ipſius promiſſionē continuando.
Vnde liquet erroneū eē & merito cōdemnatū inter cæteros ordi
Viclefus ne quintū, hūc Viclefi articulū: quē & ſubolet hoc in loco Luthe
rus. Nō eſt fundatū in euāgelio: quod Chriſtus miſſam ordinaue-
rit. Nēpe tres euangeliſtæ, Matthæus, Marcus & Lucas: hui⁹ or
V. dinatiōis fide digni ſunt teſtes. ¶ Sexta aduerſarij ratio. Chriſt⁹ in
Mat. 26 » ſtituēs ſacramētū euchariſtię: dixit. Accipite. eo uerbo ſignificās,
» euchariſtiā non eſſe ſacrificiū deo exhibēdum: ſed donū nobis à
» deo traditum, quod iubet à nobis accipi. Neq; dixit ibidē Chriſt⁹,
» offerte & ſacrificate: ſed comedite & bibite. Hoc eſt (inquit) uni-
» uerſum opus: quod in euchariſtia facere iubemur. Similiter & apo
1. Corin. 11 » ſtolus uerba Chriſti repetēs in prima ad Corinthios epiſtola: nullū
» aliud opus q̄ mādurationē & ſumptionē in euchariſtia nouit: ni-
» hil ibi offerre, nihil operari inſtituit: ſed ſolū dñi mortē annunciare
» Nō eſt igitur euchariſtia ſancta: in miſſæ celebratiōe ſacrificium.
VI. ¶ Reſponſio. In hac captioſa cauillatione aduerſarius cōſuetudina
riū ſibi atq; familiarē obſeruat morē: quo ſolet ꝓpoſitiōes ſcripturę
ſacræ ſine excluſione ꝓlatas, adiecta excludēdi ꝑticula cōſtrictio-
res reddere & cōtractiores. Nēpe ex eo q̄ Chriſtus in ultima cœ-
na inſtituēs excellentiſſimū illud euchariſtiæ myſteriū dixerit di-
ſcipulis, q̄ acciperēt, mādurarent & biberēt: colligere ſatagit, iſꝑm
illa tantū uerba dixiſſe. cū planū omnino ſit, Chriſtū tūc & alia di-
xiſſe uerba: ad ſacrificij rationē ꝑtinentia (ut p̄cedētis ratiōis diſſo
lutio palā cōmōſtrat) q̄ & beatus Paulus cōmemorat in citato ſuæ
epiſtolæ ad Corinthios loco, ubi iſpam ſacramēti euchariſtiæ inſti-
tutionē à Chriſto factā enarrat: referēs iſꝑm apoſtolis & hæc ꝓtu
liſſe uerba, hoc facite in meā cōmemorationē. Neq; id mirū cuiq̄
uideri debet, ſanctū apoſtolū ibidē poſt deſcriptā ſacramēti ſacræ
communionis inſtitutionem: nullam de ſacrificio altaris facere di-
lucidā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lucidã & apertã mentionẽ. Quoniã ipſe ad totã Corinthiorũ eccle
ſiã, uiros & mulieres cõplectentẽ, nec non & laicos & ſacerdotes,
tum uerba faciebat: & non ad ſolos ſacerdotes, ad quos ſpectat ſa-
crificij illius oblatio. ¶ Quamuis itẽ diuin⁹ apoſtolus his uerbis ini- VII.
bi poſitis. quotienſcũq; mãducabitis panẽ hũc & calicẽ bibetis: mor 1. Corin. 11.
tem dñi annunciabitis donec ueniat, inſinuauerit in hoc ſupercæ-
leſti ſacramento mortẽ dñi annũciari, memoriãq; mortis eius trã-
ſactæ repræſentari: haud tamẽ idcirco negat illud eſſe ſacrificium. Cap. 15
Nã ut in ſecũdæ rationis aduerſariorꝫ dilutione iã eſt dictũ: & hic
repetere idipſum nõ piget, idẽ ſacramẽtũ euchariſtiæ eſt cõmẽo-
ratio mortis dñicæ, & ſacrificiũ: ob diuerſas ratiões, nullo pacto re- Leui. 23
pugnãtes. quẽadmodũ in ueteri lege, eadẽ oblatio ut hirci ꝓ pctõ Exodi. 12
in feſto expiatiõis, & immolatio agni paſchalis in phaſe Iudæorꝫ:
erat ſacrificiũ, et figura futurę tũc mortis Chriſti. Si igit in antiquo
teſtamẽto ꝑmultæ oblatiões, & ſacrificia erant, & figuræ paſſiõis
dñicę necdũ tũc exhibitæ: cur in nouo & euãgelicæ legis teſtamẽ-
to, nõ poterit idẽ ſacramentũ eſſe memoria mortis Chriſti & eſſe
ſacrificiũ: cũ nulla inter has denominatiões aſſignari poſſit diſcre-
pantia: ob quam nõ ualeant ambæ, uni & eidẽ ſecundũ diuerſas ra
tiones cõuenire. ¶ Porrò in hac Lutherana ratiõe quã nũc excuti VIII.
mus: adhuc aliud quiddã eſt quod claudicat, iſta ſcilicet conſecutio
quã nectit. Sacramẽtũ euchariſtiæ eſt donũ nobis à deo datũ: qđ
iuſſit nos accipere. ergo nõ eſt ſacrificiũ: quod deo offerimus. tan-
ꝗ inter ſe pugnarẽt & eidem cõuenire non poſſent, donũ & ſacri-
ficiũ: collatione facta ad diuerſa. Quod ꝗ ſit alienũ à ueritate: mani
feſtãt omnia ueteris ritus ſacrificia, quæ haud dubie dona erãt dei:
indulta mortalibus ex ſummæ bonitatis affluentia. Quid eñ rerũ
etiã corpaliũ, agnorꝫ, frugũ aut uolucrũ habẽt homines: quod nõ
à deo acceperũt? Meæ (inquit domin⁹ per prophetã) ſunt omnes Pſal. 49
feræ ſyluarum: iumenta in montibus & boues. &, Domini eſt ter- Pſal. 23
ra: & plenitudo ei⁹. Vnde et Dauid rex exhilarat⁹ ſpiritu ob ꝓm
ptã oblationẽ populi, donaria cumulatiſſime cõferentis in futurã 1. Parali. 29.
templi extructionẽ: & gratias deo exoluens de tãta beneficiorꝫ lar
gitate, inter cætera pie & uere profeſſus eſt. Tua ſunt omnia dñe:
& quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Vbi eadem innuit
& dona dei in nos eſſe: & ſacrificia quæ deo offerimus. Quod

 et ſancta

& ſancta proteſtatur eccleſia: poſt cõſecrationẽ panis ſancti & ca
licis, hanc ad deũ pia cõfeſſione profundens orationẽ, in ſacro ca-
none contentã. Offerimus præclare maieſtati tuæ de tuis donis ac
datis: hoſtiã purã, hoſtiã ſanctam, hoſtiã immaculatam, panẽ ſan-
ctum uitæ æternæ, & calicẽ ſalutis perpetuæ. Quid oro his uerbis
aperti⁹ dici poſſit: quod nobis inſinuet, eadẽ & dona dei eſſe poſſe
& ſacrificia noſtra? Dona inquã: qm̃ à deo uobis ſunt collata. ſacri
ficia uero: qm̃ à nobis deo rurſum offerunt. dona itidẽ: quoniam à
deo ad nos profecta, ſacrificia uero: q̃niã à nobis reciproce ad deũ,
pro uotorũ affectu regrediunt. ut cõpleta circulatione myſtica ad
id redeãt punctũ: à quo ſuũ ſumpſerũt exordiũ. Si ergo quæ dei
in nos ſunt dona, uetamur eidẽ offerre in ſacrificiũ: interdict⁹ erit
nobis om̃is uſus ſacrificij, cũ nihil rerũ niſi ex dei dono habeamus.
1. Corin. 4. Quid em̃ habes (clamat Paulus) quod nõ accepiſti?

¶ Ipſius ſacramẽti manducationẽ & ſumptionẽ: nequaq̃
repugnare rationi ſacrificij prius deo oblati. Cap. XV.

I. SEptima aduerſarij ratio. Natura ſacrificij eſt præſer
tim perfectiſſimi, quod holocauſtum uocant: totũ
deo offerri, nihilq́; ex eo hominibus relinqui. Si aũt
uictima, aut pro peccato fuerit: ſaltẽ aliquã partem
deo relinqui, nõ totũ abſumi. Cur ergo nos (inqt)
panem & uinũ totũ comedimus: nihil relinquẽtes deo? Cur non
totum ei relinquimus: cum uelimus id eſſe perfectiſſimũ ſacrificiũ?
ſicut corpora noſtra & orationes: deo relinquimus. Neq; quod co
medimus (ait) & bibimus: offerre poſſumus deo. cũ potius ei illd̃
auferamus, & nobis demus: & intra nos recipiamus. Et non pudet
(inquit) aduerſus tã euidẽtia & certa uerba, ſacrificiũ facere & of-
ferre deo: q̃d comedimus & bibimus. Hæc Lutherus. ¶ Cui pau
cis ita ſatisfaciendũ eſt, nõ oportere q̃ſuis antiq̃rũ ſacrificiorũ ritus
inueniri & locũ habere in hoc nouæ legis ſacrificio, qm̃ cũ illis ho
ſtijs & cerimoniæ oblationis earũ ſunt ablatæ: & cũ nouo ſacrificio,
nouus offerendi ritus inſtitutus. Vt q̃a in ueteri lege, holocauſtũ
igni abſumebat totũ: quis tã impius erit & mẽte capt⁹, ut dicat no
ſtrũ ſacrificiũ igne materiali cremandũ eſſe? quod in ara crucis ue-
re totũ igne charitatis cõflagrauit, & factũ eſt ſpũale holocauſtũ:
nõ ibi in eſum hoĩm ſub ea forma accõmodatũ, ſed totũ deo obla
tum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tũ & illi oĩno cedẽs. Q₂ igiẗ ueteris legis holocauſtũ nõ ceſſerit in
humanũ eduliũ: id in cauſa fuit, quia ex ritu oblatiõis eius reddeba
tur ineptũ cibo humano, nõ aũt ex eo: ꝙ ratio ſacrificiꝫ repugnet ci
bo, ut nõ poſſit idẽ eẽ prius quidẽ ſacrificiũ, & poſtea cibus. Conſi
militer quia in aliquibꝰ ſacrificiꝫs antiquæ legis una pars deo relin
quebaẗ, & altera in uſum ceſſit offerentiũ: nõ trahiẗ inde ualidum
argumentũ, & in nouæ legis ſacrificio unã partẽ deo relinqui de-
bere, & alterã à ſacerdote ſumi: aut ſacramẽto altaris in miſſa ob-
lato uerã deeẽ ſacrificiꝫ rõnẽ. qm̃ idipſum, unã inquã ſacrificiꝫ par
tem aut ipſum totũ deo relinqui: rationi generali ſacrificiꝫ eſt acci
dentariũ, nõ eſſentiale. Neq; oportet proprietates oẽs & qualita-
tes quę in figura deprehenduntẗ atq; imagine: eaſdẽ omnino et cõ
ſimili modo cõperiri in ueritate & exẽplari. quãdoquidẽ ut deilo-
quus inquit Paulus. Vetera tranſierũt: ecce facta ſunt omnia no 2.Corin.5
ua. Quin potius ex eo ꝙ totum euchariſtiæ ſacramentũ ſub panis
& uini ſignis deo in miſſæ celebratiõe offerimus: recte colligimus
ipſum eſſe ſacrificiũ, ſecundũ uerã & integram ſacrificiꝫ rationem.
Neq; quod de noſtris orõnibus & corporibus (quæ tota deo relin
quimus) adducit aduerſarius: hic quippiã affert momẽti. tum ꝙ il
la ſolũ ſacrificia ſunt myſtica & ſpũalia: ut ſupra eſt dictũ. tũ etiã
ꝙ illa ad uſum cibi nequaꝗ̃ accõmodari queant. ¶ Cæteꝝ huius III.
rationis Lutheranæ tota uis in eo conſiſtit nodo, ꝙ arbitreẗ id ꝗd
in uſum noſtrum ſumimus, manducamuſq; et bibimus: non poſſe
dici ſacrificiũ, quod utiq; procul diſtat à uero. Quid eñ obſtat ali-
quid deo offerri: et ſecundum illã rationẽ dici ſacrificiũ. et idẽ ſan-
ctificatũ deoq; oblatũ poſtea in cibũ ſumi et manducari: atq; ſecun Exodi 12.
dum eam conſiderationẽ ipſum eſſe et dici cibũ? Nonne in ueteri Leuiti.6.
lege immolabaẗ agnus paſchalis et typicus: et poſtea totus mandu Nume.24.
cabaẗ? Nonne et primitiæ et multa hoſtiarũ genera et panes pro- Leuiti.24.
poſitionis primũ offerebanẗ deo: et poſtea conuertebanẗ in uſum
ſacerdotũ, ut illis ueſci eis licuerit, et aliqua interdum pars: in uſum
ceſſit laicoꝝ offerentiũ? Quod quidẽ ex quatuor poſtremis pẽta-
teuchi libris, et potiſſimũ ex Leuitico: apertiſſime liquet. Dilucidũ
eſt igiẗ: ꝗ̃ inualida ſit et infirma hæc Lutheri ratiocinatio. Sacra-
mentũ euchariſtiæ: à ſacerdotibus miſſam celebrantibus mãduca
tur et ſumiẗ. igiẗ ipſum nõ ẽ ſacrificiũ. cũ rõni ſacrificiꝫ nullo modo

 repugnet:

IIII. » repugnet: ꝙ poſtea accõmodet̃ in cibũ. ¶ Octaua Luth. obiectio
» Corpus & ſanguis Chriſti in euchariſtia: ſunt ſigna data in cõfir-
» mationẽ diuinæ promiſſionis, nobis factæ de habenda remiſſione
» pctõꝝ. Igitur non ſunt ſacrificiũ. Quomodo em̃ ſacrificiũ & op⁹
» noſtꝝ facere poſſum⁹ ex pignore, & ſigno nobis dato à deo? Hu-
» ic accedit, ꝙ deus omnino placatus eſt nobis: neq; iratus amplius,
» nec ſacrificio placandus. Euchariſtia igit̃ ſolum eſt promiſſio nobis
V. » à deo facta: nõ ſacrificiũ. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Nõ eſt id
admittendũ: quod primo aſſumit̃ loco. Nam ſignũ repſentat ſolũ
Gene. 7. id cuius eſt ſignũ: nõ aũt efficit, quatenus ſignũ. Quẽadmodum
arcus celeſtis ſignat nobis uniuerſale diluuiũ aquaꝝ nõ eſſe uen-
turũ ſupet terram, ex promiſſione diuina: haud tamẽ efficit cata-
clyſmi atq; inundationis in totã terrã, immunitatẽ. Sacramentum
aũt euchariſtiæ, ſua uirtute abolet ac detergit pctã: potiſſimũ ueni
alia. & partẽ aliquã pœnæ, pro pctis mortiferis antidoto ſacramẽti
pœnitẽtiæ dimiſſis debita: etiã relaxat. Nomine aũt pcti: ſæpenu
mero pœna pro cõmiſſis pctis perferenda ſignat̃. ut uere & pie id
profiteri poſſimus: ꝙ admirabile illud ſacramentũ etiã in fidelibus
operat̃ remiſſionẽ pctõꝝ, nã in eo uere cõtinet̃ agnus dei: qui tol-
lit peccata mundi. Nõ eſt igit̃ ipſum, duntaxat ſignũ cõfirmatiuũ
diuinæ promiſſiõis de obtinenda pctõꝝ remiſſiõe: ſed etiã antido
tũ ſalutare, diuinumq; medicamentũ, illius remiſſiõis operatoriũ.
Inſuper inualida eſt ea aduerſarij illatio & mãca: q̃ ſanctiſſimũ eu-
chariſtiæ myſteriũ colligit nõ eẽ ſacrificiũ, eo ipſo ꝙ ſit pignus ali-
cuius doni ſpũalis. quaſi ad inuicẽ omnino diſſiderẽt eẽ pignus do
ni diuini, & eẽ ſacrificiũ. q̃d nequaq̃ ita ſe habet: cũ ea duo ſimul ei-
dẽ rõne diuerſoꝝ cõuenire queãt. Siquidẽ admirabile illud myſte
riũ, æternæ uitæ pignus eſt: ut ſancta teſtat̃ eccl'ia in hoc ſacro can
tico. O ſacrũ cõuiuiũ: in quo Chrũs ſumit̃. recolit̃ memoria paſſio
nis eius, mens impletur grã: & futuræ gloriæ nobis pignus datur.
Attamẽ idem auguſtiſſimũ ſacramẽtũ, quatenus in ſancto miſſæ
miniſterio offert̃: recte dicit̃ ſacrificiũ. Neq; iſta rationũ diuerſitas
efficere ſufficit reꝝ diuerſitatẽ: cũ uni & eidẽ ſecundũ ſubſtantiã
VI. multimodæ rõnes conuenire poſſint. ¶ Porro quãuis placatus ſit
nobis deus, neq; amplius indignet̃ ob pctm̃ primi parẽtis, toti mun
do quondã exitiale: cuius reatũ diluit ſatisfactoria Chrĩ paſſio &
mors

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mors. attamẽ ob peccata particularia quæ quotidie in eũ cõmittimus: merito nobis eſt infenſus, & indigemus ſacrificio ſalutari, pro peccatis noſtris expiãdis quotidie offerẽdo: quo mitiget ei⁹ in nos indignatio, & ira illius auertat à nobis. Ad hæc, nõ ſolũ ad placandum deũ, offert hoc cæleſte ſacrificiũ: ut inſinuare uidet hæc obiectio Lutherana, ſed & ob multas alias pias cauſas. ut in gratiarũ actionẽ pro acceptis beneficijs, ad ampliorẽ etiã diuinorum donorum conſecutionẽ: præterea ad animæ corporiſq; ſalutẽ aſſequendam, demũ ad obtinendam liberationẽ ab imminente malo: ut bello, fame aut peſte, & ita de cæteris id genus cauſis, cõmendatione dignis & rationabilib⁹. Quo circa etſi ampli⁹ nobis iratus nõ eſſet deus: haud tamẽ recte exinde colligere quis poſſet, nõ eſſe illi poſt hac offerendam in ſacrificiũ, in ipſo miſſæ officio euchariſtiã, cũ multæ aliæ ſuperſint cauſæ legitimæ, præter ſtudiũ placandi iram diuinã: quæ ſanctã eccleſiam debeant ad frequentandũ illud nouæ legis unicum ſacrificium, impellere.

¶ Diuerſis rationibus, ſanctũ euchariſtiæ ſacramentũ: & teſtamentũ nõnunq̃ recte dici, & ſacrificium. Cap. XVI.

NOna aduerſarij ratio. Euchariſtia uocatur à Chri- » I
ſto teſtamentum: cum ait. Hoc eſt nouum teſtamẽ »
tum in meo ſanguine. Igitur ipſa non eſt ſacrificiũ. »
Omnino enim inter ſe pugnant: teſtamentum & ſa »
crificium. Nam teſtamentum accipitur ab alio: ſcili- »
cet à teſtatore. ſacrificiũ uero: alteri offertur. Eſt enim teſtamen »
tum, nuncupatio morituri qua diſponit ſuam hæreditatem certis »
hæredibus. id eſt explicatio uoluntatis extremæ alicuius morituri: »
confirmata per mortem teſtatoris, & uerbum legis latæ. Hæc Lu »
therus. ¶ Reſponſio. Non eſt recipiendum quod in huius obiectionis fronte proponitur euchariſtiam ſcilicet totam & integram quantum ad utrunq; eius ſignum quo nobis eſt tradita: denominari à Chriſto teſtamentum. Nam ea quæ citantur uerba in hac ratione: à Chriſto dicta ſunt in ipſa tantum calicis benedictione, & non panis. quẽadmodum teſtatur Lucas: hæc domini uerba in calicis conſecratione referens. Hic eſt calix, nouum teſtamentum in meo ſanguine: qui pro uobis fundetur. Et beatus Paulus in prima ad Corinthios epiſtola: eadem Chriſti narrat uerba, hoc pacto

Lucæ 22

Hic

1.Corin.11 Hic calix: nouum teſtamẽtũ eſt in meo ſanguine. hoc facite, quo-
tienſcunq; bibetis: in meã cõmemorationẽ. Accipiendaq; ſunt eadẽ
uerba ſecundũ eã intelligẽtiã: quã alij euãgeliſtæ explicãt, dicẽtes,
Matt.26 Mar.14. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, quod tãtundẽ ualet atq; hic
eſt calix noui teſtamẽti in meo ſanguine. id ẽ, calix benedictiõis ad
nouũ attinẽs teſtamẽtũ: meo ſanguine cõfirmãdũ & ſtabiliẽdũ. Si-
Exodi.24 cut enim ſanguis fœderis ueteris teſtamẽti, quod pepigit dñs cum
populo Hebraico: reſperſus eſt à Moyſe in totũ populũ, facto pri
us ſacrificio, in robur & cõfirmationẽ ipſius antiqui ritus: in uolumi
ne fœderis lecto corã omni populo, cõtenti. Haud aliter effuſione
ſanguinis Chriſti in cruce, & cõmunicatione ipſius facta eccleſiæ
ſub forma uini: ſtabilitũ eſt nouũ Chriſti teſtamentũ, tãto quidem
dignius, ſublimius & pfectius altero: quãto pcioſus Chriſti ſanguis,
noſtræ redẽptionis pcium, nobilior eſt & pſtantior ſanguine hirco
rum, uitulorum & taurorũ. quanto itidem unicum iſtud ſacrificium
Chriſtus dñs noſter: excellentius eſt ſacrificijs multiformibus ue-
teris inſtituti. deniq; quanto ipſe legifer noſter Chriſtus: Moyſe
decalogi legiſlatore eſt ſuperior. ¶ Porrò hanc uerborum domini
à beatis Luca & Paulo commemoratorum intelligentiam modo
Beda. aſſignatã: ſubindicat uenerabilis Beda in ſuis ſuper Lucam cõmẽ
tarijs, ita eum locum prædicta uerba continentẽ exponẽs. Quod
Exodi.24 Hebræ.9 aũt dixit. Hic ẽ calix nouũ teſtamẽtũ in ſanguine meo, ad diſtincti
onẽ ueteris teſtamenti reſpicit: quod hircorum & uitulorũ eſt ſangui
ne dedicatum, dicẽte inter aſpergendũ legiſlatore. Hic eſt ſanguis
teſtamenti: quod mandauit ad uos deus. Neceſſe eſt enim exem-
plaria quidem cęleſtium: his mundari. ipſa autem cæleſtia: meliori
bus hoſtijs quàm iſtis. iuxta quod apoſtolus per totam ad Hebræ
os epiſtolam, inter legem diſtinguẽs & euangelium: pulcherrima
III. expoſitione & plenaria ratione declarat. Hæc Beda. ¶ Cæterum
haud magno negocio monſtrari poterit, ipſum euchariſtiæ ſacra-
mentũ non eſſe taſtamentum: ſecundũ illã teſtamẽti rationẽ atq;
diffinitionẽ, quã aſſignat Lutherus in præſenti obiectione, ut ex-
inde dinoſcatur hæc cauillatio nihil habere roboris. Nẽpe teſtamẽ-
tũ (ut ait) eſt explicatio uoluntatis extremæ alicuius morituri: con
firmata per mortẽ teſtatoris. Sanctiſſimũ aũt euchariſtiæ ſacramẽ
tũ, non eſt ipſa expreſſio ultimæ uolũtatis domini noſtri: per mor-
tem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem eius ſubſequētē ſtabilita. ſed eſt idipſum:quod ꝑ extremæ uo
luntatis ſuæ explicationē morte ipſius ſequente corroboratā, ipſe
nobis reliquit & legauit. Nō eſt igitur huiuſmodi ſacramētū:ſecū
dum ꝑdictā Lutheri deſcriptionē, teſtamentū. Secundo, iuxta alte
rā in hac obiectione poſitam teſtamēti rationē:teſtamētū eſt uer
bum legis latæ, Et ita ipſius dei duo ſunt tantū teſtamēta: uetus &
nouum. quorū utrūq; cōtinet dei uerba; legē ab eo latā, primo an-
tiquam deinde euāgelicā, latius ediſſerentia. Atqui digniſſimū eu
chariſtiæ ſacramentū, non eſt uerbū legis latæ:neq; documentū à
deo datum, quod legē aliquā uiuēdiq; regulā expromat. Igitur iu-
xta hanc ſecundā teſtamēti deſcriptionem à Luthero hic poſitā:
non eſt hoc admirabile ſacramētū, teſtamenti nomine appellādū.
Quinimmo, quoniā teſtamētū proprie dictū (ut teſtatur Gabriel Quid teſtamentum.
lectione quinquageſimatertia ſuæ expoſitionis de canone miſſæ:
explicās hæc uerba cōſecrationis ipſius calicis, noui & æterni teſta
mēti) ē ultima diſtributio bonoꝝ:morte teſtatoris firmata. ſeu cō-
ſtitutio uľ traditio de ordinādis bonis:atteſtatiōe legitima firmata.
Ipm aūt dominici corporis & ſanguinis ſacramētū, nō eſt nouiſſima
bonorum diſpartitio cōfirmata per mortem teſtatoris:ſed idipſum
eſt bonum, quod nobis à teſtatore Chriſto eſt diſtributum. Idem
quoq; ſacramētum non eſt cōſtitutio uel ordinatio de bonis diſp-
tiendis, per atteſtationem legitimam confirmata:ſed illud ē ſingu-
lare bonum quod nobis eſt deſignatum, cōſtat utiq; tale ſacramen
tum, non proprie & ſecundū datam teſtamenti ſignificationē, dici
debere nec eſſe teſtamentū. ¶ Verūtamen quia teſtamēti nomē IIII.
interdū transfertur ad id ſignificandū:quod teſtamēto eſt legatū,
& bonum aliquod à teſtatore cuiq̄ per teſtamenti ordinationem
deſignatum:ſecundum hāc tranſſumptionem cōperitur etiā inter
dum dici teſtamentū, quemadmodū pacem nonnunq̄ appellant
aliqui translatitie teſtamentum domini noſtri:quod à ſuis diſcipulis
per mortem diſceſſurus, eā ipſis dederit atq; reliquerit, his uſus uer
bis. Pacem relinquo uobis:pacem meam do uobis. poſſet quidē ꝑ Ioan. 14
huiuſmodi loquendi formam, ſublimæ euchariſtiæ ſacramentum
dici non abſurde teſtamentum; quoniam à Chriſto per mortem
hinc tranſituro nobis legatum ē, ſuæq; dilectæ ſponſæ eccleſiæ in
ſingulare munus, deſignatum. Proinde tribuamus id nunc Luthe

ro,& admittamus ſacroſanctã euchariſtiã, ſecundũ ſenſum modo
datum,eſſe teſtamentum regis æterni:nobis in monumentũ & pi
gnus amoris,cũ tranſiturus eſſet ex hoc mundo ad patrem ,ꝓ ſuã
ſumma benignitate relictũ.quandoquidẽ idipm̃ haudquaq̃ diſſi-
det à ſacris literis:quinimmo admodũ cõſpirat illi loco pſalmi cente
ſimi decimi(qui ad literã à probatiſſimis authoribus exponit̃ de ſa
Pſal.110 croſancto euchariſtiæ myſterio)memor erit in ſeculũ teſtamenti
ſui:uirtutẽ operũ ſuorũ annũciabit populo ſuo. Et rurſum eodem
loco. Redẽptionẽ miſit dominus populo ſuo : mandauit in æternũ
teſtamentum ſuũ. V bi nomine teſtamenti,ſecundum illorũ inter
Nicolaus Liranus. ꝑtũ ſentẽtiam(& potiſſimũ Nicolai Lirani:totius ſacræ ſcripturę
expoſitoris accuratiſſimi)accipitur ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacra-
mentũ:nobis diuina bonitate indultum. Nunquid tamen ex illo ſi
bi conceſſo probe concluſerit Lutherus : idipſum idẽ ſacramentũ
non eſſe ſacrificiũ? Eſto nanq;,ſecundũ diuerſas pugnẽt rationes
& inter ſe ratione multum diſtent, teſtamentũ & ſacrificiũ:nun-
quid etiam propterea re ipſa diſcrepãt?ut nõ poſſit unũ & idẽ ſe-
cundũ ſubſtantiam denominari,una quidem ratiõe teſtamẽtum,
& altera ſacrificiũ? Quiſnã hoc unq̃ cẽſuerit eſſe dicendũ: niſi dia
lectica & philoſophia Lutherana imbutus (quæ omnino à recta
diſſerendi lege & philoſophicis elementis eſt aliena)exiſtimet,q̃-
cunq; ratione diuerſa ſunt,eadem quoq; re ipſa differre? Illa ſiqui
dem Lutheri uidetur eſſe ſententia (ut ex multis rationibus eius
ante adductis & dilutis:promptum eſt ꝑpẽdere) quicquid ratione
ab aliquo eſt diuerſum:ab eodem etiã ſecũdũ ſubſtantiã diſſidere.
quæ nimirũ à uero prorſus abhorret:cũ deus,ſubſtantia maxime
unus,plurimas etiam inter ſe diuerſas ſubeat rationes:quando o-
mnipotens,ſapiẽs,ſuperbonus,æternus,perfectusq; dicitur. Ita et
excelſum dominici corporis et ſanguinis myſterium,ſacrificiũ qui-
dem dicitur:quoniã ab eccleſia ſancta deo per ſacerdotũ miniſteri-
um in ipſius miſſæ officio ſacrificatur et offertur. Teſtamentũ ue
ro denominatur:quia a Chriſto in memoriã ſuæ paſſionis & exi-
mij in nos amoris argumentũ,paulo ante mortẽ ſuam nobis eſt le
V. gatũ. Sed de hoc ſatis. ¶ Decima & poſtrema diuerſarij ratio. Apo
» ſtoli(ut actuum caput ſecundum refert)panem frangebant, nõ in
» tẽplo,ſed circa domos:ad denotandum,quod illud non erat ſacri-
ficium

ficium. Et Chriſtus non in templo aut altari: ſed in cœnaculo & ſu »
per menſam inſtituit hoc ſacramentũ. Et laici ſumẽtes euchariſti- »
am aut infirmi, non dicuntur ſacrificare: ſed ſolum ſumere cõmu- »
nionẽ. Ergo neq; ſacerdos cõficiẽs & ſumẽs euchariſtiã dicit̃ ſacri- »
ficare. ¶ Reſponſio. Illa ſancti panis fractio quam circa domus fa- VI. Actu. 2
ciebant in eccleſiæ exordio apoſtoli: erat quidem ſacrę euchariſtię cõmunicatio atq; traditio, quã alijs credentibus in Chriſtum faciebant, non ipſius ſacrificatio. Negandũ eſt tamẽ, illã diſtributionẽ ſacramenti hanc ob cauſam eſſe factam: ut inſinuetur huiuſmodi ſacramentum non eſſe ſacrificiũ: Imbecilla nẽpe & inutilis eſt hęc illatio. Ea fractio ſacri panis circa domos: non erat ſacrificiũ· igitur nulla apoſtolorũ actio circa ſanctum illum panem: erat ſacrificium. Quoniam præter illã circa domos fractionẽ panis: ipſi apoſtoli in ſacris locis ad id dedicatis, fecerunt ſecundũ Chriſti inſtitutionẽ et ſpiritus ſancti inſtructionẽ, ipſius ſacri panis & calicis cõſecrationẽ & oblationẽ in miſſæ celebratione: & illa erat ſacrificiũ. ¶ Cõſimili quoq; ratione ceſpitat & ſecunda p̃ſentis obiectionis cõſecutio: hoc modo cõtexta, Chriſtus non in tẽplo aut altari, ſed in cœnaculo inſtituit hoc euchariſtiæ ſacramẽtũ: ergo ipm nõ eſt ſacrificiũ. Nam etſi Chriſtus myſteriũ admirandi huius ſacramẽti inſtituẽs, nõ ſacrificauerit illud eo tempore neq; obtulerit in templo deo cõſecrato, aut in altari, benedictione ſacerdotali applicato ad miſſæ celebrationem: haud tamen ex eo recte quis cõfecerit, quod illud ipſum tunc non ſacrificauerit aut obtulerit deo· quãdoquidem eo ipſo tempore illud uiuificum ſacramentũ ſub gemino ſuo ſigno cõſecrauit coram diſcipulis ſuis: in illa prima inſtitutione tanti myſterij. Huiuſmodi autem cõſecratio: fuit uera eiuſdem ſacramẽti oblatio, ut in cap. decimotertio huius libri: diffuſius eſt dictũ. Præterea, & templo & altari opus fuit ad offerẽdũ hoc ſanctiſſimũ ſacrificiũ: quando ex ordinatiõe eccleſiæ à ſpiritu ſancto ad id directæ, & modus & locus et ritus offerẽdi illius ſacrificij erat determinatus. Tẽpore autem nouiſſimę cœnæ, necdum ritus ille celebrandi hoc ſacrificiũ erat definit⁹: ſed poſtea ſancti ſpiritus magiſterio definiendus, Quod igitur in cœnaculo Chriſt⁹ nõ in tẽplo aut altari hoc cõfecerit ſalutare ſacramentũ: nullatenus cõuincit aut arguit, ipſum tunc illud non ſacrificaſſe, aut idem non eſſe ſacrificium.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Deniq; ex eo ꝙ laici ſumentes ſanctæ euchariſtiæ cõmunionẽ
& infirmi, non dicunť ſacrificare, ſed ſolũ cõmunicationẽ dominici
corporis percipere: haud recte colligit Lutherus in hac obiectiõe
poſtremo loco, ꝙ ſimiliter nec ſacerdotes conſecrantes ſanctã eu-
chariſtiã in altari: dicendi ſunt eã deo ſacrificare. Nam non omnis
ſumẽs ſacrã euchariſtiã: eſt eã ſacrificãs. ſicut & in ueteri lege mul
tis erat permiſſus uſus pariter & eſus eoꝝ quæ dño fuerãt ſanctifi
Leuiti. xx. cata atq; oblata in ſacrificiũ: qui nõ erãt ſacerdotes. E diuerſo aũt
oĩs ſacrificans & offerens hoſtiã ſalutarẽ in altari: eſt etiã ſecun
dum inſtitutũ eccleſiaſticũ eam ſumẽs. Itaq; laici duntaxat percipi
unt ſacroſanctã euchariſtiã: non aũt eã offerũt tanq̃ miniſtri alta-
ris, nec conſecrãt, quoniã ſacerdotali ordine nõ ſunt inſigniti: q ad
exercendũ ſacrificandi munus expoſciť. Sacerdotes uero & ſacri-
ficant ſingularẽ illam hoſtiã: & ſumũt eãdẽ, quoniã ſacerdotij fun
ctionem habent: ad id ſacrificij genus offerendum neceſſariam.
Porro quæcunq; ab octauo huius libri capite ad hunc uſq; locum
dicta ſunt: ad confutationẽ tertij dicti Lutherani in ipſa libri præ-
ſentis fronte poſiti magnopere faciunt, et ad omnimodam illius de
ſtructionem adducta putentur.

¶ Sacrũ miſſæ canonẽ, pie et recte compoſitũ eſſe: eun-
demq́; in magna ueneratiõe habendum. Cap. XVII.

I. CAeterũ quoniã hic aduerſarij noſtri Lutheri mos
eſt, reijcere cũ ſupercilio et aſpernari oĩa quantũ-
uis ſacra ac ſancta: q̃ eius aduerſanť aſſertiõi, eamq́;
potiſſimũ ob cauſam ſugillat impia reprehenſione,
in quarto ſuo dicto ſupra poſito circa libri hu⁹ prin
cipium, et ſacrum miſſæ canonẽ: plane aſtruentẽ ſanctiſſimũ eu-
chariſtię ſacramentũ in miſſæ officio conſecratũ, eſſe ſacrificium,
q̊d ille peruicaciter negat. expoſcit profecto hic locus et ſuo qui-
dem ordine: ut oſtẽdamus eundẽ canonẽ recte et ſancte cõtextũ
eſſe, atq; magno habendũ in precio. Quod nobis factu nõ erit diffi
cile: ſi primũ attẽdamus à quibus authoribus ſit cõpactus, deprehẽ
demusq́; ipſos fuiſſe uiros ſanctitate atq; doctrina cõſpicuos: & au
thoritate ſumma inſignes. ut q ſedis apoſtolicæ circa prima eccle-
ſiæ tẽpora moderationẽ geſſerit: & cõplures eoꝝ ſancto pro fidei
cõfeſſiõe martyrio, uitæ præſentis curſum cõſummauerit. Quibus
in ſummi

in ſummi pontificatus dignitate ſucceſſerũt aliȷ̄: præclara etiã eru-
ditiõe & uitæ ſanctimonia eximȷ̄ patres. qui partibus ſacri canõis
iã cõflatis à ſuis maioribus nonnihil adiecerũt ad pietatẽ, religionẽ
& tanti myſterȷ̄ (utpote miſſæ) dignã celebrationẽ maxime con
ducẽs. Neq; em̃ uno eodeḿq; temporis articulo & à ſolo uno au-
thore, totus ipſe canõ fuit ex oĩbus ſuis partibus integratus: ſed per
interualla tẽpoꝝ & à diuerſis accepit paulatim incrementũ, & de-
mũ ſuũ cõplementũ, nõnullis per poſteriores ſummos põtifices ad
priorũ contextũ ſenſim ſuperadditis. ¶ Neq; id authoritatẽ detra II.
hit aut põdus illi ſancto operi: ꝙ à diuerſis fuerit opificibus pedetẽ
tim cõpactũ. Tum ꝙ in illis omnibus, unus & idem erat ſupremus
architectus & author totius fabricæ, ſpũs ſanctus: ſuggerẽs ſingu-
loꝝ cordibus ea quæ ad celebrationẽ myſterȷ̄ ſacratiſſimæ eucha
riſtiæ in illa præcipua miſſæ parte forent adȷ̄ciũda. Tum etiã, ꝙ
poſteriores ſummi põtifices ſua authoritate approbarũt: quæ à p̃-
ceſſoribus ſuis fuerant in huius operis ſtructura collocata atq; ap-
poſita. Et ita qui extremã illi opificio impoſuit manũ: approbauit,
ratáq; habuit omnia, quæ à præcedentibus eccl'iæ catholicæ præ
ſidibus fuerãt ea in re elaborata. Vnde quaſi ab uno authore, ut il
lo poſtremo toti⁹ operis cõſummatore: pulcherrimũ illud opificiũ
uideri poſſit extructũ atq; cõpoſitũ. Tum deniq;, quia tam cõcinna
eſt ſingularũ partiũ unius ad aliã in toto illo ope cohærẽtia, tã apta
cõpago atq; iunctura: ut nihil in eo hiulcũ, nihil interhians, ſubſul-
tanſue deprehendat: nihil deniq; ad proximas partes male concin
natũ. ſed oĩa congrue, appoſite & affabre ſuis locis accõmodata:
atq; proximis altrinſecus particulis decentiſſime cõnexa. Vt q nõ
accepiſſet ex auditu aut librorũ lectione, totũ ipſum canonẽ à di-
uerſis authoribus eſſe per uarias tẽporũ ſucceſſiones integratũ: ex
ipſa totius cõtextus qualitate & facie in eam facile adduceret ſen-
tentiã, ꝙ unus & idẽ fuiſſet ipſius totius operis author. cõtinua cõ- III.
poſitiõe ſine tẽporis interpolatiõe id integre molitus. ¶ Traditur Nonnulli ca-
quidem Gelaſius, huius nominis primus ſummus põtifex, ipſum nonis miſſæ
canonẽ præſertim ordinaſſe atq; coadunaſſe ad quotidianũ miſſæ authores.
uſum. Leo uero primus, adieciſſe ad eũ qui prius erat in uſu: hanc
deprecatoriã particulã. Hanc igit' oblationẽ ſeruitutis noſtræ, ſed
& cunctæ familiæ tuæ: quæſumus dñe ut placatus accipias. Gre-

gorius aũt primus:adiunxiſſe tres illas cõtinue ſubſequẽtes petitio
nes,utpote dieſq; noſtros in tua pace diſponas: atq; ab æterna da
mnatione nos eripi,& in electorꝶ tuorum iubeas grege numerari.
Leo itidẽ primus illi ſententiæ,& quod tibi obtulit ſummus ſacer
dos tuus Melchiſedech, ſuperaddidiſſe legitur hæc ſacra uerba,
ſanctum ſacrificium, immaculatã hoſtiã. Et alij ſummi pontifices
diuerſo tẽpore alias ſacri canõis particulas adieciſſe prius cõpactis
traduntᷣ:inſtituiſſeq; cærimonias in ipſo miſſæ canone à ſacerdote
ſacra faciente obſeruandas. Quinimmo ex diuerſis locis luculentę
expoſitionis ipſius Gabrielis de canone miſſæ, nec non ex præcla
ro opere Platinæ uiri doctiſſimi: quod conſcripſit de ſingulorum
ſummorũ pontificũ uita, promptũ erit cuiq; deprehendere,nomi-
natimq; dinoſcere quoſq; ſummos pontifices,à quibus ſingulæ par
tes miſſæ, à principio ad eius uſq; finem, fuerint inſtitutæ, itidẽ &
ſinguli eius ritus,ordinati. ¶ Verꝶ tanta authorꝶ diuerſitas nihil cõ
cinnitatis aut gratiæ detrahit toti operi ſacri canonis: nihilq; illi adi
mit ponderis aut decoris. Tantus nanq; ipſi orationis ſacræ conte
xtui adeſt ſplẽdor & ornatus:atq; ſi ab uno eodẽq; authore prodi-
iſſet,continuo progreſſu cõpoſitus. Quod ſi qs pergat ea repudia-
re opera in unũ cõgeſta corpꝰ,quæ à uarijs confecta ſunt artificibꝰ
reijcienda nobis erit tota ueteris teſtamenti ſcriptura: ꝙ diuerſi e-
ius libri à uarijs ęditi ſunt ſcriptoribꝰ. Abijciẽda q̃q; erit ſimili rõne
& ſacra noui organi & inſtrumẽti pagina: ꝙ multiplices eius libri
multos etiã habeãt authores, à quibus ſunt cõſcripti. Deniq; & re
pudiandũ nobis erit ſymbolũ apoſtolorꝶ:uniuerſos orthodoxæ fi-
dei complectẽs articulos.ꝙ nõ ab uno authore ſed diuerſis ẽ cõpa-
ctũ:utpote a duodecim ap'lis quorꝶ ſinguli ſuũ cõfecerũt articulũ:
& ita collectos in unũ cõtulerũt. Sed qs tantam ferat rei indignita
IIII. tem:& extremas haſce ineptias? ¶ Deinde ſi ipſam ſacri canõis ſen
tentiam lubet attendere:tota ſancta eſt,pia & religioſa: nihil cõple
ctẽs quod aſpernãdũ ſit, diuinaq; maieſtate indignũ, aut quod me
rito quempiã offendere debeat. Siquidẽ partim deprecatoria ẽ o-
ratio: pro omni uiuentiũ gradu & defunctorum ſubleuatione. par-
tim ſanctorꝶ in cæleſti regiõe ꝑpetuo uiuentiũ cõmemoratiua: ad
impetranda illorꝶ ſuffragia. partim uero narratoria primæ inſtitu-
tionis ſacratiſſimi miſterij eucharistiæ: ſecundũ euangelicã ſenten
tiam.

tiam . Quid oro in omnibus his partibus occurrit: quod nõ ad pie
tatẽ, deiqꝫ honorẽ & cultũ probe attineat? quod itẽ legẽtis animũ
ad reuerẽtiã in deũ, ad ſyncæriorẽ deuotiõis affectũ, ad maiorem
etiã excellentiſſimi illius myſterij uenerationẽ: non excitet, erigat,
& prouocet? ¶ Sed nũc quid ſacro miſſæ canoni Lutherus inter » V. Luth.
cætera obiectet: audiamus. Cur canonẽ (inquit) uehamus tã ſub »
limiter? cũ ſuperius monſtratũ ſit: ſacrificos iſtos nõ uno mõ circa »
euchariſtiã delirare, ut nõ mirũ ſit: ſi & canõ eoꝝ alicubi deliret. »
Quis etiã nõ uideat: eũ eſſe cõpoſitũ ab aliquo uerboſo & parum »
ſpũali? Quid ẽm attinet: uerbis ita ſuperfluere? Hæc dona, hæc »
munera, hæc ſacrificia. Item, Hoſtiã purã, hoſtiã immaculatã. Et »
multa alia: in eo iuſte poſſunt redargui. Hęc Lutherꝰ. Cui acriter »
occurrendũ eſt, non ſacrificos ſecundũ eccleſiæ ritũ ſacerdotes ne
qꝫ canonẽ delirare: ſed ipſum potius extremo agi delirio, quo in to
tam debacchatᷣ eccleſiã. Verboſum itidẽ, eundẽ uideri, parũqꝫ ſpi
ritualẽ uirũ: qui talẽ de ſacro canone profert, totiqꝫ mũdo inuul-
gat ſententiã, qua prodit ſe deſtitutũ interno & ſpũali guſtu: quo
ſuccũ deuotiõis & pij in deũ affectus exugat ex ſacri canõis lecti-
one, percipiatqꝫ introrſum latentẽ ſpũalis ſenſus dulcedinẽ. Neqꝫ
id mirũ. Animalis ẽm hõ: nõ percipit ea quæ ſunt ſpũs dei. Qui 1. Corin. 2.
aũt zelũ habet & cõtentionẽ, qui ſacra diuinaꝝ rerũ contẽnit my
ſteria: nõne animalis eſt & carnalis? Et quomõ (ſcire uelim) po-
teſt is ſacerdos cũ debita animi deuotiõe & reuerentia in deũ, offi
ciũ miſſæ celebrare: qui talia ſentit, profert ac prodit de ſacro ca-
none, qualia euomit Lutherus? quẽ legens is qui ſacra facit: intẽ
tiſſimo debet animo in deũ ferri & tendere. Qui aũt fieri poſſit, ut
mentẽ ſupplicẽ erigat in deũ: qui hoc ipſum quod legit paruifacit,
faſtidit & intra ſe contẽptui habet? Neqꝫ in ipſo canõe eſt eiuſdẽ
rei per uerba ſuperflua inculcatio: ut oblatrat aduerſarius. ſed ar-
dentior pij affectus in deũ excitatio, uberiorqꝫ eiuſdẽ declaratio ꝑ
diuerſa uerba: unius pene rei deſignatiua. Quẽadmodũ nulla uer-
borũ ſuperfluitas in pſalmis hymnidicis eſſe putanda eſt: ubi ſæ-
penumero eadẽ ſentẽtia repetitis uerbis iiſdem, aut pene cõſimili-
bus orõnibus explicatᷣ, ad maiorẽ ſynceri affectus expreſſionẽ. ut
eo in loco, Diligã te dñe fortitudo mea: dominus firmamentũ me- Pſal. 17.
um & refugiũ meũ, & liberator meus. Deus meus adiutor meus:

& ſperabo

& ſperabo in eũ. Protector meus & cornu ſalutis meæ:& ſuſce-
ptor meus. Et in alĳs pleriſqꝫ alioꝝ pſalmoꝝ locis. Quãuis & uer-
ba illa (quæ ſuperflua cauſat̃ aduerſarius) diuerſas cõtineãt & deſi-
gnent rationes:ob quarũ uarietatẽ,eidẽ rei exprimẽdæ,nõ ſuper-
uacanee ſed legitime & decenter accõmodant̃. Enimuero quę of-
ferenda in ſacro miſſæ myſterio proponũtur:una quidẽ ratiõe, do
na dicunt̃.alia ratione,munera:&alia,ſancta ſacrificia illibata. Ipſa
quoqꝫ ſalutaris hoſtia iam à ſacerdote conſecrata:ob unam quidẽ
rationẽ pura dicit̃,ob aliã hoſtia ſancta,& adhuc ob aliã hoſtia im-
maculata. quẽadmodũ ipſius ſacri canonis expoſitores & interpre
VI. tes:dilucide ſuis literarĳs monumẽtis declararũt. ¶ Cęterũ non eſt
ſilentio hic p̄tereunda grauis illa calũnia & falſa criminatio:quam
impingit circa hũc libri ſui (quẽ improbamus) locũ de canõe miſſę,
Lutherus,uiris eccleſiaſticis;quãdo cõminiſcitur eos eundẽ cano-
nẽ euangelio p̄ferre,quod tamẽ nullus antiquoꝝ patrũ aut recen-
tioꝝ:factitaſſe legitur. Siquidẽ poſt multa ampulloſa & ſeſquipe-
dalia uerba:ipſe Lutherus quaſi claſſicũ uictorię canẽs,celebreſqꝫ
» ex hoſte buccinãs triũphos ſuos,ita profat̃. Quare hic uicim⁹;&di
» cim⁹. Cede canon euãgelio,&da locũ ſpiritui ſc̄tõ:cũ ſis uerbũ hu
» manũ. Deinde paucis interiectis,de eodẽ canone uerba faciẽs ſub
» nectit. Dicamqꝫ ei iuxta parabolã. Domine canon,uos eſtis inuita
» tus ad nuptias:& ſediſtis primo loco. Sed ecce honoratior eſt inui-
» tatus:immo ipſe dn̄s inuitator adeſt. Date ergo huic locũ:& ſedea
» tis nouiſſimo loco cũ rubore. Cur non in eo ſediſtis ab initio? Si ha
» betis aliquẽ pium ſenſum, quẽ uiolẽter emũctis literis exprimere
» quis poſſit:habeatis. Sed uos a p̄te cõtra euãgeliũ ſonatis:ideo uos
» dãnamus & cõtẽnimus authoritate euãgelĳ. Hæc ſunt Lutheri
ad canonẽ miſſæ uerba:magis excipienda riſu, quinimmo potius
explodẽda & exibilãda:q̃ ſerio cõfutãda. Qua em̃ cõiectura duci
tur Lutherus in hãc ſentẽtiã:ꝙ canon ſe uoluerit euãgelio prępo
nere,admonẽduſqꝫ ueniat ꝙ euãgelio cedat? Eſt certe ſuo gradu
& loco cõtentus canon:quẽ inferiore q̃ euãgeliũ ſtatiõe ex ſancto
rũ patrũ definitione eſt ſortitus. Idcirco parabola illa euãgelica,idẽ
canon inepte,inſulſeqꝫ cõpellat̃ à Luthero:ut relicto primo accu-
bitu,ad poſtremũ ſe trãſferat. Neqꝫ quippiã in toto ſacri canonis
ambitu offendere quis poſſit:quod aperte aut etiã clãculũ ſonet
contra

contra euāgeliū, ut ſuperiora dicta diffuſius mōſtrarūt. Quo fit, ut mendaciſſime hic Lutherus aſtruat: ipſum canonem cum euangelio pugnare, perperam etiam uocet eundem, uerbum humanū: cū non tam ex hominibus quā ex deo ſit, multaſq; ſacræ ſcripturę ſententias complectatur. Deinde in ipſos domini ſacerdotes uirulentam exacuens linguam: in hæc uerba prorumpit. Et multa alia in eo (canōe inquam) iuſte poſſunt redargui: licet ab iſtis ſacerdotib' ſuis eleuatus ſit ſupra omnes articulos fidei. Nihil enim ſanctius habēt hoc canone: adeo ut & ipm̄ euāgeliū ei collatū ſordeat corā eis. In quo tamē nihil à morib' ſuis alienū faciūt: cū aliud nō ſtudeāt q̄ ut iactent humana, contemnāt diuina: obſeruēt quæ nulli' precij ſunt, negligāt quę ſummi precij ſunt. Negamus itaq; et damnamus canonē in hac parte: tanq̄ aduerſariū euangelij. Hæc Lutherus. Quæ quoniam contumelijs ſcatent apertiſq; calumnijs: nequaq̄ digna uidentur, quibus aduerſa adhibeatur reſpōſio. Id uerū dixiſſe ſufficiat, neminē eſſe (ut reor) ſacerdotū, qui canonē ipm̄ aut articulis fidei pręferat aut pluris faciat q̄ euāgelium. Quod ſi talem quēpiam deprehēderit Lutherus: proferat eundē in mediū, ut ab eo errore in rectam ueritatis uiam reducatur. ¶ Porrò q̄uis canonem inferiore cōſtituendū loco fateamur quā ſacrum euāgelium: nō tamē uſqueadeo deprimere eundem debemus, ut dicamus quæcūq; in eo ex ſacris literis ſunt deprompta, magnifaciēda quidem eſſe: reliqua uero omnia in ipſo contenta, modici admodū eſſe momēti & parui ponderis: quemadmodū nonnulli, Lutherano fortaſſe fucco incauti' hauſto, docuiſſe ferūtur. Nempe etſi ad eximiā euāgelij dignitatē nō accedat ipſe ſacer canon: haud tamē idcirco floccipendendus eſt, aut tanquā futile quippiam abijciendus: ſed pro ſuæ qualitatis & conditionis ratione, magna ueneratione obſeruandus. Perinde atq; argentum nō eſt tanquā lutū habēdū, aut aſpernādū penitus: quanquā ad rutilū auri fulgorem & precium non pertingit. Neq; menſtrua luna neq; ſubluſtres aſtrorum ignes, parui à nobis debēt fieri: quāuis coruſcū phœbeæ lāpadis nō præferant ſplēdorē. Eſt enim & argento ſuū pciū licet auro inferius. Eſt etiam lunæ & nocturnis ſideribus ſua claritas: tāetſi iubare ſolari longe ſit minor. ¶ At uero cū in profundū malorum proruens aduerſarius noſter, ſubiungit in quarto ſuo dicto, quod VII. VIII.

præſenti capite excribramus: priſcos ipſos patres etiam ſanctos pec
caſſe, qui ipſo ſacro canone ad pagendũ miſſæ myſteriũ ſunt uſi:
Eſaiæ.5 in dirã illam & terribilẽ cõminationẽ, Eſaiæ organo annũciatã ui
detur incidere. Ve qui dicitis malũ bonũ, & bonũ malũ: ponẽtes
tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras: ponẽtes amarũ in dulce, & dulce
in amarꝝ. Haud multũ ꝑfecto diſſimilis eſſe uidetur in hoc nego
Lucæ.11 cio, ſcribis & Phariſæis, peſtiferis diuinoꝝ operꝝ calũniatoribus. q
Chriſtũ eijcientẽ ſpiritus immundos in uirtute dei: oblatrarũt in
Mat.9. principe dæmoniorũ eijcere dæmonia. dimittẽtẽq; hominib⁹ pec
Ioan.5 cata ꝓ ſua dulciſſima benignitate: dixerũt in deũ eſſe blaſphemũ:
& curantẽ ſabbato languidos incuſarunt: ut uiolatorem ſabbati &
tranſgreſſorẽ legis. omniaq; cãdida, atro animi liuore uerterũt in ni
grũ, quos ea in re ſummopere deteſtanda: iiſdem ueſtigiis cõſecta
tur Lutherus. Sed mirũ id cuiq̃ uideri nõ debet: ꝙ cẽſeat ortho-
doxos patres & ſanctos, in ipſo ſacri canonis uſu cõtraxiſſe pecca-
ti labẽ. ut qui ea teneatur opinione, immo pertinaci aſſertiõe, ꝙ o-
mnia opa noſtra, quantũuis bona & recta, ſint pctã: & optimũ q̃d-
q; opus humanũ quantũlibet recte factũ, ſit pctũm. Verũ abſur-
dá illa & irrationabilis poſitio: ſatis à nobis reprobata eſt in libri ꝓ-
cedentis capite uiceſimoſeptimo.

¶ Officiũ eccleſiaſticũ de ſancto euchariſtiæ ſacramẽto:
luculẽter & ꝓclare eſſe cõpoſitum. Cap. XVIII.

1. PRæterea ſugillat Lutherus in eo quẽ improbamus
libro ſuo (quẽadmodũ ex quinto ei⁹ dicto, ſupra an
notato: & in hoc capite, penitus euertẽdo, plane cõ-
ſtat) officiũ eccleſiaſticũ: quod in annua celebritate
ſanctiſſimi euchariſtię ſacramenti à tota eccleſia cũ
ingẽti ueneratiõe quotãnis decãtari ſolet. ut nihil relinquat ipſe nõ
rep̃hensum aut uituperatũ: quod ad tãti myſterij dignã celebrati
onẽ & cultũ attineat. q̃ſi debita opa bellũ indixerit huic ſacratiſſi-
mo & omniũ digniſſimo ſacramẽto: animoq; conſtituerit, id omne
quod ad ipſi⁹ ſpectat honorationẽ, ſuſtollere atq; demoliri. Sed o-
peræpreciũ fuerit, hoc in loco uerba eiuſdẽ referre: quæ fidẽ faci-
ant irreligioſitatis ipſius, & ſubſannatiõis in dictũ officiũ eccleſia-
» ſticũ, & eius authorẽ. Extat (inquit Lutherus in eo, quẽ nunc cõ-
» uellimus, libro) hiſtoria corporis Chriſti, ſic tortis deprauatisq; ſcri
pturis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pturis cōſuta:ut uideatur à ſummo dei hoſte cōflata,niſi ſint alicu- »
ius phrenetici aut arreptitij ſomnia. Ibi Melchiſedech, ꝓducitur: »
panē & uinū offerens. producitur hœdus filiorū Iſraēl immolatꝰ, »
panis ſubcineritius Heliæ:carnes Iob,manna patrum,Iſaac immo »
latus. Et qd nō? Hæc omnia ſunt bello iſti authori:figuræ eucha- »
riſtiæ. Mirum,quod & aſinā Balaam, & mulā Dauid nō intexu- »
erit:cū non minus apte potuerint figurare,quod ille aſinus & mu- »
lus p̄dictis hiſtorijs figuratū uoluit. Hæc ille. Quæ uero ſequunt »
continuo ad eandē pertinētia materiam : ſilētio potius ſupprimēda
ſunt & perpetuis damnāda tenebris,quàm in uulgum efferenda,
ob acerba atq; irriſoria in ſummum pōtificē ſcommata , indignaq;
diuinis rebus uerba:quæ phanatico correptus ſpiritu deinde effu-
tit. Sed nec ipſa quæ modo citauimus eiuſdē dicta , protuliſſemus
in publicum:niſi quædam nos ad id perpuliſſet neceſſitas,ad fidem
ſcilicet faciendā eorū impiorum dogmatū quæ Luthero impingi-
mus,ne falſo eidem à nobis aſcripta putētur. Sunt enim p̄dicta uer
ba:penitus cōtumelioſa,probrorūq; plena in authorē celebratiſſi-
mi illius officij:quē ſummū dei hoſtē mendaciſſime uocat, cuiꝰ itē
ſanctas ac religioſas ſententias prędicto intextas officio:dicit eſſe
alicuius phrenetici aut arreptitij ſomnia. quem deniq; acerbiſſimo
conuitio aſinum & mulum cognominat Lutherus:in omnes uiros
doctos & ſanctos rabidus oblatrator , maledictiſq; inceſſens uni-
uerſos. Vt igitur tantæ illius occurramus improbitati, hoc loco a-
periēdum eſt & commōſtrādum: prædictum officium nihil in ſe
cōtinere,quod iure queat reprehēdi,quinimmo ipſum egregia cō
mēdatiōe dignū eſſe,ſummiſq; efferēdum laudibus. Et quoniam
artificis induſtria & excellētia,magnam ſolet afferre laudem ſuo
operi:nō deeſt ea ex parte commēdandi illius officij (quod in cele
berrimæ ſolennitatis ſacramēti euchariſtiæ horis canonicis & my
ſterio miſſæ: ex inſtituto eccleſiaſtico,ſingulo quoq; anno concini
tur) ampla materia. Siquidem author illius fuit ſanctus Thomas Thomas Aquinas.
Aquinas,ſacri ordinis prædicatorū iubar illuſtre & decus eximiū:
nō minus inſigni uitæ ſanctitate, quā omnimodæ doctrinæ,p̄ſer-
tim theologicæ ſplēdore p̄fulgēs. Qui incitatus hortatu Vrbani
quarti ſummi pontificis,ſingulari deuotione ad ſacroſanctum eu-
chariſtiæ myſterium affecti : id totum (ut in catholica lectitatur



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& frequentat̃ eccleſia) officiũ contexuit. queadmodũ aperto de-
mõſtrat argumẽto, inter opuſcula eiuſdẽ authoris inſertũ atq; nu
meratũ unũ opuſculũ: quod totũ id officiũ tanq̃ à beato Thoma
II. cõpoſitũ cõplectit̃. ¶ Commẽdandus quidẽ eſt maiorẽ in modum
Vrbanus quartus. prædictus apoſtolicę ſedis moderator: ꝙ ſolennitatẽ illam annuam
in uenerationẽ ſacratiſſimæ euchariſtiæ celebrandã publice ſanxe
rit. illiuſq; ſanctionis perpetuũ monumentũ poſteris reliquerit: q̃d
Clemẽtinis conſtitutiõibus inſertũ legit̃, titulo de reliquijs & uene
ratiõe ſanctoꝶ, cap. ſi dominũ. legiq; digniſſimũ merito cenſet̃: ob
admiranda excellentiaq; præconia altiſſimi illius myſterij (quod
omni laude ſuperius eſt & eminentius) in eo cumulatiſſime ſyn-
ceroq; deuotiõis affectu cõmemorata. Nec minus itidem cõmen-
dandus, idem ſummus totius eccleſiæ præſes: ꝙ tantũ & talẽ dele
gerit uirũ (ſanctũ Thomã dico) cui prouinciã cõmiſerit conficien
di pro rei dignitate illius officij, eumq; ad obeundũ id munus pon
tificia authoritate excitauerit & induxerit. In quo quidẽ delectu,
falſus nõ eſt nec eluſus Vrbanus: ꝙ aliũ quẽuis ea tẽpeſtate nan-
ciſci uirũ uix bene potuiſſet, cui illã crediſſet curã, tã feliciter &
accurate expediendã, ut res ipſa, tacentibus etiam linguis: ſatis ſu-
perq; loquit̃. Nempe ſicut operis cuiuſq̃ excellentia & magnificẽ
tia ſuũ prodit artificẽ, artiſq; ipſius eminẽtiã apertis teſtat̃ indicijs:
quinetiã ipſos opificij ſpectatores rapit in cõmendationẽ authoris,
quẽ tamẽ ignorãt: ſic totũ illud officiũ (ad quancũq; eius partẽ cõ
tuendã te cõuertas) ſui authoris declarat ſingularẽ doctrinã, & mẽ
III. tem in ſacris literis exercitatiſſimã. ¶ Si enĩ antiphonas ipſas ſpe-
ctes: ſingulæ ex aliquo ſibi reſpondente pſalmo ſunt depromptæ,
& tanti ſacramẽti myſterio aptiſſime accommodatæ. Sin uero ad
reſponſoria prædicti officij uertas obtutũ: ea omnia hac arte cõte
xta offendes, ut quodq; eoꝶ ex uno ſacræ ſcripturæ teſtamẽto de
ſumptũ ſit: uerſus uero illi reſpondẽs & annexus, ex altero diuina
rum literaꝶ inſtrumẽto. Enimuero ſi reſponſoriũ ex ueteris orga
ni pagina decerptũ eſt: uerſus illi ſubiunctus ex nouæ legis codice
depromit̃. Et cõtra ſi reſponſoriũ ex noui inſtituti corpore deſumi
tur: uerſus illius, ex antiquæ legis ſcriptura deprõptus cernit̃. Exẽ
pli gratia, id reſpõſoriũ: in primis tantæ ſolennitatis ueſperis decã
Lucæ 14. tari ſolitũ. Homo quidã fecit cœnã magnã: & miſit ſeruũ ſuũ ho-
ra cœnę

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ra cœnę dicere inuitatis ut uenirēt, quia parata ſunt omnia. ex no-
ui teſtamenti pagina accipitur: utpote ex decimoquarto euange-
lij ſecundū Lucam capite. Eius autē uerſus. Venite, comedite pa Prouer. 9.
nem meū: & bibite uinū quod miſcui uobis: ex ueteris legis accipi
tur codice: utputa ex nono prouerbiorum capite. E diuerſo id re-
ſponſoriū: quod in officio matutino prędictæ ſolennitatis eſt ordi
ne tertium. Reſpexit Helias ad caput ſuū, ſubcineritiū panē. qui 3. Regū 19.
ſurgēs comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius uſqꝫ
ad montē dei. ex antiquæ legis prōptuario eſt acceptū: ſcilicet ex
tertij libri regū capite decimonono. Verſus uero illi continuo ſub Ioann. 6.
iectus. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in æternū. ex no-
uæ legis pagina deſumptus eſt: uidelicet ex ſexto euangelij ſecun-
dum Ioannē capite. Idem quoqꝫ in cæteris omnibus illius ſolenni-
tatis reſponſorijs exactiſſime obſeruatū cōperitur: & eo quidem
artificio atqꝫ ingenio, ut in unoquoqꝫ eorū aut figura aliqua expri-
mat antiquæ legis: tanti myſterij repræſentatiua, aut nouæ legis
ſentētia: exhibitā tanti doni cœleſtis gratiā nobis indicans. ¶ Sed IIII.
quid hymnos diei illius ſolennis cōmemorē: ꝗ ſuaui decurrant mo
dulatiōe, quanto ſentētiaꝝ pondere abūdent, quantaqꝫ myſterio
rū exuberent plenitudine? Quid ſucculentius (ut interim cætera
taceā) hoc uerſu hymnico: quadrifida Chriſti in nos bñficia pau-
cis uerbis cōplectētē? Se naſcens dedit ſociū, cōueſcens in eduliū:
ſe moriens in preciū, ſe regnās dat in præmiū. Quid itē ſyncęrius
hoc uerſu: inuocatoriā orōnem ad ſanctā euchariſtiā cōtinēte? O
ſalutaris hoſtia, quæ cœli pandis oſtiū: bella premūt hoſtilia, da ro
bur, fer auxiliū. Qui hoc tempore calamitoſo, grauiqꝫ & diuturno
bellorū turbine exagitato: à toto clero ſæpius decantandus eſt, ut
à deo pacis & dilectiōis, populo Chriſtiano placidæ pacis munera
tandē impartiant: & turbulēta prælioꝝ rabies cōquieſcat. ¶ Po- V.
ſtremū ſi proſam ipſam, in ſolenni miſſæ officio concini ſolitā attē
das: nihil illa concinnius aut ſuauius inuenias. Gratiſſima quippe
in ea rithmorū ſonoritas: & dulciſſima percipit uocalitas. Myſteri
orū uero ſacroſanctā euchariſtiā concernentiū tanta inibi exprimi
tur altitudo, pariter & multitudo: ut ipſam qdē, doctiſſimi uiri the
ologi opus eſſe, ex ipſo rei aſpectu liquido cōſtet. Et ut cætera prę
teream: unicus ille uerſus. In figuris præſignatur, cum Iſaac immo

 latur:

latur: agnus paſchæ deputaẽ,datur manna patribus, tres cõplecti-
tur antiquę legis figuras umbratiles: hoc ſacramentum admirabile
Gene. 22. præſignificãtes. Siquidẽ Iſaac ad immolandũ ductus à patre: Chri
Roma. 8. ſtum præfigurauit, traditũ pro nobis omnibus à deo patre in mor
Ephe. 5. tem, immo & qui ſeipſum tradidit oblationẽ & hoſtiam deo in o-
dorẽ ſuauitatis. Neq; fuit hic opus adducere, in figurã huius myſte
Numer. 2. rij eucharistiæ: & aſinam Balaam (quæ, domino aperiẽte os eius:
3. Regũ 1. humana uerba perſonuit) & ipſius Dauid regis mulã: cui inſidens
Salomõ iuſſu patris, ut ungereẽ in regem eſt deuectus, quẽadmo
dum de rebus ſacris cachinnũ mouens impius Lutherus: ſcurrili-
ter & more nebulonis proponit, inquirens per ludibriũ: cur & illi
us aſinæ & mulæ nõ meminerit author prædicti officij eccleſiaſti
ci, easq; inter cæteras myſterij ſanctæ euchariſtiæ figuras nõ addu
Prouer. 26 xerit aut recenſuerit. In promptu nanq; eſt rõ (etſi ſtulto iuxta ſtul
tiam ſuã reſpondendũ nõ eſſe ſcite admoneat Sapiens) quoniam
aſina illa & mula nihil habuere cognatiõis atq; habitudinis ad tam
ſublime myſteriũ: neq; in aliquo referebãt eius imaginẽ & figurã.
idcirco nõ eſt inter cæteras tanti ſacramẽti figuras: facta illarũ men
tio. Non enĩ debet quicq̃ tanq̃ figura afferri: quod nullam rei fi-
VI. guratæ gerit ſignificationem. ¶ Reliquæ autẽ figuræ omnes quæ
afferuntur in illius officij eccleſiaſtici contextu: aliquem habent
aptum reſponſum atq; affinitatem quandam ad proprietates &
conditiones eximias ſacramẽti euchariſtiæ, ſenſibiliq; forma & ma
teriali: inſinuant ſpiritualem ipſius dignitatẽ. Vt agnus paſchæ ty
picus (quæ ſecunda eſt figura: prædicto, proſæ de uenerabili ſacra
mento, uerſu comprehenſa) repræſentabat hanc ſalutarẽ hoſtiam
pro nobis in cruce immolatã: cuius uirtute, à pricipis tenebrarũ im
Exodi. 12. perio ſumus liberati, quemadmodũ populus Iſraëliticus per ſuum
agnũ paſchalẽ: à iugo duriſſimo Pharaonis. Manna uero Iſraeli-
Exodi. 16. ticũ (cuius tertio loco meminit prædictus uerſus: ex proſa ſolenni-
tatis ſacramentalis adductus) in deſerto ſubminiſtratũ cælitus He
Ioann. 6. bræis: panem hũc uerũ & uiuũ qui de cœlo deſcendit, cõgrua pro
portiõe ſignificat. Demũ ſubcineritius ille panis, quẽ reſpexit He-
3. Regũ 19. lias ad caput ſuũ: comeditq;, & in fortitudine cibi illius ambulauit
uſq; ad montẽ dei Oreb, ut reſponſoriũ prius adductũ refert: eun
dem inſinuat panẽ uiuificũ, ſub cinere noſtrę mortalitatis excoctũ
igne

igne acerbiſſimæ paſſionis & feruẽtiſſimæ charitatis qui factus eti
am eſt uiaticũ noſtræ peregrinationis: ut eius ductu et uirtute tan
dẽ pueniam⁹ in montẽ illũ dei excelſum: ubi uidebit deus deorꝫ in
Sion. Et hũc in modũ cæteræ figurę omẽs: in illo officio celeber-
rimo adductæ: præclarũ aliq̃d et ſublime deſignãt myſteriũ, quod
in ſancta euchariſtia ut ueritate et exẽplari eminenter elucere con
ſpicit. Non ergo cõtemnat quiſq̃ alto ſu pcilio irreligioſoq; ſpiritu,
celebratiſſimũ illud & ingentis excellentiæ atq; dignitatis officiũ:
de ſanctiſſimo euchariſtię ſacramẽto cõpoſitũ. ne illo contemptu,
& deũ & ſupercæleſte ſacramentũ (quod per illud decentiſſime
laudatur) aſpernari & ſubſannare cõuincat. ne deniq; in ſuæ impi
etatis pœnã, illorꝫ aſcribat numero: de quibus ait propheta in pſal. Pſal. 2.
Qui habitat in cælis, irridebit eos: & domin⁹ ſubſannabit eos. Tũc
loquet ad eos in ira ſua: & in furore ſuo conturbabit eos. aut eorũ: 1. Regũ 2.
de quibus ait dominus. Qui contemnunt me erunt ignobiles.

¶ Q. recte cõſtitutũ ſit uerba cõſecratiõis panis & calicis, de
bere eſſe ſecreta illorumq; formã, à quopiã mutari nõ
poſſe: citra proprie ſalutis iacturam. Cap. XIX.

VNum certe uidetur Lutheri fuiſſe ſtudiũ ac moli- I.
men quicquid ad ecclesię honeſtatẽ & ornamentũ
attinet, quicquid item in ea rite decenter & probe
ordinatũ eſt: conuellere, reſcindere, atq; ſubuertere.
Quod cum ex præcedẽtibus, tum ex ijs quæ ex eo
proponenda ſuperſunt: conſpicuũ omnibus eſſe facile poterit. E-
nimuero in ſexto ſuo dicto, in primo hui⁹ libri capite poſito (quod
omnino, & quantũ ad tres eius partes: in hoc capite conabimur eli
dere) cõſtitutionẽ illam etiam improbat impudens: qua rectiſſime
cautum eſt in ſancto miſſæ miniſterio uerba cõſecratiõis debere
eſſe ſecreta, uoceq; ſubmiſſa à ſacerdote proferenda. contendens,
ut eccleſiaſticis aduerſetur inſtitutis (nam rectis maiorum legibus
contradicendi ſtudio: totus geſtiens agitur, fertur & rapitur) illa
omnibus eſſe debere uulgata. ¶ Sed parum conſiderauit Luthe II.
rus, hoc dicens: in quanta reuerentia ac ueneratione, uerba illa
ſacratiſſima ſunt habenda, quantique facienda. quæ ſi palam &
alta uoce proferrentur coram populo aſtante: uileſcerent tam fre-
quenti auditione, atque ſordeſcerent tali diuulgatione. Immo ea-
dem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem ſacra uerba ædita in publicum, poſſent à laicis ad uſum incō-
ceſſum accōmodari: & temerario auſu ſuper ipſius ſacramenti ma
teriā ab eis præter ipſorū officiū proferri. Quod nonnulli quon-
dā ſuperba p̄ſumptione tentaſſe legūtur: & p̄ſentes ultrice dei de-
xtra dediſſe pœnas. Ne igitur inuulgata ea uerba ſanctiſſima, ha-
beantur cōtemptui & floccipēdātur à uulgo, ne'ue ad illicitū con-
uertātur uſum à plebe: prudētiſſime ſancitum eſt à priſcis patrib⁹
eccleſiæ ſanctę primoribus, nō modo uerba ſancta cōſecratiōis, ſed
& totum ſacrum canonē, demiſſa uoce à ſacerdote ſacra faciente
legi debere: ut ſilentio honoretur magis, & ſecreta lectione habea
tur auguſtior. Quod etiā ſymbolo quodā & ſigno myſtico ſignifi
Nume. 4 catū eſt in ueteri teſtamēto: ubi per Moyſem p̄cepit dn̄s ipſi Aa-
ron & filiȷs eius, ut ſoli ingrediētes tabernaculū: omnia eius uaſa in
uoluerēt. & cum mouēda eſſent caſtra: illa portanda ſingulis filiȷs
Caath diſtribuerēt. Ipſi uero filiȷ Caath ac cæteri: nulla curioſita
te uiderēt quę ſunt in ſanctuario, priuſquā inuoluerentur, alioqui
morerentur. Quod quidem p̄ceptū ſub figurarū inuolucro nobis
ſubindicat, in noua lege (quæ ueritas eſt & exemplar ueteris) uer
ba illa quæ ad offerendū ſingulare illud ſacrificiū ſunt ſanctiſſi-
me ordinata & peculiariter adaptāta: cum magna reuerētia cōtegi
III. Dionyſius. debere, imperuiaq; & inacceſſa uulgo fieri. ¶ Cōſonat huic ſacro
inſtituto & beatus pater Dionyſius: circa principiū libri de cæleſti
hierarchia, his uerbis Timotheum (ad quem opus illud ſcribit) cō
pellans. Tu autem ò fili, iuxta quod ſancit noſtra piȷſſima ac ſa-
croſancta traditio: & ipſe quæ ſancte dicūtur, cōgrua ſuſcipe pieta
te, ac diuina diſcendo, diuinus efficere. & ſancta mētis receſſibus
cōdens: ea ut eximia & cōiungēdi nos deo uim habētia ſingularē,
Mat. 7 à prophana multitudine inuiolata cuſtodi. Nefas enim eſt (ut ſa-
cra teſtantur eloquia) ſpiritualium margaritarum puriſſimum il-
lum ac permixtionis ignarum, perlucidumq; decorem & ornatū,
totius uenuſtatis authorem: in porcos abiȷcere. Idem quoq; circa fi
nem libri de eccleſiaſtica hierarchia: eandem confirmat ſententiā
dicens. At uero efficientes conſecrationis preces, fas non eſt ſcri-
pto interpretari: neq; ipſarum arcanum, ſiue illas quę in his ex deo
fiunt uirtutes, è ſecreto in publicum efferre. Hæc ille. Quæ aūt p̄
ces: ſunt efficiētes cōſecratiōis; nōne ſanctæ illæ oratiōes, quæ in

ſacra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſacro miſſæ canõe & ante cõſecrationẽ ſalutaris hoſtiæ & poſt cõ-
ſecrationẽ ponũtur:cõiunctæ ſanctiſſimis Chriſti uerbis, quib⁹ cõ
ſecratio cõficitur. Fas igitur nõ fuerit, iuxta diuini patris Dionyſii
ſententiã:uerba illa cõſecratoria cũ antecedẽtibus & ſubſequenti
bus orationibus,proferre in propatulũ , ſed ſuppreſſa manere de-
bent & tacita. ¶Præterea ſugillat aduerſari⁹ noſter in eodẽ ſexto IIII.
ſuo dicto,prius citato: & hãc ſentẽtiã ueritati maxime cõſentane-
am,quod mutantes formam uerborũ cõſecratiõis ab eccleſia præ
ſcriptã:peccati mortalis labem cõtrahant.cum tamẽ euãgeliſtę(in
quit)& Paulus:nullam certam & eãdẽ formã deſcripſerint. Sed di
cat(oro) Lutherus,nõne graui culpæ obnoxi⁹ eſt miniſter:qui prę
ſcriptã à dño ſuo regulam & obſeruari quidẽ facilẽ,aut inerti ne-
gligẽtia trãſgredit.aut ex electiõe & certa malitia infringit. Quiſ-
que autẽ ſacerdotũ ſacra faciens , in altiſſimo illo miſſæ myſterio
eſt miniſter eccleſiæ ſanctę:a qua accepit certam uerborũ formã,
ad cõſecrationẽ ſacroſanctę euchariſtiæ pficiẽdã. Ergo eã formã
nõ obſeruãs,uel ꝓpter incuriã & minus exactã attẽtionẽ, uel pro
pter animi nequitiã uolentis nouitatẽ aliquã inducere,uel ſuo ſen
ſu,alia ꝗ̃ definierit eccleſia,uti uerboꝝ forma:haud dubie re⁹ effi
citur mortiferi delicti. Neq; ad culpæ illi⁹ excuſationẽ aut extenu
ationẽ , quippiã facit idipm̃ : quod pro ſua ratiõe de euãgeliſtis &
beato Paulo adducit Lutherus.eos ſcilicet nullã certã uerborum
formã attinẽtem ad conſecrationẽ , conſcripſiſſe. Quoniã ſinguli
eorum narrationẽ inſtitutionis altiſſimi ſacramenti euchariſtiæ te
xere ſtuduerũt,reiq; geſtæ ueritatẽ deſcribere:nõ autem formam
certam uerboꝝ qua uſus eſt Chriſtus in illius inſtitutiõe myſterii,
aut qua uti debeat eccleſia in conſecratione,exprimere. Idcirco eã
dem ſentẽtiã diuerſi:uario uerborum cõtextu explicueũt.neq; ſu-
is ſcriptis præſcripſerunt legem eccleſiæ , aut certã determinarũt
formã:qua debeat eccleſia in cõſecratione ſancti panis & calicis ſa
lutiferi,ſemper uti. ¶Cæterũ in decretaliũ epiſtolaꝝ libro tertio, V.
titulo de celebratione miſſarũ,cap.cũ Marthæ. Innocẽtius tertius
ſcribẽs Lugdunenſi archiepiſcopo,diffuſe & luculẽter oſtẽdit:ꝙ
ſiqua uerba ſunt in canone miſſæ(ea præſertim parte:quæ ad cõ-
ſecrationem panis & uini attinet)quæ ab euangeliſtis dicta nõ fue
runt:nos credere debere, quod ea apoſtoli à Chriſto,& ab apoſto-

lis eorũ ſucceſſores acceperũt. Declaratq; ibidem particulatim: quo modo ea quæ ultra expreſſionẽ euangelij addunt in canone miſſe (ut hæ tres particulæ. ſubleuatis oculis in cælum, æterni teſtamenti. myſterium fidei) poſſunt ex alijs locis euãgelij comprobari. Demum in fine huiuſmodi diſcuſſionis: hãc ſubnectit ſententiã. Credimus igitur, quod formam uerborũ ſicut in canone reperitur: & à Chriſto apoſtoli, & ab apoſtolis eorũ acceperint ſucceſſores. Cui quidẽ ſentẽtiæ à tota eccleſia approbatæ ſtãdum eſt: neq; in dubium trahẽdum aut fluctuãdum animo, quęnam certa ſit forma uerborum: qua uti debeat ſacerdos in cõſecratiõe ſacramẽti eucharistiæ. Nemini enim addubitare nunc licet aut hæſitare: quin ea ſit una & certa forma, qua hactenus uſa eſt & quotidie utitur eccleſia ſancta. à qua ne trãſuerſum quidẽ (ut aiũt) unguẽ diſcedere: cuiq;

VI. datũ eſt. ¶ Inſuper & eam reprobat laudabilẽ obſeruationẽ Lutherus in ſexto ſuo dicto prius poſito: quod nõ liceat niſi unctis digitis hoſtiã tãgere, cũ tñ illa iã cõſecrata (inqt) à palla & calice a lijsq; rebus inanimis tãgatur. Verũ hæc proponẽs, minus attẽdere uidetur: q cuiuſpiã rei ſacrę dignitas & ſanctitas eo cõprobatur indicio apud homines, quod nõ cuiuſuis oculis pateat aut manib' cõtrectari poſſit: ſed eorũ dũtaxat, qui ſacris initiati ſunt, & eccleſi

2. Regũ. 6. aſticæ ſorti addicti. Enĩuero legitur Oza, quoniã ultra ſuæ ſortis cõditiõem manũ arcæ admouerit: ſubita morte à domino fuiſſe p

Nume. 4. cuſſus ob ſuam temeritatẽ. In libro etiã Nũeri, legimus iuſſiſſe dominũ, quod quãdo mouẽda eſſent caſtra: filij Caath portarẽt uaſa ſanctuarij inuoluta ab Aaron & filijs eius, & nõ tãgerẽt ea, ne moriãtur. Et canonicis ſanctionibus prohibẽtur laici, manibus attrectare rem ſacrã: ut calicẽ aut hoſtiã cõſecratã. Siquidẽ in libro decretorũ, diſtinctiõe uiceſima tertia, capi. ſacratas. refertur Soteris

Soter papa ſummi põtificis cõſtitutio: qua, phibuit mulieres deo dedicatas cõtingere uaſa ſacrata & ueſtimẽta altaris, ſcribẽs in hunc modũ omnib' epiſcopis Italiæ. Sacratas deo fœminas uel monachas, ſacra uaſa uel ſacratas pallas penes uos cõtingere, & incenſum circa altaria deferre: perlatũ ẽ ad apoſtolicã ſedẽ. q omnia, rephẽſione plene eſſe & uituperatiõe: nulli recte ſapiẽtiũ dubiũ eſt. Quapropter huius ſanctæ ſedis authoritate: hæc omia uobis reſecare funditus quã citius poteritis, cẽſemus. & ne peſtis hæc latius diuulgetur: p

omnes

omnes prouincias abſtergi citiſſime mãdamus. Hæc ibi. Quod ſi
deo cõſecratæ ſanctimoniales nõ poſſunt cõtrectare manu uaſa ſa
cra & ueſtes, ad altaris miniſteriũ accõmodatas: quãto minꝰ eadẽ
cõtingere poterũt mulieres nõ ſacratę deo per uoti profeſſiõem,
aut laici nulla cõſecratione diuino cultui mãcipati? Eadẽ quoq; di
ſtinctione, cap. nõ oportet inſacratos. ex cõcilio Agathenſi depro
mitur hoc decretũ. Nõ oportet inſacratos miniſtros licẽtiã habe-
re: in ſacrariũ (quod Græci diaconiũ appellãt) ingredi, & continere
uaſa dominica. Sic ibi. Ex quo dilucidũ eſt: laicis ipis interdictũ eſſe
cõtactum uaſorũ & ueſtium ſacrarum. Inſuper beatus Cyprianus Cyprianus
ſermone quinto (qui eſt de lapſis, & coronatis iam martyribus: uel
ad uitam ſeruatis) refert mulierem quãdam cum manibus ſuis ſan
ctam euchariſtiam in ſacro conditorio repoſitam attrectare tenta
ret: miraculo prohibitam eſſe, igneq; inde erumpẽte deterritam,
ne id faceret. Eius uerba ſunt hæc. Et cum quædã (mulier ſcilicet)
arcam ſuam in qua domini ſanctũ fuit, tẽtaſſet aperire: igne inde
ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere. Hęc ibi. Haud diſſimi
li ratiõe, nõ q̃uis parte manuũ, res ſacratiſſima ut ſancta euchariſtię
hoſtia eſt cõtrectãda: ſed ea tãtum, quæ ad attactũ tã p̃clari ſacra-
mẽti eſt cõſecrata põtificali benedictiõe: quo maior declaretur re-
uerẽtia & honoratio tam ſublimis myſterij. Rationabilis eſt igi-
tur & legitima ea ſanctio, quæ prohibet hoſtiam cõſecratã cõtin-
gi quauis alia manus parte: quã duobꝰ primoribus utriuſq; manus VII.
digitis, ad cõtactũ illũ oleo ſancto delibutis. ¶ Neq; id in oppoſitã
partẽ efficaciter militat: q̃ hoſtia cõſecrata à rebꝰ inanimis ut pal
la & calice cõtingatur. & ergo potiori ratione aut ſaltẽ æqua, à re
liquis p̃ter duos primos digitis utriuſq; manꝰ poſſit attrectari. Tũ
quod contactus ille ad illã (quod uulgo corporale aut ſindonẽ di
cũt) aut ad patenã & calicẽ: neceſſitatis eſt, nõ arbitrariæ uolunta-
tis. Non enĩ poſſet hoſtia ſacra altari ſuperponi offerẽda: niſi con-
tingat lintheũ aut patenã. Neq; uinum conſecratũ, deo poſſet of-
fri in ipſo miſſæ ſacro miniſterio: niſi calice contineatur quẽ cõtin-
gat. Nulla autem nos adigit neceſſitas: ut alijs digitis quàm duobus
primis ambarum manuum, hoſtiam conſecratam contingamus.
cum ſine aliorum digitorum admotione: conuenienter & inte-
gre peragatur id officium. Tum etiam, quod palla illa quã hoſtia

ſacra contingit:epiſcopali benedictiōe eſt huic ſacro miniſterio de
putata. Calix etiā cū patena (ut uulgo uocant) cōſecratiōe pontifi
cali & inunctione eſt ſacratus: ad diuinū in eo peragendū ſacerdo
talis ordinis officiū. Quare cū hic precioſum Chriſti ſanguinē cō
tinet: forma uini obtectū, & illa hoſtiā cōſecratā ſibi ſuppoſitā con
tingit: nullus illic eſt ſanctiſſimi ſacramēti euchariſtiæ ad rem pro-
phanā aut nō ſacrā contactus. Neq; ex eo, ualidū ſumi pōt argumē
tum: qualibet manus parte, ſanctā euchariſtiā cōtingi poſſe.

## ¶ Rationabilē eſſe conſtitutionē eccleſiaſticā, quod à ieiunis conſecretur & ſumatur euchariſtia: contra Lutheri placitum. Cap. XX.

1. DEinceps & illud ſummopere cōmendabile eccleſiæ
inſtitutum rep̄hendit Lutherus in ſeptimo ſuo di-
cto ante citato, & hic excutiendo: quod ſancit ſacra
» tiſſimam euchariſtiā à ieiunis ſumi debere. Tale eſt
» (inquit) quod ieiunium naturæ effinxerunt: ut ſi q̄s
» guttā aquæ uel imprudēs glutiuerit: eo die indignus ſit cōmunio-
» ne. O furorē: furore furioſiorem. Indignū eſt (inquiunt) ut in os
» Chriſtiani aliud intret: priuſq̄ corpus domini intrauerit. O feſtiua
» ratio. Forte nec nebulā nec aērem prius intrare licet os Chriſtia-
» ni: quàm corpus domini intrauerit. ut ſacerdotibus reſpiratione &
» uita interdicatur: uſq; poſt miſſam & communionem. cum Chri-
» ſtus & apoſtoli poſt cœnam communicauerint: ac fere fiat, ut mo
» derato cibo ſumpto: & os mundius, & caput purgatius, & halitus
» incorruptior, totumq; corpus dignius ſit: quàm ieiunis, & à ſomno
» neſcio quid grauedinis & impuritatis referentibus, eſſe unq̄ poſ-
ſit. Hæc Lutherus. Quibus extremā animi ſui uæſaniam & impu
dentiā execrabilem clare patefacit uniuerſis: cum laudabili & ma-
gnopere probando eccleſiæ præcepto de ſumendis à ieiunis ſacra
euchariſtia, per decretum etiam decimætertiæ ſeſſionis ſacroſan-
ctæ ſynodi Conſtantienſis, contra pullulantes ea tempeſtate hæ
reſes, denuo approbato refragari ſtudet. cum itidē beati patris Au
guſtini uerba habet ludibrio, ſubſannationeq; proſequitur: quæ
ipſe ſacer antiſtes conſcripſit ſuper hac materia. citanturq; in uolu
mine decretorum, de conſecratione, diſtinctiōe ſecunda, cap. liqui
Auguſtinus. do apparet. in hūc modū. Placuit ſpiritui ſancto, ut in honore tāti

ſacramenti

ſacramenti prius in os Chriſtiani dominicũ corpus intraret: q̃ cæ
teri cibi. Nam ideo per uniuerſum orbem mos iſte ſeruat. Hæc
ibi. Sed quod placuit ſpiritui ſancto: non placet Luthero. qui non
per ſpiritum ueritatis & pietatis reclamat traditioni à ſpũ dei profe
ctæ: ſed lõge alio afflatus & ductus ſpiritu. Et qui per uniuerſum
orbem mos ſeruat, Auguſtino teſte: corpus ſcilicet dñicũ ante ali-
os cibos à Chriſtianis ſumi debere, à Luthero cenſet (quæ ſua eſt
temeritas) in oppoſitũ permutãdus. ¶ Verũ ad ea quæ proponit II.
hac de re, in principio capitis huius adducta: paucis eſt reſponden Quid ieiuniũ
dum. Ieiuniũ quidẽ naturæ (quod eſt omnimoda à cibo & potu, naturæ.
immo & medicamentis, ab initio diei illius, abſtinẽtia) ad debitam
euchariſtiæ ſanctæ ſumptionẽ, ex inſtitutione eccleſiaſtica neceſ-
ſariũ eſt: ut præcedentia dicta mõſtrarũt. Non tamẽ idcirco ſi qs
præter opinionẽ & minus aduertens, aquæ guttã deglutiuerit dũ
os abluit: haberi debet aut cenſeri indignus ſacra illius diei cõmu
nione. ꝗ huiuſmodi ſumptio ſtillæ aqueæ, & exiguũ quid exiſtat
quod quaſi nihil exiſtimari ſolet: & caſu fortuitoq; acciderit. De
aẽre uero & nebula ꝓhibẽda, ne à ſacerdote añ ſancti ſacramenti
ſumptionẽ aſpiret, q̃d ſubnectit Lutherus, ut p̃dicta ſancti Augu
ſtini uerba refellat: nullã habet ueritatis ſpeciẽ, aut ſimilitudinis ad
id q̃d proponit habitudinẽ. Dicit em̃ ipſe beatus pater, prius in os
Chriſtiani dñicũ corpus intrare debere: q̃ cæteros cibos. Aẽr aũt
& nebula, nequaq̃ ciborũ habent loco, nec corpus alunt: ut quæ
aſpiratione attracta, reciproca reſpiratiõe rurſum emittant, nullo
exinde corpori ſubminiſtrato alimẽto. Ea aũt ſola, naturæ ieiuniũ
ſoluunt: quæ ſuggerunt alimoniã corpori, ſubſtantiamq; illi altri-
cem præſtant, de quoꝝ numero: neq; aẽr habet humanũ ſubiens
corpus, neq; nebula. Niſi forte Lutherus ex ſua phĩa naturali (nã
Ariſtotelicã prorſus auerſatur phyſicam: immo & omnẽ diſcipli-
nam) perſuaſum habuerit: & aẽrẽ ſubminiſtrare nutrimentũ cor-
pori, itidẽ & nebulã, hominemq; aẽris attractu uictitare poſſe. quẽ
admodũ Chameleonta ferũt: uentis & aura nutriri. Fortaſſe etiã Chamæleon.
libenter Lutherus & hic Pythagoricoꝝ aſtipulabitur ſententiæ: Pythagorici
dicentiũ animalia quædã odore, ſpiraculoq; rerũ fragrantiũ enu-
triri: eaq; ſola alimonia, ipſa uitã agere, ut & in hac re aduerſetur
Ariſtoteli, illã Pythagoricoꝝ ſniam in libro de ſenſu & ſenſato re-

ſellenti: cuius philoſophiã (quã nõ intelligit) in quis diſciplinæ ge-
III. nere grauiſſimis inceſſit cõuitijs. ¶ Quod uero deinceps ſubnectit
Lutherus in ſuæ improbæ aſſertiõis confirmationẽ, Chriſtũ apo-
ſtolis poſt cœnã tradidiſſe ſacramentũ euchariſtiæ, & proinde fa-
ctum illud & nos imitari debere: ſcite atq; argute diſſoluit̃ à beato
Auguſtino in ep̃la cẽteſima decimaoctaua, reſpondente ad inqſi
tiones Ianuarij. eiuſdemq; ſententia ad id pertinẽs refert̃ ab autho
re uoluminis decretorum, in prędicto cap. liquido apparet, de cõſecra
Matth. 26. tiõe, diſtinctiõe ſecũda. his uerbis. Liquido apparet, qñ primo ac
ceperũt diſcipuli corpus & ſanguinẽ domini: nõ eos accepiſſe ieiu
nos. Nunquid tamẽ propterea calũniandũ eſt uniuerſæ eccleſiæ:
q̃ à ieiunis ſemp̃ accipit̃? Ex hoc em̃ placuit ſpiritui ſancto (quod
& mõ adductũ eſt) ut in honore tanti ſacramẽti, prius in os Chri-
ſtiani, dominicũ corpus intraret: q̃ cæteri cibi. nam ideo per uni-
uerſum orbẽ mos iſte ſeruat̃. Neq; em̃ quia poſt cibos dñs dedit:
propterea pranſi aut cœnati fratres, ad illud ſacramentũ accipien-
dum cõuenire debent. aut ſicut faciebãt, quos apoſtolus redarguit
1. Corin. 11. & emẽdat: menſis ſuis iſta miſcere. Nanq; ſaluator quo uehemẽ-
tius cõmendaret myſterij illius altitudinẽ: ultimũ hoc uoluit infige
re cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus erat per paſſionem
digreſſurus. Et ideo nõ præcepit quo deinceps ordine ſumeret̃: ut
apoſtolis (per quos eccleſias diſpoſiturus erat) ſeruaret hunc locũ.
Nam ſi hoc ille monuiſſet, ut poſt cibos alios ſemp̃ recipet̃: credo
q̃ eũ morẽ nemo mutaſſet. Hæc Auguſtinus. Accedit his, q̃ dñs
noſter in cœna illa nouiſſima uoluit ueteris ritus obſeruantijs finẽ
imponere, & nouæ legis inchoare myſteriũ: præcipuumq; illius ſa
cramẽtũ atq; ſacrificiũ inſtituere. Idcirco cõgruus expoſcebat rerum
ordo, ut prius agnũ paſchalẽ typicũ cũ diſcipulis mãducaret: deiñ
ſui ſacratiſſimi corporis & ſanguis inſtitueret myſteriũ, & ſuis tra-
deret diſcipulis. Alio uero quis ſequẽte tẽpore, nunq̃ eadẽ occur-
rit rõ: neq; cõſimilis miſterij agẽdi neceſſitas. Idcirco neq; nos, ne
q; alij fideles (ut quibus nõ eadẽ ſubeſt cauſa legitima ſumẽdi ſan
ctã euchariſtiã poſt cibũ corporalẽ: quæ tũc erat in diſcipulis dñi)
IIII. debemus id factũ in imitationẽ trahere. ¶ Sane hãc ipſam rõnem
Beda. aſſignat uenerabilis Beda in ſuis ſup̃ Lucã cõmentarijs: exponens
illũ uiceſimiſecũdi capitis eiuſdẽ euãgeliſtæ locũ. qui inſtitutionem
excellentiſ-

excellẽtiſſimi ſacramẽti euchariſtiæ deſcribit. Finitis (inq̃t) paſchæ
ueteris ſolẽnijs, quæ in cõmemorationẽ antiquæ de Aegypto libe
ratiõis agebant: trãſiit ad nouũ, q̃d i ſuæ redẽptiõis memoriã eccl'ia
frequentare deſiderat. Vt uidelicet pro carne agni uel ſanguine,
ſuæ carnis ſanguiniſq; ſacramentũ in panis ac uini figura ſubſtitu
ens: ipſum ſe eẽ mõſtraret, cui iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ, tu es Pſalm. 107.
ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Et paulo poſt,
nõnullis interiectis: ſubnectit. Quod ſi quẽ mouet. cũ cœnatis ſal
uator apl'is ſuũ corpus ac ſanguinẽ tradiderit: quare nos uniuerſa
lis eccl'iæ cõſuetudine, ieiuni doceamur eadẽ ſacramẽta percipere
breuiter audiat, ideo tũc cœnatos cõmunicaſſe apoſtolos: quia ne
ceſſe erat paſcha illud typicũ antea conſummari, & ſic ad ueri paſ-
chæ ſacramẽta tranſiri. Nunc in honorẽ tanti tamq; terribilis ſa-
cramenti, placuiſſe magiſtris eccleſiæ: primo nos dominicæ paſſio
nis participatiõe muniri, primo ſpũalibus epulis interius exteriuſq;
ſacrari atq; ſatiari, ac deinde terrenis dapibus corp⁹, & uilibus eſcis
refici. Hæc Beda. Porro nõ om̃ia dñi noſtri opera, ſimpliciter no
bis & ſine diſcrimine aut delectu ſunt imitanda: ſed ea potiſſimũ,
quæ nobis ut imitaremur propoſuit, imitariq; præcepit & admo-
nuit. De q̃rũ numero eſt admiranda eius mãſuetudo & humilitas:
q̃m ipſe dixit. Diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde. prom Matth. 11.
ptum etiã in fratres humilitatis obſequiũ: q̃m poſt lotionẽ pedum
humiliter diſcipulis exhibitã, ipſe dixit eis. Si ergo laui pedes ue- Ioann. 13.
ſtros ego magiſter & dominus: quãto magis debetis alter alterius
lauare pedes? Exemplũ em̃ dedi uobis, ut quẽadmodũ ego feci: ita
& uos faciatis. Similiter perſecutionũ propter iuſtitiã & ueritatem
toleratio: ad quã exẽplo Chriſti nos beatus Petrus hortat', dicens. 1. Petri 2.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis: uobis relinquens exemplũ, ut ſequa
mini ueſtigia eius. & cætera id genus præclara Chriſti op̃a. ¶ Po- V.
ſtremũ q̃d affert aduerſarius in ſuæ ſententiæ comprobationẽ, de
meliori diſpoſitiõe corpis purgatioreq; habitudine poſt cibũ ſum-
ptum ad accipiendã digne euchariſtiã, q̃ ante cibũ: pene indignũ
eſt quod refellatur, & ridiculũ magis eſſe q̃ ſerio dictũ uidet'. Quis
em̃ neſcit etiã facto in ſe periculo, poſt quietem nocturnã comple
tamq; in ſomno ciborum concoctionem & naturæ digeſtionem:
ipſum corpus & purgatius eſſe à uaporibus alimẽtarijs, & defeca-

tius

tius à ſuperfluis humoribus:q̃ poſt cibũ etiam moderate ſumptũ:
qui ſubminiſtrat protinus halitus uapidos & euaporatiões occupã
tes cerebrũ:& minus diſpoſitũ ad ſpiritualia opera corpus reddẽ-
tes. Sed relinquamus has partes medicis diſcutiendas (quanq̃ non
dubito ipſos facile in eam deſcẽſuros ſentẽtiã, cõmodiorẽ eſſe cor-
poris aptitudinẽ & qualitatẽ ad tam ſublime ſumendũ myſteriũ,
Mat. 6 nullo ſumpto alimẽto:q̃ poſt eſcæ corporalis ſumptionẽ) & de ani
ma, q̃ plus eſt q̃ corpus, eiusq; qualitate deinceps loquamur. Non
ne multo ſyncærior eſt deuotiõis affectus, liberiorq; mẽtis in deũ
erectio: cũ ante corporis cibũ accipitur hoc cæleſte ſacramentũ, q̃
ſumpto prius cibo: cuius uaporibus obtunditur quoquo pacto &
impeditur animi feruor: ut nõ uſqueadeo pure, libere & lympide
ferať in deũ. Nullus plane id diffitebitur, defecatiorẽ eſſe animã,
purgatiorẽq; ab impedimẽtis corporis: cum ante cibum materia-
lẽ ſumit hanc eſcã ſpiritualẽ. necnõ feruentiorẽ eſſe cordis ad cæle
ſtia deſideria intentionẽ: ardẽtiorẽq; ad panis huius uiuifici mãdu
cationẽ, affect9 inflãmationẽ: quoniã nullo obſtaculo occurrente
tum euehitur in ſuperna. Sumpto uero corporis cibo quoquo mo
do retardatur & ſegnior redditur anima: neq; ita liberis deuotiõis
alis attollitur ad tanti myſterij deſideriũ. At debuit Lutherus nõ
modo ad conditionẽ corporis ſuos conuertiſſe oculos (q̃uis & hãc,
minus recte attendat) ſed multo potius ad animæ noſtræ qualita-
VI. tẽ: quoniam de proprio huius cibo, agitur quæſtio. ¶ Adde q cum
pleriq; ſint circa cibũ ac potũ intemperantes, neq; ſemper eam ſer
uent in illis ſumendis moderationẽ: quam recta expoſcit & definit
ratio, ſi poſt ſumptũ corporis cibũ paſſim ſacerdotes miſſarũ offi-
cium celebrare permitterentur, & laici ſacrã cõmunionẽ accipe-
re: plerunq; cõtingeret ingluuie diſtẽtos nimiaq; ciborũ copia one
ratos, uino itidẽ obrutos ac pene ebrios, ad hæc uenerãda corporis
dñici myſteria ſumenda ſe ingerere, ſine aliquo deuotiõis affectu,
ſepultoq; p̃rſus feruore ſpirit9. quod in magnam uergeret ſanctiſſi
Leuiti. 10 mi ſacramẽti inhonorationẽ & irreuerentiam: necnõ in grauẽ ſa-
lutis animarũ iacturã. Vnde in Leuitico Nadab & Abiu filij Aa-
ron, ſacerdotes: arreptis thuribulis impoſuiſſe legũtur ignem alie-
num atq; non ſacrum, incenſumq; deſuper poſitum contra dei p̃-
ceptum offerentes, percuſſi fuiſſe repentina morte à domino.

Huius

Huius aũt præcipitis & indebitæ oblationis (quã ſubitaria puni-
uit mors:cælitus illis inflicta) cauſam aſſignãt illi⁹ loci interpretes:
ꝙ uino madẽtes atq; ſepulti:ad offerẽdũ huiuſmodi ſacrificiũ ſe ꝓ
ripuerũt. Quod nõ irrationabiliter cõiectãt ex illo dñi uerbo:haud
multo poſt in eodẽ capite,dicto ad Aarõ. Vinũ & omne quod in= Leui.10
ebriare poteſt,nõ bibetis tu & filij tui: quãdo intrabitis in taberna
culũ teſtimonij,ne moriamini. qa pceptũ ſempiternũ eſt in gene-
ratiões ueſtras:& ut habeatis ſcientiam diſcernẽdi inter ſanctũ &
prophanũ,inter pollutũ & mundũ. Si igitur ad offerẽda ritus anti
qui ſacrificia debuerũt ſacerdotes ab uſu uini abſtinere , cũ eẽt ab
eis facienda oblatio,neq; poti ad illã deo exhibẽdã accedere:nõne
potiore iure ad offerẽdã deo nouæ legis hoſtiã, omnibus Moſaici
inſtituti uictimis digniorẽ: debẽt ſacerdotes cibo & potu penit⁹ ab
ſtinere,itidem & laici ante illius ſumptionẽ:ad illã digne ſumẽdã:
Nemo certe id(ut reor)inficiabitur:animã, quia longe eſt corpore
pſtantior,prius eſſe paſcendã ſuo cibo ſupercæleſti: q̃ corp⁹ ſuo a-
limento terreno. Ad quod:& dñs ſalubriter omnes his uerbis ex-
hortatur. Operemini nõ cibũ qui perit : ſed qui permanet in uitã Ioan.6
æternã. Corporis enim cibus:cito diſperit. Animæ uero cibus,eu-
chariſtia:interitum neſcit, & uitam largitur æternam.

¶ Sacerdotem in miſſę officio debere ſumere ſacramẽtũ
euchariſtiæ:à ſe cõſecratũ,cõtra Lutheri id negantis im
pietatem & uæſaniam. Cap. XXI.

INſuper calũniat Lutherus in octauo ſuo dicto,an I.
te poſito : & præſenti capite quantũ ad primã eius
particulã conuellendo (quaſi totum ſuum ſtudium
ex induſtria conuerterit ad ea reprehẽdẽda:quę in
ſacro miſſæ miniſterio ſunt decẽtiſſime à catholica
eccleſia ordinata,& hactenus illabefacto ritu obſeruata ) calũniat
inq̃ & hũc eccleſiaſticũ morẽ : q̃ ſacerdos euchariſtiã à ſe cõſecra
tam ſumit in miſſæ officio,& nõ alijs cõmunicat. Christus(inquit) »
ſibi ipſi tradidiſſe nõ legit ſacramẽtũ altaris:ſed tm̃ ſuis diſcipulis. »
Ad cuius exemplũ deberet ſacerdos in miſſa non ſumere euchari »
ſtiam,ſed alijs tradere:quemadmodũ fit in laicorũ cõmunione. In »
miſſa autem,ſolus ſumit ſacerdos:& non diſtribuit alijs. Hæc Lu- »
therus. ¶ Verum hæc praui dogmatis improbitas & Lutherana

 impietas

Decretũ concilij Toletani impietas,manifeſte cõfutat̃ ꝑ ſanctionẽ eccleſiaſticã: de cõſecrati
one,diſtinctiõe ſecũda.cap.relatũ. ex cõcilio Toletano deprõptã,
quæ dicit. Quicũq; ſacerdotũ deinceps diuino altario ſacrificium
oblaturus acceſſerit,& ſe à cõmunione ſuſpẽderit:ab ipſa qua ſe in
decenter priuabit gr̃a cõmunionis,anno uno repulſum ſe nouerit.
Nam quale erit ſacrificiũ:cui nec ipſe ſacrificãs,particeps eſſe dino
ſcitur? Ergo modis omnibus tenẽdum eſt,ut quotienſcũq; ſacrifi-
cans,corpus & ſanguinẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti in altario immo-
lat:totiens perceptionis corporis & ſanguinis dñi noſtri Ieſu Chri
ſti participem ſe præbeat. Hæc ibi. Quinimmo quoniam aliqui ſa
crificium altaris immolãtes deo, dũtaxat corpꝰ dominicum in ipſo
miſſæ officio ſumere tentarũt, abſtinentes à perceptione ſancti
calicis etiam conſecrati: Gelaſius papa hũc celebrãdi ritum tãquã
eccleſiaſticis moribus aduerſum damnauit,de cõſecratione,diſtin-
Gelaſius. ctione ſecũda,cap. comperimus, dicẽs. Cõperimus autem,ꝙ qui-
dam ſumpta tantũmodo corporis ſacri portiõe:à calice ſacrati cru-
oris abſtineant:qui procul dubio(quoniam neſcio, qua ſuperſtitio
ne docẽtur aſtringi)aut integra ſacramẽta percipiant:aut ab inte-
gris arceantur.quia diuiſio unius eiuſdẽq; myſterij: ſine grandi ſa
crilegio nõ poteſt prouenire. Hæc ibi. Ecce cõſtitutionẽ eccleſia-
ſticã,decernẽtem:utranq; dominici ſacramẽti portionẽ,panem ſci
licet ſanctum & ſanguinis dominici calicẽ:à ſacrificante ſacerdo-
Leuit.6.&7 te ſumi in ipſius miſſæ officio debere. Et certe mirum id uideret̃,
ſacerdotes ueteris legis:oblata ſacrificia in uſum ſuum & eſum di-
uina ſanctiõe uẽdicaſſe. & offerẽtes etiã laicos, in nõnullis hoſtia
rũ generibus:unam ſacrificij partẽ,quã manducarẽt poſt oblatio-
nẽ,habuiſſe ſibi. Nouæ uero legis ſacerdotes: à ꝑceptione ſui ſacri
ficij(quod multo omniũ eſt p̄ſtantiſſimũ)eſſe penitus excluſos &
11. prohibitos. ¶ Porrò nũc operæpreciũ eſt uidere: quã inualidæ ra-
tioni innitatur Lutherus,ad aſtruendã ſuam ſentẽtiam. Nõ legit
(inquit) Chriſtus in euãgelio accepiſſe ſacramẽtũ euchariſtiæ, ſed
tãtũ tradidiſſe diſcipulis. Infirma ſane eſt hæc cõſecutio:& ex Lu
therana dialectica,immo teterrima hæreticorum officina deſum
pta. Hoc nõ eſt expreſſe ſcriptũ in euangelio: ergo hoc nõ eſt fa-
ctũ.cum multa fuerint à Chriſto facta,teſte beato Ioanne circa fi
Ioan.21. nẽ ſui euangelij:quæ nõ ſunt ab euangeliſtis conſcripta. Sed quẽ-
admodum

admodū aperte non exprimūt ſacri ſcribæ uerborū & operū Chri
ſti, quod ipſe ſibi ipſi propriū corpus & ſanguinē in myſterio ſacra
mēti tradiderit: ita neq; ſcribūt manifeſte oppoſitam partē, utpote
quod id ſacramētū Chriſtus in cœna nō ſumpſerit. Non ualētio-
re igit ratione ex euangelico cōtextu colligere quis poſſit, Chriſtū
in cœna nō accepiſſe ſuū corpus & ſanguinē ſub forma panis & ui
ni: q̄ ipſum id accepiſſe. quod neutrum eorū: apertis uerbis in codi
ce euangelij ſit cōſcriptum. ¶ Verūtamē probatiſſimi authores, q̄ III.
rum receptiſſima eſt apud omnes authoritas: in eam potius ſentē-
tiam tendūt, quod Chriſtus ſuum ſacratiſſimum corpus & ſangui
nem in cœna nouiſſima primo accepit: deinde diſcipulis ſuis utrū-
que tradidit. Cui quidē aſſertioni potius eſt accedendū atq; aſſen-
tiendū: q uero magis cōſona uideat & cōformis. Enimuero Chri
ſtus circunciſionem accepit & baptiſmū (ut ex euangelico teſtimo
nio, omnibus indubitato conſtat) non quidem neceſſitate purga-
tionis, ſed benigna diſpenſatione noſtræ inſtructionis: ut alijs eſſet
forma & exemplū uitæ. & quæ obſeruanda ab alijs, inſtitueret: pri
us ipſe obſeruaret, ſecundū illud dictum beati Lucæ, actuum pri- Actuū. 1
mo capite. Cœpit Ieſus facere: & docere. Quidni igitur & ſuū ſan
ctiſſimū corpus & ſanguinē ſub panis & uini forma accepit in cœ
na: ut eo facto diſcipulis ſuis traderet exemplū, idem ſumendi my-
ſteriū? Id plane ſentit Chryſoſtomus ſup Matthæi uiceſimū ſex- Chryſoſto-
tū caput: dicēs de Chriſto. Bibit ex eo (calice ſcilicet) ut audientes mus
hoc non diceret. Quid ſaguinem bibo: & carnem manduco? Vt e-
nim non turbarentur, ſicut turbati fuerūt quādo multi abierūt re-
tro: prius ſanguinē ſuū bibit. Idem quoq; cōprobat Eſicius ſup Le Ioan. 6
uiticū: in expoſitione octaui capitis eius dicēs. Primo ſacerdos, po- Eſicius. Leuiti. 8
ſtea filij eius ſanguine ungebantur: quia Chriſtus in cœna primo
ſanguinē accepit, deinde diſcipulis ſuis dedit. His accedit & Hiero Hieronymus
nym⁹ ad Heldibiā: & adducit de cōſecratiōe, diſtinctiōe ſecūda, ca.
nec Moyſes. hoc uerborꝝ cōtextu. Nec moyſes dedit uobis panē
uerū: ſed dn̄s noſter Ieſus. Ipſe enim apoſtolis conuiua & conui-
uium: ipſe comedēs & qui comeditur. Porrò hæc & alia complu-
ra in eandē tendētia ſententiā, latius ptractat uir pclaræ eruditio-
nis Gabriel Biel: circa finem triceſimæſeptimæ lectionis, ſuæ ex- Gabriel.
poſitionis ſuper canonem miſſæ. Ex quibus prorſus ſubruitur id

 fundamē-

fundamentũ, quod collocauerat Lutherus ad fulciendã erroris
ſui fabricã: Chriſtum ſcilicet in cœna non accepiſſe ſuũ corpus &
ſanguinem ſub forma ſacramentali. ut exinde conficeret, ſacerdo
tes nouæ legis in officio miſſæ non debere ipſũ euchariſtiæ ſacra=
mentũ ſumere: ſed tantũ alijs tradere. Vtrũq; enim horũ, iam oſtẽ
IIII. ſum eſt eſſe falſũ: & à ueritate longe alienũ. ¶ Neq; idem, ſuũ pro-
poſitũ cõſtruere ualet aut ſtabilire ex ſacra laicorum cõmunione:
in qua ipſi tantũ percipiũt ſanctã euchariſtiã, nõ etiã alijs tradũt. et
ergo deberẽt (ut contẽdit) ſacerdotes, è diuerſo alijs tantũ trade-
re ſanctũ euchariſtiæ ſacramentũ: nõ aũt ſumere. Nempe laici
circa id ſacroſanctũ myſteriũ, unicũ habent ex ordinatione eccl'ię
opus: ſcilicet ipſum cũ reuerẽtia ſumẽdi ſub ſpecie panis tantũ, ab
alio tradente. Sacerdotes uero, quoniã ad altaris miniſteriũ & ſor
tem eccleſiaſticã peculiariter ſunt aſciti atq; conſecrati: triplex ha
bent circa idẽ euchariſtiæ ſacramentũ, munus exercendũ, utpote
ipſum per certã uerboꝝ formã cõſecrandi. cõſecratũ: proprijs ma
nibus & nõ alteri⁹ miniſterio, in officio miſſæ ſub utraq; ſpecie, pa
nis inquã & uini, ſumendi. & deniq; ſub una ſpecie, uidelicet panis,
tradendi alijs extra miſſæ officiũ. quoꝝ quidẽ triũ opeꝝ et nullum
laicis conuenit. Cum his tamẽ in hoc uno coincidũt ſacerdotes, ut
ſi morbo detenti aut alia rõnabili cauſa impediti, uelint citra miſſæ
miniſteriũ, & nõ facta à ſe celebratiõe nec oblatiõe diuini ſacrificij
euchariſtiæ ſacramentũ ſumere: illud alio tradente miniſtro ſacer
dote, & ſub una tantũ ſpecie ut puta panis, ſumant, more laicorũ.
Ex modo igitur laicis definito quo debeant percipere euchariſtiã:
nõ põt recte colligi q̊d ꝓponit Lutherus, ſacerdotes uidelicet offi
ciũ miſſæ celebrãtes nõ debere ſanctã ſumere euchariſtiã: ſed tñ
mõ alijs tradere. qm̃ lõge alia ſacerdotũ ſunt officia et multo digni
ora, circa huius ſacramẽti adminiſtrationẽ & cõmunicationẽ atq;
perceptionẽ: q̃ laicorum.

¶ Vnã hoſtiæ cõſecratæ partẽ in officio miſſæ ſanctis æternę
I. gloriæ cõſortib⁹ recte deputari. Ca. XXII.

DEinde ut nihil intactũ incõtaminatumq́; reliquat
Lutherus q̊d ad ſacratiſſimũ miſſæ ꝑtinet offici-
um, quo teſtatiorem & perſpectiorem mundo re-
linquat ſuã in deũ atq; ſanctã eccleſiam impietatẽ:
ſubſannat.

ſubſannat (ut ex ſecunda particula octaui ſui dicti ſupra adducti,
hoc loco refellēda, aperte cōſtat) & illā hoſtiæ ſacræ diſtributionē,
in ſancto miſſæ myſterio ex inſtitutiōe eccleſiaſtica fieri ſolitā: qua
beatis regni cæleſtis incolis, una triū partiū ipſi⁹ hoſtiæ deputatur.
quaſi adhuc eis (inquit) eſſet neceſſaria fides & promiſſio Chriſti.
Verū hoc ipſo fallit hic Lutherus, & à recto ueritatis tramite ab-
errat: ꝙ arbitret medietatē illā hoſtiæ ſacrę quę manet indiuidua,
idcirco deſignari ſanctis, ut eo ſymbolo inſinuēt ipſi aut fide Chri
ſti adhuc indigere: qui iam facie ad faciē deū uidēt, & nō amplius
per ſpeculū in ęnigmate. aut ꝓmiſſionē Chriſti de habēda remiſſi
one peccatoꝶ uitaq; æterna cōſequēda, præſtolari: qui iā ſine ma
cula aſſiſtūt ante thronū dei, & in ſe omnino cōpletā illam eſſe pro Quid deſi
miſſionē Chriſti percipiūt atq; perpetuo gaudēt. Illam plane rati- gnant par
onē ipſe Lutherus ſuo arbitratu confinxit: à nullis ſanctis patribus tes hoſtiæ
ante aſſignatā, quā cū ſuo authore debem⁹ tanq̄ inanē & friuolā, diuiſæ.
explodere atq; exibilare: illamq; amplecti potius cauſam huius di-
ſtributionis & deputationis unius partiū hoſtiæ ad ſanctos perpe-
tuæ gloriæ participes, quā nobis tradiderūt orthodoxi patres. Vt
pote per illā quæ toti⁹ hoſtiæ eſt medietas & indiuiſa manet, ſigni
ficari: ſanctos ipſos ſupernę patriæ ciues etiā ad corpus Chriſti my
ſticū ꝑtinere, eorumq; caput eſſe Chriſtū: cui inſeparabiliter ma-
nēt uniti atq; agglutinati. Eiuſdē quoq; partis mediæ integritas at-
q; ſoliditas ſine diſſectiōe in partes minores: ſignificat firmitatē cōti
nuā ſtabilemq; uniformitatē æternæ beatitudinis, quā ſancti nūc
poſſidēt, æuoq; intermino ſunt obtenturi. Et q̄m amplius fructum
effuſionis ſanguinis Chriſti & dominicæ paſſiōis nō ſunt ſibi ipſis
per bonoꝶ opeꝶ ſtudiū applicaturi: q̄d ea applicatiōe ad conſequē
da uberiora gratiaꝶ munera iā nō indigēt, plenitudinē bonoꝶ o-
mniū nūc adepti: pars illa indiuidua quæ ſanctis deſignat, nequāq̄
ſacro ſanguini, calice benedictiōis, cōtento immergit: ſed ſupra cali
cē impermixta à ſacerdote tenet. ¶ Ex his itaq; conſtat, diſtributi II.
onē partis illius mediæ ſanctis aſſignatam: non ſignificare in ipſis
indigentiā aliquā aut perfectiōis deficientiā, ſed unionē indiuiduā
eorū ut membroꝶ corporis myſtici cū Chriſto capite, indeficien
temq; & perennem in æternitatis ſtabilitate ipſorum gloriam: ab
omni defectu atq; penuria procul diſtantem. At uero pars illa mi

nuſcula quæ huic medietati eodem digitorum contactu coniungi
tur à ſacerdote:eos deſignat qui hac uita defuncti locis expiatoriis
adhuc detinentur, eluunturq́ꝫ igni purgatorio. quod & ipſi corpo
ris Chriſti myſtici pars una ſunt:ad integritatē eius ꝑtinentes,atqꝫ
à Chriſto capite influxum ſalutis percipientes. necdum tamen ad
perpetuam illam & continuam cęleſtis gloriæ ſoliditatem admiſſi:
nec etiam per propria opera fructum dominicæ paſſionis ſibi ua-
lentes applicare,quod huius uitæ ſtadiū iam percurrerint. Eamq́ꝫ
ob cauſam nequaq̄ immergitur ea particula ſancto calici: ut neqꝫ
medietas illa,cum qua ſupra calicem ipſum à ſacerdote cōtinetur.
Tertia uero pars etiam minutula & quæ ſacro immittitur calici: fi
deles deſignat in agone præſentis uitæ adhuc deſudantes, qui &
ipſi ad corpus Chriſti myſticum (cuius ſunt membra) pertinēt: &
necdum permenſo ſuæ peregrinationis curſu, fructum effuſionis
precioſi ſanguinis Chriſti per bonorum operum exercitium ſibi ac
commodare queunt atqꝫ aſciſcere. Et quamuis his adhuc in ſta-
dio currentibus,fides & promiſſio Chriſti ſit neceſſaria: idipſum ta
men non ſignificatur per tertiam illam partem ſanctæ hoſtiæ,ipſis
deſignatam, ſed habitudo ipſorum ad corpus Chriſti myſticū &
caput eius: atqꝫ participatio efficaciæ paſſionis Chriſti ad ſuā ipſo
rum ſalutem. Quinimmo ſi attentius rē ipſam diſpexerimus:nul-
lam trium hoſtiæ ſacræ partium inueniemus illā habere notionē,
ꝙ iis quibus illę reſpondent, ſit neceſſaria fides & Chriſti promiſ-
ſio. Ecce q̄ procul abeſt Lutherus à uero,qui uult illam ſignificati
onem debere conuenire portioni hoſtiæ maiuſculæ, ſanctis in cæ-
lo glorioſis deputatæ: quæ etiā neutri aliaꝝ duaꝝ particulaꝝ con-
III. gruit,quibus tamē potiore iure uidereť debere cōuenire. ¶ Q, ſi
quis ſuccinctiorē breuioremq́ꝫ expoſcat rōnem ſignificatiōis harū
triū partiū,in quas hoſtia ſacra in ipſo miſſæ myſterio ex traditiōe
priſcorū patrū à ſacerdote ſacra faciente diſſecať: hanc gñalem &
communē oīmibus illis particulis accipiat. illas tres hoſtiæ ſacroſan-
ctæ partes id unū deſignare: ꝙ Chriſtus dñs noſter, caput eccl'iæ
ſanctæ, tribus præcipuis ſui corporis partibus in illo ſuperadmirabi
li myſterio ſacramēti uiuifici & oblationis eius: influxū & partici-
pationē ſuorū donoꝝ ſpūaliū impartit, beatis ſcilicet gloriā, uiuen
tibus in hoc ſeculo gratiā, & defunctis ſubleuamen. Eſt eñ ipſe in

ſacro

ſacro oblatus altari: beatorũ gloria, ſalus hic uiuentiũ, & defuncto
rũ refrigeriũ, & hæc ipſa munera, uirtute hui⁹ ſupercæleſtis ſacra
menti: membris ſuis diſpartit. Quod quidẽ auguſtiſſimũ ſacramẽ
tum, inter cæteras ſuas præclaras & permultas denominationes,
etiã cõmunio appellat: quia eius bñficiũ cõmunicãt atq; percipiũt
oẽs ecclĩæ uniti. nõ ſolũ qui in terris adhuc uiuũt: ſed etiã q ex hoc
ſeculo tranſierunt, ſiue iã beatitudinẽ ſint adepti: ſiue in uia purga
tionis ad eam tendãt. Et ut paucis demũ rem ipſam, immo uno uer
bo cõſtringamus: in tres partes hoſtia ſacra in altaris ſacrificio diui
ditur, ut ſignificent effectũ eius & fructum participare & ĳ qui in
æterna ſunt beatitudine: & qui purgatorio detinentur igni, & qui
in hoc ſeculo adhuc uitã agunt, quiq; eorũ: ſuo ordine & gradu.

## ¶ Non eſſe improbandã ſolicitã ſui præparationẽ: ad debitã ſanctæ euchariſtiæ perceptionem. Cap. XXIII.

PRæter hæc, ſuperioribus annotata locis, Lutherus 1.
ut oẽm ſuſtollat uenerationẽ & reuerẽtiã tam ſub
limi ſacramẽto euchariſtiæ debitã: ſubſannat ſolici
tam eã præparationẽ ad dignã ipſius ſuſceptionẽ,
quã ſolent homines timorati & deo deuoti facere:
per examinationẽ ante actæ uitæ, confeſſionemq; peccatorũ, atq;
pias orationes mentis in deũ excitatorias, aliaq; recta bonorũ operũ
ſtudia. Subſannat inquam hæc laudabilia opera his uerbis: in libro
quidẽ ſuo de abroganda miſſa priuata inſcripto poſitis, ſed inter di
cta eius in primo libri huius capite per ordinẽ digeſta, nõ annotatis
nec expreſſis. Inſuper unus eſt furor omniũ (inquit) præparatorĳs »
orationibus, confeſſionibus præuĳs ſic ſeſe mundos & ſanctos red »
dere: ut euchariſtiã digni accipiant. ne ſit aliquid ibi quod remitti »
debeat: ſed omnino ſpectabiles in mũditia ſua appareãt, & ſangui- »
nem Chriſti fuſum in remiſſionẽ pctõrum rideant, quoniam nihil »
relinquere uolunt deo: quod remittat. Hæc Lutherus. ¶ Sed nõ »
attenderat ipſe ſedulo beatũ Paulum: cum magna cautione nos
in prima ad Corinthios epiſtola admonentẽ. Probet aũt ſeipſum 1. Corint. 11.
homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Puobet inquam,
diſcutiendo propriam uitam ante actam: an graui peccato ſit ob-
ſtricta, aut mortiferis obnoxia culpis. quæ prius expiẽtur per ama
ram contritionem & humilem ſui apud ſacerdotẽ accuſationẽ: q̃

ſacra

ſacra ſuſcipiatur cõmunio. Neq; illa probatio quã ibidẽ admonet,
immo p̄cipit Paulus eſſe faciẽdam:accipiẽda eſt de ſola ꝓbatiõe fi
dei circa hoc admirabile myſteriũ,quã examinet & diſcutiat dili-
gẽter,ſacram ꝑcepturus euchariſtiam:an eam habeat ſyncęram,in
tegram & illabefactam. quemadmodum ſcripturæ ſacræ deprauа
tor per obtortas interpretationes Lutherus:aſtruit prædicta diui-
ni apoſtoli uerba accipi debere. Tum quia idem apoſtolus ad fide
les & ſolida fide myſteria ſancta catholicæ ueritatis ꝓfeſſos:ea ſcri
bit uerba quæ modo citata ſunt de facienda ſui ipſius probatione.
Neq; in præcedentibus illa uerba ſentẽtijs & ſequẽtibus,ipſe Pau
lus de firmitate fidei tenẽda pertractat:ſed de reuerẽtia debita ad
ſacræ cõmunionis perceptionem obſeruãda,ad quã, & illa quæ a-
gitamus eius uerba inducũt. Tum etiã,quoniã licet fides firma &
incõcuſſa de myſterio ſanctiſſimi ſacramẽti euchariſtiæ,ſit neceſſa
ria ad dignã eius ꝑceptionẽ:ea tamẽ nõ ſufficit ſola,ſed ſociam atq;
comitem expoſcit animi puritatem & ſynceritatẽ à peccatis. Quę
ſi deſit:inanis eſt illa fides & mortua,minuſq; ſufficiẽs ad rectã ſan
ctæ communionis ſuſceptionẽ. Nõ ergo illic apoſtolus de probati
one fidei faciẽda loquitur:ut quæ ſola,ad mãducationẽ panis illius
ſupſubſtãtialis ſit inefficax.ſed de probatiõe animi diſcuſſiõeq; ꝓ-
II. prię uitæ:an ſit irretita peccatis,aut crimine ſordidata. ¶ Nõ anim-
aduerterat itidẽ Lutherus,improbãs ſolicitam cõſciẽtiæ examina
tionẽ,& præparationem ſedulam ad ſumendum panem illum cæ
leſtem,illam terribilem interminatiõem:quam ibidem intonat e-
1. Corin. 11 uangelicus præco. Quicunq; manducauerit panem & biberit ca-
licem domini indigne:reus erit corporis & ſanguinis dñi. Et rur-
ſum. Qui mãducat & bibit indigne : iudiciũ ſibi mãducat & bibit.
Sed nõne is indigne mãducat:qui letiferi criminis ſibi cõſcius,quod
expiare per confeſſionẽ negligit , aut in quo perſeuerare apud ſe
cõſtituit:ſolã habẽs fidẽ tãti myſterij ſacroſctẽ euchariſtię & fiduci
am de ueritate diuinę ꝓmiſſionis,ꝙ uirtute huius ſacramenti obti
neatur remiſſio peccatorum:illotis(ut aiunt)manibus cõtrectat ſa
cra,impuraq; mente & nõ expurgata peccatis,ingerit ſe ad diuina
ſacramẽta ſumenda? Quid hac temeraria præſumptione periculo
ſius:& hac irreuerenti audacia ſacrorum cõtemptrice dabitur exe
crabilius? Quẽ(oro)non deterreat ab hac impia irreligioſitate,uox
illa

illa ſuperni regis:ad eum facta qui intrauerat regaliũ nuptiarũ cõ-
uiuiũ non indutus ueſte nuptiali: Amice,quomodo huc intraſti: Mat.22
non habẽs ueſtẽ nuptialẽ? Cumq; obmutuiſſet ille,ſibi male cõſci-
us.iuſſit eũ rex ligatis manibus & pedibus,per miniſtros ſuos proij
ci in tenebras exteriores, Quã etiã ſentẽtiã formidare debẽt ſibi de
mum illatũ iri:qui peccatis ſordidi cãdidã ſibi iuſtitiæ ueſtem,ꝑ de-
bitam cordis à maculis criminũ expiationẽ,cõparare negligũt,qua
adornati ſacrum domini accedãt cõuiuiũ. Sane in ueteri lege ſacer Exo.30.et 40
dotes in labio æneo ad id operis deſignato abluere manus & pedes
ſunt iuſſi:antequã ad ſacrificia offerẽda ſe accingerẽt. Neq; panes 1.Regũ.21
propoſitionis mãducare tum cuiquã licebat:niſi mundus eſſet , &
à carnali contagione purus. Id autẽ,ſymbolũ erat & ſignũ,nouę le
gis ſacerdotes non debere ad ſacra myſteria contrectãda: niſi ante
purgati ſint & abluti expiatoria deterſione à labe peccati,neq; ter
renæ ſordis inquinamento cõtaminati. ¶ Porrò nõ fiunt huiuſmo III.
di p̄paratoriæ purificationes à fidelibus,nec eò tẽdunt:ut nihil re-
linquatur iniquitatis poſt huiuſmodi p̄parationes,quod diuina cle
mẽtia nobis remittere,uirtute uiuifici ſacramẽti euchariſtiæ poſ-
ſit aut ut omnia peccata quãtũuis leuia,per præuias illas expurga-
tiões ſint añ abſterſa animo:q̃ ſancta ſumãtur myſteria. & ita p̄cio
ſus Chriſti ſanguis fruſtra ſit effuſus in cruce pro nobis:ut qui re-
miſſionẽ peccatorũ operari non poſſit,omnibus iam peccatis etiã
minimis,per præparationes præambulas dimiſſis. quẽadmodũ ob
iectat & ſuo ſolius ingenio cõfingit Lutherus. Enimuero quoniã
ſaluificũ euchariſtiæ ſacramẽtũ cibus eſt ſpiritualis animæ,ſuper Euchariſtiã. cibũ eſſe ui uentiũ uita gratiæ.
cæleſti pabulo eam enutriẽs.cibus aũt dũtaxat ijs cõpetit quæ ui-
uentia ſunt:actuq; uita participãt.ut cibus corporalis non mortuo
exhibetur corpori:ſed uitalem ab anima functionẽ adhuc habẽti,
neceſſum eſt animam ut huiuſmodi ſuperſubſtantialẽ cibũ digne
ſuſcipiat,uiuere uita ſpirituali:quæ eſt per gratiã uiuificãtẽ, & cõ-
iungẽtem eam deo,fonti uitæ primario. Quare non debet ipſa a-
nima hunc ſuſceptura cibum laborare aliquo crimine letifero: q̃d
emortuã illã reddat,atq; à deo diſſeparatã.ſed ab omni labe mor-
tifera debet ꝑ ſuſceptũ ſalutaris pœnitẽtiæ antidotũ:prius eſſe ex
purgata. Et ideo neceſſariæ ſunt p̄paratiões ſolicitæ ꝑ diſcuſſionẽ
cordis, cõfeſſionẽq; oris: & alia pia ſanctorũ operũ ſtudia.ut illis,

F contra-

contractæ labes criminũ concretæq; & inuſtę ipſi animę: detergã
tur ante ſctãm cõmunionẽ. harũq; p̃parationũ adminiculo, anima
prius per pctm̃ mortua reuiuiſcat: atq; ad ſuam reparetur uitã. Et
hãc certe ob cauſam (quamuis reliquæ deeſſent) debet quiſq;, ſa-
crũ acceſſurus illud cõuiuiũ, p̃mittere ſedula mẽte præparatiões il
las medicinales: q̃ eam reddãt illi ſacroſctẽ cõmunioni ſuſcipiẽdę,
IIII. adiutore deo idoneam. ¶ Verũ quæcũq; à nobis factæ fuerint p̃-
paratiões ad dignam tanti myſterij pceptionẽ, expiatis etiã omni-
bus peccatis letalibus, quantũ ad culpæ maculã; ſuperſunt'ne mul
ta alia in nobis mala dimittẽda, quorũ remiſſionẽ nobis indulgeat
deus per ſacrã euchariſtiæ ſumptionẽ? Nũquid tantã facere ſolẽt
homines cordis p̃parationẽ, bonorũ operũ ſtudio: ut nihil omnino
relinquatur delicti, quod diuina miſericordia nobis poſt illã relaxa
re queat? Quis uſqueadeò precor erit ſui fiducia ductus, & præpa
ratorijs illis innixus operibus, ut id ſibi auſit polliceri, nihil in ſe reli
quũ eſſe quod à deo dimittatur? Quis etiã eſt hominũ quãtacũq;
polleat ſanctitate uitæ, & qualemcũq; fecerit præparationẽ ad cor
dis ſui expiationẽ: qui nõ dicere debeat cũ ppheta in pſalmo? De
Pſal. 18. licta quis intelligit? ab occultis meis munda me dñe: & ab alienis p
Pſal. 24 ce ſeruo tuo. Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne me-
Eccli. 5 mineris dñe. Quis itidẽ dabitur: cui iure dicere non poſſit Eccleſia
ſticus? De propiciato peccato: noli eẽ ſine metu. Et q cũ beato Pau
1. Corin. 4 lo dicere nõ debeat. Nihil mihi cõſcius ſum: non tamẽ in hoc iuſti
ficatus ſum. Quis deniq; id ſibi arrogare audeat aut aſcribere: q p
præparationes expiatorias, cõpunctionẽ cordis, cõfeſſionem, ora-
tionũ ſuffragia, & cætera id genus, quæ ante ſacrã cõmunionẽ re
ligioſe & pie exercentur opera bona: cuncta ſibi ſint dimiſſa etiã
Prouer. 20 minutiſſima peccata? cũ uere dicat in prouerbijs Sapiens. Quis po
1. Ioan. 1 teſt dicere: mundũ eſt cor meũ, & purus ſum à pctõ? Et beatus Io
annes in ſua prima epiſtola canonica, Si dixerimus quia pctm̃ non
V. habemus noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. ¶ Certe
abſterſis quantũ ad culpæ cõtagiũ peccatis mortiferis p debitã p̃-
parationẽ, ſacroſanctæ euchariſtiæ ſynaxin, p̃cedẽtẽ: reliqua ſunt
Euchariſtiã adhuc pctã leuia & minutiora (quæ uenialia dicũt) ſine quibus ui-
delere pecca- ta p̃ſens nõ traducitur: uirtute ſaluifici ſacramẽti delẽda. Supereſt
ta digne eam
ſumentium. & aliquanta pars pœnæ pro criminibus letiferis iam abolitis, & ab
raſis

raſis debitæ, relaxanda per ſuperſancti ſacramenti euchariſtię ſu-
ſceptionē. huiuſmodi uero pœna, ꝓpter habitudinē ad pctm̄ pro
quo debetur: interdū in ſacris literis & apud earū interpretes, no-
mine peccati exprimitur & cognominatur. Quocirca poſt factam
diligēti ſtudio animi ꝑparationē, per orationes pręuias & pia in de
um obſequia: ſuperāt nobis adhuc pctā. quæ ꝑ deuotam dn̄ici cor
poris & ſanguinis cōmunionē eluantur & expurgentur. Neq; tan
ta nobis ante cōparatur munditia: ut nulla ſit reſidua labes aut pec
cati ſcoria, quæ ſalutaris illius medicinę (ſanctę ſcilicet euchariſtię)
antidoto detergatur & curetur. Hinc & in orationibꝰ eccleſiaſticis
frequēter petimus, ita à ſanctis patribus inſtituti: ut ſalubris illa cō
municatio ſanctoꝝ myſterioꝝ, ab omnibꝰ nos purget offenſis, no
ſtræq; prauitatis uincula diſſoluat. quēadmodū in hac ſacra oratio
ne poſt cōmūionē in officio miſſę dici ſolita. Purificēt nos q̄ſumus
omnipotēs & miſericors deus ſacramēta q̄ ſumpſimus: & præſta ut
hoc tuum ſacramētum nō ſit nobis reatꝰ ad pœnā, ſed interceſſio
ſalutaris ad ueniā, ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragiliū, ſit cō-
tra mundi pericula firmamētum: ſit fideliū uiuorū atq; mortuorū,
remiſſio omnium delictorum. Similiter & in iſta, Hæc nos cōmu-
nio dn̄e purget à crimine: & cæleſtis remedij faciat eē cōſortes. Et
in pleriſq; alijs oratiōibꝰ eccleſię ſupplicatorijs. Neq; per huiuſmo
di ſedulas ꝑparatiōes id unq̄ poſſet effici (ut cauillatur Lutherus)
ꝙ precioſus Chriſti ſanguis ſit pro nobis fruſtra effuſus: quoniam
non inueniat pctā in nobis quæ abluat. Tum quod illiꝰ uirtute, &
merito paſſionis dominicæ, remittātur peccata noſtra in ſacramē-
to pœnitētiæ: ante ſanctæ euchariſtiæ ꝑceptionē ſuſcepto. Tū eti
am quod in ipſa ſacra communione, omni efficax eiuſdē ſacri ſan
guinis uirtus nō parum cōferat: ad reliquias peccatoꝝ noſtroꝝ ab
luendas. Nō itaq; ob eam cauſam quā hoc loco aſſignat Lutherꝰ:
faciendæ ſunt ſtudioſæ ꝑparationes cordis per contritionē, pecca-
torū detectionem, oratiōes, & alia pia exercitia: quādo recipiēdum
eſt corpus dn̄icum. ſed ad emūdandū ab inquinamentis peccato-
rū animū, pro uiribus & facultate humana, cum diuino adiutorio:
eūdemq; excitādum feruētius in deum. ut cum ſyncæritate & de-
bita puritate ſuſcipiatur uenerandum illud ſacræ euchariſtiæ
myſterium: quod non niſi mundo corde atque in deum erecto ſu-

Leuitici.19. nendum eſt. cum ipſe dominus: omnium auribus inclamet. Sancti
eſtote: quoniam ego ſanctus ſum. & mundiſſimus hoſpes: nõ niſi
in mundo habitaculo debeat excipi.

### ¶ Horarũ canonicarꝫ lectionẽ non eſſe damnandam: & quam ob cauſam illa eſt inſtituta. Cap. XXIIII.

1. AD hæc ut uiris eccleſiaſticis laxet habenas Luthe-
rus ad ocioſitatẽ, & ſanctũ orationis ſtudiũ occupa
tionemq́ꝫ ipſis adimat: ſuſtollit illis lectionẽ horarũ
canonicarum, eam ut tędioſam et infructuoſam da
mnans. quẽadmodũ ex nono eius dicto circa prin-
cipiũ huius libri annotato, & in hoc capite pariter & proxime ſe-
quente penitus elidendo, aperte liquet: ubi hæc eius adducta ſunt
» uerba. Melius eſſet (inquit) eis, uiris ſcilicet eccleſiaſticis, non legere
» horas: q̃ frigide eas legere. cũ ſit horarũ lectio, laborioſus & tamẽ
» ſimulatus dei cultus. Nihil eñ dici debet in eccleſia: niſi certum ſit
» id eſſe uerbũ dei. nihil etiã fieri aut geri: niſi quod certũ ſit à deo
» præcipi ut fiat aut geratur. Hæc Lutherus. Verũ, ſi quis inſtituti
onis horarꝫ canonicarũ, ab ijs qui eccleſiaſticæ ſorti ſunt addicti le
gendarum, cauſam accuratius inſpexerit: longe aliter q̃ Luther⁹
hac de re ſentiet. Siquidẽ inſtituta traditur huiuſmodi horarum le
ctio: ad gratias deo benefactori de ampliſſimis beneficijs humano
generi collatis, exoluẽdas à tota eccleſia, per peculiares eius mini-
ſtros. Inter quæ quidẽ beneficia, diuina bonitate indulta mortali-
bus: primo loco eminet beneficiũ creatiõis mundi, ſeptem diebus
expletũ. ꝙ ſex dieb⁹ opera fabricationis mũdanæ diſtinxerit deus:
Gene.1. & ſeptimo, ab omni opere feriatus fuerit & requieuerit. In cui⁹ bñ
ficij cõmemorationẽ aſſiduã: perſoluit deo quotidie ſeptena in ho
ris canonicis laus & gratiarꝫ actio. Nec minus elucet ſecũdo loco
nobis exhibitũ inter cætera bñficiũ redẽptiõis noſtræ, per amariſſi-
mam Chriſti paſſionẽ: quæ ſeptẽ horarꝫ, partiumq́ꝫ diei interual-
lo pacta eſt. Vt aũt iugis & aſſidua habeat eius acerbiſſimæ paſſi
onis à nobis memoria, nec unq̃ hominũ elabat animo: cõſtituta eſt
ſanctione eccleſiaſtica, laus quotidiana lectiõis horarꝫ canonicarũ,
horis illis ſeptenis dominicæ paſſiõis propemodũ deputata, quib⁹
dicant. Sunt & alia ſublimia ac ſingularia myſteria: quibusq́ꝫ earũ
horarꝫ, quibus dicunt horę canonicę, apta cõcinnitate reſpõdẽtia,

ꝙ

ꝙ in illis ipſis horarijs partibus: cōſummata & expleta ferant̃. quē
admodū ſuperioribus annis annotauimꝰ in elucidatorio noſtro ec
cleſiaſtico: ubi de rōne denominationeq́; horaꝝ canonicaꝝ latius
diſſeruimus. ¶ Propter hoꝝ igit̃ inſigniū myſterioꝝ ſacramenta, II.
præclaramq́; dignitatē: conſtituta eſt ad continuā deo reddendam
gratiarū actionē, & ſeptenaꝝ horaꝝ quotidiana perſolutio atq; de
cātatio. Cōſtituta inquā, nō recenter aut noua adinuentiōe: ſed an
tiquiſſima totius eccleſiæ ordinatione. Nempe in codice decreto
rum, nonageſima prima diſtinctiōe, cap. presbyter. recenſet̃ ex di
ctis beati Benedicti hæc ſentētia. Propheta dicit. Septies in die lau Pſalm. 118
dem dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerꝰ, ſic à nobis imple
tur: ſi matutini, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, ueſperi, cōpletorij, tem
pore: noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus. quia de his dixit pro-
pheta. Septies in die laudē dixi tibi. Nam de nocturnis uigilijs: ipſe
idē propheta ait. Media nocte ſurgebā: ad cōfitendū tibi. Ergo his Ibidem.
tēporibus referamus laudes creatori noſtro: ſuper iudicia iuſtitiæ
ſuæ. Hæc ibi. In decretaliū identidē ep̄larū libro tertio, titulo de
celebratiōe miſſaꝝ, cap. presbyter. ex concilio Agathenſi hæc de
promitur ſanctio. Presbyter mane matutinali officio expleto pē
ſum ſeruitutis ſuæ, uidelicet primam, tertiam, ſextam, nonā, ueſpe
ramq́; ꝑſoluat: ita tñ ut horis cōpetentibus iuxta poſſibilitatē, aut
à ſe aut à ſcholaribus publice cōpleātur. Deniq; in Clemētinaꝝ
cōſtitutionū libro tertio, eodē titulo de celebratiōe miſſaꝝ, ca. gra-
ui nimirū, perhibet Clemēs quintus in cōcilio Viennenſi id cautū Clemens quintus.
eſſe: ut in cathedralibus, regularibus & collegiatis eccleſiis, horis de
bitis deuote pſallat̃. In alijs uero: cōuenientēr & debite celebret̃ di-
uinū diurnū & nocturnū officiū. ¶ At uero Lutherus, oīmbꝰ his III.
pōtificijs, gñaliumq́; cōciliorū decretis cōtranitēs: oēm tollere co-
nat̃ pſalmodiā, cum priuatā, tū publicā, cū lectionē horaꝝ canoni-
carū pro uiribus explodit: cauſatus illam eſſe laborioſum & ſimu
latū dei cultū. Laborioſus quidē eſt huiuſmodi cultus ijs: qui ſine
deuotiōis affectu & inuiti eū faciūt, qm̄ iuxta ueteris Comici ſen- Comicus.
tentiā, nulla res tā facilis eſt: quin difficilis fiat, quā inuitus facias.
Sed eſto laborioſus ſit iſte lectiōis horaꝝ, deo exhibitus cultus, etiā
recte eū exequentibus: nunquid ideo iure damnādus eſt? Sic em̄
ieiuniū & omne fere opus bonū eſſet reprobandū: quoniam non

Iob 5. citra laborẽ ſit, carne ſpiritui reluctante. Atqui teſte beato Iob, naſcitur homo ad laborẽ: ſicut auis ad uolãdũ. Verũ Lutherus, mollis ac delicatus miles eccleſiaſticus, uult percipere ſalariũ & prouẽtum, militantibus ipſi eccleſiæ deſignatũ: & detrectat ſubire munera illius militiæ perſoluereq́; penſum ſeruitutis eccleſiaſticæ, perſimilis nimirũ hoc in negocio, ignauo militi in re bellica: qui uellet quidẽ recipere ſtipendiũ, aſcriptis ordini militari deputatũ: recuſaret tñ exercere officia ſuæ militiæ, & prodire in aciẽ ad debellandum hoſtẽ. Sed meminiſſe debuit ſententiæ illius Hieronymianæ Hieronym⁹, Delicatũ militẽ rex nõ amat. Rurſum & huius. Mollis præliator ſtatim ad primã aciẽ cõcidit: & poſt umbrã, ſolẽ ferre nõ põt, poſt ſudariũ: galeã oneri potius reputat q̃ tutamini. Debuit & Lutherus ſibi cauiſſe, ne huiuſmodi molli bellatori uidereť iure aſſimilari: qui querit laborioſum eẽ dei cultũ, per q̃tidianã horaꝝ lectionẽ illi impendendũ.

IIII. ¶ Inſuper immerito uocat Lutherus horaꝝ canonicaꝝ lectionẽ, cultũ dei ſimulatũ, ut quæ ſuapte natura uerus ſit & ſyncærus dei cultus: inſtitutus ad imitationẽ ſupercæleſtis eccleſię in qua ſpũs angelici & reliqui ciues ſupernæ patriæ, iugi modulatione deũ laudãt: & dulciſſima perſonãt cantica in ciuitate ſancta Sion. Quorũ portiunculã expreſſit diuinus propheta in ſacra illa uiſiõe: qua uidit dñm ſedentẽ ſup ſoliũ excelſum, duoq́; ſeraphin clamãtia alteꝝ ad alteꝝ. Sanctus, ſanctus ſanctus: dñs deus ſabaoth. Eſaię 6. Pſal. 83. Ad illoꝝ igiť beatoꝝ, qui habitãt in domo dñi & in ſecula ſeculoꝝ laudabũt eũ, æmulationẽ: fit in ſancta cõgregatiõe eccleſiaſticorũ deuota pſalmorũ decantatio, aut priuata in horis canonicis horũ Pſal. 33. lectio. ut bñdicať dñs in omni tẽpore: & ſemper laus eius ſit in ore ipſorũ. Quid igitur in hoc tã ſacro diuinæ laudis ſtudio, canticorũ Eſaię. 29. q́; ſpiritualiũ iubilo: aut ſimulationis eſt, aut fictiõis? Si quis autem labijs deũ honorans & cor ſuum habens longe ab eo, per hypocriſin, horarum eccleſiaſticarum decantet aut legat officiũ: is non ex natura & conditione rei ex ſeipſa bonæ, ſimulatũ exhibet deo cultum, ſed ex proprij cordis uitio & peruerſitate. propter quam, nõ debet id merito reprobari: quod ſuapte natura rectũ eſt. Alioqui & eleemoſynã improbabimus, & ieiunium atq; orationẽ: quoniã hæc omnia, ficto ſimulatoq́; aĩo fieri à prauis poſſunt.

V. ¶ Præterea dicat uelim Lutherus, quomodo ſimulatus eſt dei cultus, lectio

horarũ

horarum canonicarum: quæ ex Chriſti & apoſtolorum imitati-
one, in eccleſiam pie religioſeq; eſt primū introducta: quēadmo
dū teſtat̃ beatus Auguſtinus: ita ſcribens ad inquiſitiōes Ianuarij. Auguſtinus.
Sine dubitatiōe faciendū eſt maxime id: quod de ſcripturis defen
di pōt. Sicut de hymnis & pſalmis canēdis: & ipſius dn̄i & apl'orū
habemus exempla & certa præcepta. De hac re tā utili ad monē
dum pie animū, & accendendū diuinæ dilectiōis affectū: uaria cō
ſuetudo eſt. Hæc ille. Cui cōſonat & illud decretū concilij Toleta Concilii To-
ni tertij: q̊d adducit̃ in libro decretoꝝ, de conſecratiōe, diſtinctiōe letani decre-
prima, ca. de hymnis. hoc uerboꝝ cōtextu. De hymnis canēdis: & tum.
ſaluatoris & apl'orū habemus exemplū. Nam & ipſe dn̄s hymnū
dixiſſe perhibet̃: Matthæo euangeliſta teſtante. Et hymno dicto: Matth. 26.
exierūt in montē oliuaꝝ. Et Paulus apoſtolus ad Epheſios ſcribit: Ephe. 5.
dicens. Impleamini ſpū ſancto: loquētes uobiſmetipſis in pſalmis,
& hymnis, & canticis ſpūalibus: Hæc ibi. Sed ubinā ex inſtitutiōe
eccl'iaſtica dicunt̃ hymni & pſalmi in laudē dei: niſi in horarū cano
nicaꝝ decantatiōe aut lectiōe? Quomō etiā fideles potiſſimū preſ
byteri & clerici, loquent̃ ſibi ipſis in hymnis & pſalmis atq; cāticis:
ſi nō annotent̃ hymni uel pſalmi certa quadā aſſignatiōe, & recto
digerant̃ ordine: in quibus concorditer & cōſona uoce ſibi ipſis lo
quant̃ & pſallant? Hæc aūt certa annotatio, & hymnoꝝ pſalmoꝝ
q; diſtinctio ſecundū definitā legē & regulā, facta eſt iam olim, q̊ti
dieq; obſeruat̃ in horaꝝ canonicarū officio. Cęteꝝ hanc de horis
canonicis materiā diffuſe et pręclare pertractat uenerandus pater
doctrina ſacra et religione præſtantiſſimus Thomas Walden: in Thomas Vualden.
ſuo libro de ſacramentalibus nūcupato, per totū tertiū opis illius ti
tulū, à uiceſimo ſcilicet capite uſq; ad uiceſimū ſeptimū eiuſdē uolu
minis caput. Vbi etiā oñdit (potiſſimū ī uiceſimoſecūdo ca.) uſum
horaꝝ canonicaꝝ habuiſſe ſuū exordiū: à tēpore primitiuæ eccl'ię
obſeruarīq; aliq̄ mō cæptū in eccl'ia Alexandrina: à beato Mar-
co euāgeliſta, inſtituta, deinde à multis etiā alijs eccl'iis illius exem
plo obſeruatū: et demū per uices tēpoꝝ diuerſaſq; ſucceſſiōes inte
gritatē ſolidā accepiſſe. ut tpe beatorū Hieronymi, Auguſtini, et
Ambroſii, ex antiqua eccl'iæ cōſuetudine iā fuerit diſtinctæ lectio
nes libroꝝ ſacrę ſcripturę: q̄ in officio eccl'iaſtico, certo quoq; anni
tēpore recitarent̃. quēadmodū q̄ plurimis iiſdemq; probatiſſimis

ſanctorū

ſanctorũ patrũ teſtimonijs, ibidẽ demonſtrat contra Vicleſianã im
Mat.15. pietatẽ: horarũ canonicaꝝ uſum ſuſtollere annixã. quã hoc in loco
ut à cæco ductore ductus cæcus, & in foueã unà cum duce itineris
præcipitatus: inſtaurare molitur Lutherus. Sed nũc ad reliqua ei⁹
VI. dicta excutienda, ꝓgrediamur. ¶ Neq; recte etiã id à Luthero eſt
aſſertũ in uerbis ſupra dictis, ſatius eſſe, nõ legere horas: ꝗ̃ frigide
legere. Quoniã qui frigide eas legit ac tepido animo & diſtracto:
ſatiſfacit quidẽ præcepto eccleſiæ, obligãtis ipſum ad lectionẽ ho
raꝝ canonicaꝝ, neq; reus eſt tranſgreſſionis illius ſtatuti. quãuis e-
tiã in eo opere non ꝑſtaret gratum deo obſequiũ nec acceptũ: po
tiſſimũ quãdo huiuſmodi diſtractio, ignauia & cordis tepiditas, ex
propoſito fieret & electione. quoniã huiuſmodi tepidis cõmina-
Apoca.3 tus deus: ſe eos euomiturum ex ore ſuo. Qui uero ordinibus ſacris
initiatus omnino horas canonicas non legit: is & eccleſiæ præuari
catur præceptũ, obſtringens ipſum ad exoluendum deo id lectiõis
horarum officium: & ſimul graui pctõ deum offendit, cui debitũ
ſubtrahit ſeruitutis obſequium. Et ita hic duplici pctõ tenetur ob
noxius: alter uero ſi reus eſt, tãtum uni culpæ addictus habetur.
Quare multo grauior eſt & deterior, omnimoda horarũ canonica
rum ſine cauſa legima ꝑtermiſſio: ꝗ̃ frigida illarũ & tepida lectio,
cuius oppoſitum aſtruit Lutherus.

¶ Rationum, quibus horarum canonicarum lectionẽ
improbat Lutherus: diſſolutio. Cap. XXV.

I. SEd ecce ut horarũ eccleſiaſticarũ lectionẽ ſugillet
» aduerſari⁹: obiectat nobis in uerbis ſuis paulo ante
» citatis, & in nono dicto eius circa libri hui⁹ principiũ
» etiã adductis: in toto ſacraꝝ literaꝝ codice nõ cõti-
» neri ꝑceptũ, eccleſiaſticis uiris datũ de legẽdis horis
» canonicis. nihilq; à nobis geri debere: quod deus in ſcriptura ſctã
» nobis non præceperit. ¶ Huic quidem cauillo iam abunde à no-
bis ſatiſfactũ eſt in primo libro: ex quo id in promptu colligitur re
ſponſum. huiuſmodi ꝑceptũ de horarũ lectione, aperte quidẽ nõ
cõtineri in ipſo euãgelico codice: ſed ſuppreſſe & inuolute illud in
Mat.18. eo cõprehendi uerbo dñi, quo iubemur audire eccleſiã & ꝓpoſitos
Lucæ.10 noſtros, q ſpũ ſctõ ſuggerẽte ordinarũt exoluẽdam eſſe dño à ui-
Mat.23. ris eccleſiaſticis quotidie horaꝝ canonicaꝝ decãtationẽ aut lecti-
onem.

Neq; poſſumus citra noſtræ ſalutis diſpẽdiũ huic ordinatiõi eccle
ſiaſticæ cõtraire: ꝗ etiã obligatoria ſunt q̃ per ſpiritus ſancti occul-
tã inſpirationẽ ab apoſtolis & uiris apoſtolicis ſunt poſt triũphalẽ
dñi noſtri aſcẽſionẽ ſancita pro uniuerſali regimine eccleſiæ, ſicut
& ea q̃ à Chriſto ſunt in euãgelio expreſſa. Sed hec in pſenti loco
repetiſſe: pene ſuperuacuũ eſt. ¶ Rurſum inſiſtit Lutherus, nihil II.
in eccleſia legẽdũ eſſe: niſi uerbũ dei. In horis aũt canonicis multa
cõtineri præter dei uerbũ: & ergo prætermittẽdam eſſe earũ lecti
onẽ. Verũ ſi ita aſſumptã propoſitionẽ intelligat aduerſarius, ni-
hil in officio eccleſiaſtico legẽdum eſſe: quod nõ cõtineatur expſ-
ſe in aliquo librorũ ſacrę ſcripturæ, id imus inficias. Nã & oratiões
ipſe ſupplicatoriæ quas collectas dicũt, & expoſitiones in ſacra euã
gelia à ſanctis patribus elaboratæ, quas homelias uocãt: ſermones
itẽ ſolẽniũ feſtorũ declaratorij, necnõ agones inuictorũ martyrũ
& uitæ ſanctorꝝ à probatis authoribus cõſcriptę: cõuenięter & lau
dabiliter in eccleſiaſtico leguntur officio. Attamẽ planũ eſt: nihil
horũ in ipſo ſacræ ſcripturæ cõplexu cõprehendi. Si uero p aſſum
ptã in hac obiectione propoſitionẽ intelligat Lutherus, nihil in ec
cleſia legi debere quod ſit uerbo dei repugnans aut aduerſum: id
ſane admittimus libenter & annuimꝰ. Ea autẽ quę modo enume-
rata ſunt, atq; in officio eccleſiaſtico legi ſolita: maxime conſonant
uerbo dei, & multa eorũ explicãt illud ac elucidãt, tãtũ abeſt ut illi
ſint aduerſantia. Si qua uero occurrũt in horarũ lectione, quæ ex
liquido uerborũ dei fonte non ſunt deriuata, aut illa nõ explanãt
homelijs ſacriſq; ſermõibus, ut glorioſa martyrũ certamina aut a-
cta ſanctorꝝ, quæ ipſis horis canonicis inſerũt: nõ eſt certe propte-
rea repudianda tanquã inanis & futilis illorꝝ lectio. quod iam olim
authoritate ſynodali cõſtitutũ ſit: huiuſmodi lectionẽ fieri debere
in officio eccleſiaſtico. ¶ Enimuero ex concilio Carthaginẽſi ter- III.
tio (cui & interfuit beatus Auguſtinus: & ſe cũ cæteris ſubſcripſit)
hoc depromit decretũ, cap. triceſimo nono canonũ eiuſdẽ concilij
cõſcriptũ. Itẽ placuit, ut præter ſcripturas canonicas nihil legat in
eccleſia, ſub nomine diuinarũ ſcripturarũ. Sunt aũt canonicæ ſcri
pturæ: hę. Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Libri bibliæ:
Ieſu Naue, Iudicũ, Ruth, Regũ libri quatuor, Paralipomenõ libri q p canoni-
duo, Iob, Pſalteriũ, Salomonis libri quinq;, Libri duodecim pphe- cis habẽtur.

G tarum

tarũ: Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter,
Eſdræ libri duo, Machabæoꝝ libri duo. Noui teſtamẽti: euãgelio
rũ libri quatuor. Actuũ apoſtolorũ liber unus. Epiſtolę Pauli qua
tuordecim, Petri apoſtoli: duæ. Ioãnis apoſtoli: tres. Iacobi apoſtoli
unã. Iudę apoſtoli una. Apocalypſis Ioannis: liber unus. Hoc etiã
fratri & cõſacerdoti noſtro Bonifacio uel alijs eaꝝ partiũ epiſcopis,
pro cõfirmãdo iſto canone innoteſcat: quia à patribus iſta accepi-
mus in eccleſia legenda. Liceat etiã legi paſſiones martyrum: cum
anniuerſarij dies eorũ celebrãtur. Hæc ibi. Deinde eodẽ in loco.
hoc ſubnectitur. Finaliter uniuerſi epiſcopi dixerũt. Omnib⁹ hęc
placuerunt: & hæc, noſtra ſubſcriptiõe firmabimus. Et ſubſcripſe
runt. Aurelius Carthaginenſis, Epigonius Bullẽſis, Auguſtinus
Hipponẽſis, & alij quadraginta quatuor: qui eidẽ cõcilio interfue
rũt. Hęc ibi: ex antiquo libro decretorũ põtificũ. Quod ſi paſſiões
ſanctoꝝ martyrũ, hac grauiſſima ſacræ ſynodi ſanctione decernũ
tur legendæ in eccleſia, cũ dies annu⁹ ſolennitatis eorũ celebratur:
cur nõ eodem iure & acta beatorũ confeſſorum & ſacrarũ uirgi-
num, quos eccleſia catholica, publica ueneratione honorãdos con
ſtituit: etiã recitabũtur in officio eccleſiaſtico, quãdo dies eorũ fe-
ſtus quotannis occurrerit? Certe eadẽ penitus ratio militat in his
& illis, quinimmo in omni ſanctoꝝ gradu & forteq̊s eccleſia ſan-
IIII. Bernardus xit colendos. ¶ Inſuper beatus pater Bernardus in p̄fatiõe quã ui-
tæ ſancti Malachiæ epiſcopi, à ſe conſcriptæ p̄fixit: hoc habet ſer
monis exordiũ. Semper quidẽ operæprecium fuit, illuſtres ſancto-
rum deſcribere uitas: ut ſint in ſpeculũ & exẽplum, ac quoddã ue
luti cõdimentũ uitæ hominũ ſuper terrã. Per hoc enim, q̊dã mo-
do apud nos etiã poſt mortẽ uiuunt: multoſq; ex ijs q uiuẽtes mor
tui ſunt, ad uerã ꝓuocãt & reuocãt uitã. Verũ nũc maxime id re-
quirit raritas ſanctitatis: & noſtra plane ætas inops uiroꝝ. Quã ſa-
ne inopiã ſuper nos adeo inualuiſſe ſentimus: ut nulli ſit dubiũ, illa
ſentẽtia nos feriri. quoniã abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas
Mat. 24 multorũ. Hæc ibi. Quod ſi cõducibile eſt illiuſtres ſanctorũ uitas
deſcribere, ut hic aſtruit Bernardus: nõne æque aut magis utile fu-
erit, deſcriptas eorũ uitas ad publicã audiẽtiũ ædificationẽ in offi-
cio eccleſiaſtico legere? ¶ Adde quod etiam ingens utilitas, ſpiritu
aliſq; fructus admodũ exuberans atq; copioſus, ex hac ſacra lecti-
one

one agonum martyrum, & geſtorum per alios ſingulares excellē-
tiæ ſanctos, cōſurgit in tota eccleſia. Nēpe ad dei primū & ſancto
rū gloriā illa tendit: ut laudētur utriꝗ in ſanctimonia uitæ, feliciꝗ
exitu beatoꝝ, qui inibi recitatur. Deus quidē: ut præcipuus illorū
operum bonorū author. ſancti uero: ut dei cooperatores, & ab eo
ob ſanctitatē ante actā glorificati. Deinde ad uiuētiū ſalutem: ma-
gnopere etiā illa cōducit enarratio bonorū operū, beatæꝗ cōſum-
mationis ſanctorum. ut his tanꝗ̃ aculeis & calcaribus incitētur ad
imitationē enarratæ ſanctitatis, placidæꝗ in dn̄o obdormitiōis eo-
rum. Vt etiam prouocentur bonorū opeꝝ ſtudio, ad obtinenda
illa perennis gloriæ præmia: ad quæ norūt ſanctos ipſos, quoꝝ me-
moratur uita, per uirtutis & iuſtitiæ ſemitam perueniſſe. locumꝗ
habeat in nobis adhuc uiuis: illud poëtæ uerbum. ſtimulos dedit ę-
mula uirt⁹. ¶ Ecce uberē fructū: ex lectione uitæ atꝗ obit⁹ ſancto
rū, ꝗ̃ in horaꝝ canonicarū cōtinētur officio: cōſurgentē. Ad quē
colligēdum, debēt omnes qui degenere nō ſunt animo, generoſe
aſpirare: neꝗ cū ſupercilio phariſaico aut cōtemptu reſpuere, quæ
in deſcriptione uitæ ſanctoꝝ cōtinentur. Si enim fidē adhibemus
ethnicorū hiſtorijs quas probati ſcripſerūt authores, neꝗ dicimus
cōmentitia deliramēta aut nugas aniles in illis cōtineri: nūquid de-
trahemus fidē & denegabimus ſacris ſanctorū qui iā beati regnāt
cū Chriſto hiſtorijs, illuſtrium uirorum ſtudio cōſcriptis? Nunqd
in hanc prorūpemus uocem ſacrarum rerum contemptricem: ꝗ
in illis ſanctorū uitis referantur figmenta, neniæ & mendacia, in-
dignaꝗ ſint quæ in officio legantur eccleſiaſtico? Copioſior ne (di
cant uelim) fructus & ſalubrior decerpitur ex ſacris illis, ſanctorū
uitā & mores enarrātibus hiſtorijs, ꝗ̃ ex prophanis gentiliū annali
bus? Certe ex cōmemoratiōe ſanctitatis uitæ & felicis obitus bea
toꝝ, mēs legētis internam plerunꝗ ſentit cōpunctionē: cū humili-
ter de ſe ſentiēs, percipit ſuam uitam multum eſſe ei quā legit, diſſi-
milem ac diſparem. Soluitur interdū etiam in dulces lachrymas,
in ſingultus, in fletus admodum ſuaues: indolens ſe tanto inter-
uallo diſtare ab ea, quam lectitat, uitæ ſanctimonia. Deinde rapit
mēs generoſa ardēti deſiderio, æſtuatꝗ ſctō igne feruētis ſpirit⁹: ut
eius imitet ueſtigia, cuius tam eximiā oculis propoſitam cernit uitę
excellentiam, excitaturꝗ ea lectione à torpore deſidiæ & inertiæ

Quare acta ſanctoꝝ recitantur in eccleſia.

Lucanus V.

pius lector, & totus in deũ erigit: cupiens impenſius ſancti illius ex-
emplo ſyncære deo in poſterꝝ tempus ſeruire, & cõſimilẽ illi ſorti-
ri uitæ exitũ. Vnde & apud ſe frequẽter ardẽti uoto illud exoptat
Numeri. 23. ſibi demũ datũ iri: atq; à deo crebrius poſtulat. Moriatur anima
mea morte iuſtorũ: & fiãt nouiſſima mea, horũ ſimilia. Sic ſane, ſic
Auguſtinus. beatus pater Auguſtinus, ſanctorum patrũ qui eum tempore præ
ceſſerant audita uita laudabili, placidaq; morte: maiorem in modũ
profeciſſe legit in uia dñi, eorumq; exẽpla mentis ſuæ oculis aſſi-
due obieciſſe, tanq̃ ſpeculũ & regulã certam: ſecundũ quam, uitã
ſuam cõponeret. Demũ ex ſacra illa uitæ ſanctorũ lectione ſuccẽ
ditur plærunq; ſyncærus animus amore cæleſtis patriæ, inflamma
turq; ardenti deſiderio perueniendi ad illam feliciſſimæ perẽnita-
tis uitam: ad quã nouit ſanctũ illũ (cuius uitam ſuſpicit ac demita-
tur) per tribulationes et ęrumnas, per ſancta itidẽ piorũ operũ ex-
ercitia perueniſſe. Sed quis hos et longe plures ſalutiferos fructus
unq̃ ex gentiliũ lectione hiſtoriarũ collegerit? Debemus itaq; re-
uerentiã illam ſacris illis ſanctoꝝ hiſtorijs, ut eas nõ irrideamus aut
ſubſannemus: ſed cũ debita ueneratiõe eaſdẽ amplectamur, et di-
VI. gno proſequamur honore. ¶ Hæc dixerim, quoniã ipſi Luthero
familiare eſt et germanũ: ea quæ de ſanctis enarrant, aut in eorũ
lectitantur uita, ſi ſuo nõ ſapiant ſtomacho, cũ cachinno et ſubſan
natiõe reijcere. Vnde in eo quẽ impugnamus libello ſuo, de abro-
ganda miſſa priuata inſcripto: irridet impudẽti fronte idipſum, q̃d
Sanctus Seuerinus. de ſancto Seuerino memorat à nõnullis, q̄ poſt mortẽ ſuam appa-
rens cuidã familiari ſuo, cõteſtatus eſt ſe grauibus afflictari pœnis:
quoniã totas horas ſuas canonicas cum uiueret, matutino tempo-
re ſolitus fuerit abſoluere, propter occurrentia toto die negocia.
Exiſtimatq; Lutherus illã apparitionẽ fuiſſe illuſionẽ dæmonis:
ad ſtabilienda (ut ait) præcepta humana de horis legẽdis. cũ tamẽ
illud de horaꝝ canonicarũ lectiõe eccleſiæ inſtitutũ, nõ debeat ha
beri nec dici præceptũ omnino humanũ: ſed partim diuinũ et par
tim humanũ. Diuinũ quidẽ: quia ex ijs quæ ſacræ exprimũt literę
quoquo modo eſt deductũ. quẽadmodũ et cætera id genus ecclię
ſtatuta: aut ex uerbis aut factis in diuina cõtentis ſcriptura ſumpſe
runt ſuæ cõſtitutionis occaſionẽ et exordiũ, quandamq; habent ad
ſanctoꝝ eloquiorũ paginã, reductionem. Humanum uero quia
ab homi-

ab hominibus eccleſiæ ſanctę moderatoribus præcipuis,non acce
pta à deo exteriore iuſſione,eſt primo promulgatũ et poſitũ.Quo
niam tamẽ nõ defuit interior eorum pręceptor et magiſter,ſpiritus
ſanctus, cuius inſpiratione et magiſterio cõſtitutũ eſt id decretum
de legendis horis canonicis: ipſum magis ad diuini q̃ humani præ-
cepti naturã cõditionemq́ꝫ accedit, habẽdumq́ꝫ ẽ ꝓpemodũ ut di
uinũ p̃ceptũ queadmodũ et de cæteris cõſtitutiõibus eccl'iaſticis:in
primo huius operis libro ſæpius dictũ eſt,atqꝫ propoſitum.

¶ Authoritate ſacræ ſcripturæ et probatorũ authorũ com-
probari: ꝙ ponendũ ſit purgatorium Cap. XXVI.

DEmũ in decimo ſuo dicto ſupra poſito, et in hoc ca I.
pite una cũ duobus proxime ſequentibus, penitus
eneruãdo: ſubindicat Lutherus nõ eſſe ponendũ
animarum corporibus exutarũ locũ purgatoriũ.cũ "
dicit ibidẽ,tutius eſſe,totũ purgatoriũ negare: quã "
beato Gregorio ſcribenti mortuos apparuiſſe uiuẽtibus ad impe- "
tranda eorum ſuffragia, in hoc loco credere. quod hic (inquit) ſit "
periculum erroris: illic uero, nullum ſit periculum. Ecce his uer- "
bis poſtremis, manifeſte dicit Lutherus nullum eſſe erroris peri- "
culum: ſi quis totum negauerit purgatorium. E diuerſo uero ſenti
endum eſt cum eccleſia catholica, maximum eſſe erroris pericu-
lum, immo uero perniciosiſſimũ errorẽ & ſummopere peſtilentẽ:
negare locum huiuſmodi purgatoriũ. Ad quem errorẽ prorſus cõ
uellendũ,hoc loco demonſtrandũ eſt & ſacrarũ literarũ ſanctorũq́ꝫ
patrũ teſtimonijs necnon rationibus: aſtruendũ eſſe locũ,animarũ
poſt ſolutionẽ à corporibus expiatoriũ: quæ reliquũ aliquid habẽt
egens purgatiõe. ¶ Et primũ id conuincit̃ ex eo loco ſecundi libri II.
Machabæorũ: in quo narrat̃ uir fortiſſimus Iudas collatione facta 2.Macha.12.
miſiſſe duodecim milia drachmas argenti Hieroſolymã: offerri ea
ibi pro peccatis mortuorũ,ſacrificiũ. In quo quidẽ præclaro opere
dicit̃ ipſe pie & religioſe de reſurrectione cogitaſſe: id eſt de relaxa
tione animarũ à pœnis quibus affligantur. Niſi enĩ eos (inquit) q
ceciderãt, reſurrecturos (à pœnis uidelicet: in quibus erãt) ſperaret:
ſuperfluũ uideret̃ & uanũ, orare pro mortuis. Hæc eſt enĩ reſur-
rectio prima: qua anima corpore ſoluta reſurgit à ſupplicijs, in qui
bus detinetur. Et ſecunda reſurrectio: eſt corporum à ſepulchris

in nouiſſimo die futura excitatio. Vnde & de prima reſurrectiõe:
Apoca.20 dicit beatus Ioannes apſus in Apocalypſi. Beatus & ſanctus:q ha
bet partẽ in reſurrectiõe prima. in his ſecunda mors nõ habet pote
ſtatẽ. Neq; poteſt locus ille ſcripturæ citatus ex libro Machabæo
rum, apte intelligi de reſurrectiõe ſecunda: quæ futura eſt uniuer
ſalis in cõſummatiõe ſeculi. ut añcedentia & cõſequẽtia uerba dilu
cide monſtrãt. qm̃ ſacrificiũ & oratio pro mortuis: nihil conferũt
ad illam ſecundã reſurrectionẽ, quę erit cõmunis & iuſtis & repro
bis. Deinceps ſubiungit eodẽ in loco: pclara & memorabilis hæc
2. Mach. 12. ſentẽtia. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exora
re: ut à peccatis ſoluant, id eſt delictis ſi qua ſuperſunt remittẽda,
& à pœnis debitis pro peccatis. quæ quidẽ pœnæ, interdũ nomie
peccatorꝝ propter quæ infligunt, nominant. manifeſtũ eſt itaq;
ex hoc loco: animabus defunctorũ ſupplicia inferri ad tẽpus poſt re
III. Matth. 5 ſolutionẽ à corpore. quare & locũ eſſe: illarũ purgatoriũ. ¶ Rur-
ſum. Apud Matthæũ dominus in parabola loquens ait. Amẽ di
co tibi: nõ exies inde (ſcilicet à carcere) donec reddas nouiſſimum
quadrantẽ. Vbi nomine carceris, in quẽ iudex per ſuũ miniſtrum
mittit eũ qui noluit conſentire cũ aduerſario ſuo in uia: intelligitur
locus punitorius animarꝝ, ac detinẽs eas & affligens, quæ reliquas
habent maculas peccatorũ. A quo loco ſumma ueritas conteſtat
eos qui illuc mittunt nõ exituros: donec pro omnibus etiã minimis
Lucæ. 12. peccatis ſatisfecerint. q̃d etiã duodecimo Lucæ capite (ubi cõſimi-
lia referunt dñi uerba: de reddendo nouiſſimo quadrãte, anteq̃ de
tur exitus è carcere) cõformiter exprimit. Ergo ubi reddiderint eo
carcere detẽti nouiſſimũ quadrantẽ, & pœnas etiã pro minutiſſi-
mis perſoluerint admiſſis: deſignat eos illinc exituros. Si em̃ nunq̃
eſſent inde exituri, & nunq̃ integre exoluturi debitũ uſq; ad ulti-
mũ quadrantẽ: quemadmodũ ij, qui perpetuo addicti ſunt ſuppli-
cio damnatiõis æternæ: nõ diceret Chriſtus nõ exiturũ à carcere
quẽpiam, donec reddiderit nouiſſimũ quadrantẽ. Eo igitur uerbo
ſignificare cenſetur dominus noſter, eſſe carcerẽ temporalem &
ad certum tẽpus, poſt mortẽ: à quo, perſoluto omni debito, pręſte
tur exitus. Et hic eſt locus, animarꝝ corporibus exutarũ purgato-
rius: qui ex eo euangelij loco aſtruendus eſſe, nõ incõgrue exiſti-
IIII. matur. ¶ Præterea. Apud eundẽ euangeliſtam Chriſtus dixiſſe
legitur.

legitur. Quicũq; dixerit uerbũ cõtra filiũ hominis:remittet̃ ei:qui autem dixerit contra ſpiritũ ſanctũ: non remittetur ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Nunquid autem putandũ eſt, in eo uerbo nequicq̃ aut ſuperflue adiectã illã poſtremã particulã:neq; in futuro? An in eã opinionẽ quiſpiam pie in deum affectus ſe adduci ſinet: ut putet uerbũ aliquod ſuperuacuum ore diuinæ ueritatis excidiſſe,aut in ſacro euangelio(quod uerbum eſt abbreuiatum à domino miſſum in terrã) conſcriptũ eſſe? Quid igitur particula illa extrema & deſtructiua, neq; in futuro: nobis inſinuat? certe aliq̃ eſſe peccata: in futuro ſeculo & poſt diſſolutionẽ animæ à corpore remittenda. quandoquidẽ ſi nulla poſt exitũ ab hoc mundo remitterentur: non erat in illis uerbis dominicis exprimẽda illa adiectio. Eſt igit̃ locus à diuina iuſtitia & ſapiẽtia ordinatus: in quo eluant̃ animæ & expurgent̃ à peccatis quæ non ſunt remiſſa in hoc ſeculo, & remittent̃ in futuro: Non eñ diuinæ æquitati conſentaneũ eſt: ut remittãtur poſt hanc uitam peccata ſine aliqua pœnæ ſatiſfactoriæ pro illis toleratione, quẽadmodũ & in hac uita nõ remittunt̃ ſecundũ comunẽ legem pctã: ſine aliqua pro eis ſatisfactiõe. Matth.12. Eſaiæ 10.

¶ Ad hæc beatus Paulus in prima ad Corinthios epiſtola ait de ſuperædificante lignũ,fœnũ & ſtipulã. Si cuius opus arſerit: detrimentũ patiet̃. ipſe aũt ſaluus erit: ſic tamẽ quaſi per ignẽ. Vbi opꝰ cuiuſpiã ardere dicit̃:quod ardore incendij & ſupplicio dignũ cenſetur. Is autẽ pro huiuſmodi opere malo in hac uita contracto,ſignificatoq; per lignũ, fœnũ & ſtipulã, detrimentũ patiet̃: dilationẽ ſcilicet gloriæ cæleſtis,& cruciatum afflictiuũ. Ipſe tamẽ demũ ſaluabitur: completa pro illis ſatisfactione. Idipſum uero fiet (inqt Paulus) per ignem: purgatoriũ ſcilicet & expiatoriũ ſordium peccati, reliquarũ in anima. Ex hoc igitur loco: diuinus apoſtolus innuit eſſe ignem purgatoriũ poſt mortẽ. quem qui patiunt̃: tandẽ ſalui fient,expleta ſcilicet ſui purgatione. Et plane hũc locũ apoſtoli,probatiſſimi interpretes iuxta ac doctiſſimi, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymꝰ, Gregoriꝰ, Bernardus,& nõnulli alij:de igne purgatorio poſt mortẽ,exponũt. Nõ eñ de igne inferno æterniq; ſupplicij: recte poteſt idẽ accipi. qm̃ qui illi adiudicatus eſt: nunq̃ ſaluus erit. Neq; de igne conflagratiõis: qui præcedet faciẽ diſtricti iudicis. quoniã ille toti mundo cõmunis erit:& non ordinabitur V. 1.Corin.3. Pſal.49. & 96.

ad operan-

ad operãdum ſalutẽ in ĳs qui illum perpetiẽtur. quemadmodum
hic ignis:de quo ſanctus apoſtolus in dicto ſuæ epiſtolæ loco, uer-
VI. ba facit.¶Inſuper,dilectus Chriſto diſcipulus in ſacra Apocalypſi,
Apoca.5 raptus ad ſanctoꝝ myſterioꝝ uiſionẽ:ait. Omnẽ creaturãq̃ in cæ-
lo eſt,& ſuper terram, & ſub terra,& mare, & quæ in eo ſunt:oẽs
audiui dicẽtes ſedẽti in throno &agno. Benedictio & honor,&glo
ria,&poteſtas:in ſecula ſeculoꝝ. Nulla aũt exiſtũt ſub terra,laudã
tia deũ,& agnũ dei pro nobis oblatũ:niſi animæ defunctoꝝ quiin
pace dñi quieuerũt,habẽtes aliquid macularũ adhuc expurgãdũ.
Nõ enim qui perpetuę dãnationi ſunt addicti:ĳ ſunt qui ſub terra
Pſal.113. deum laudãt,cũ ſcriptũ ſit in pſalmo. Nõ mortui laudabũt te dñe:
neq; omnes qui deſcendũt in infernũ. Nec etiã illi poſſunt intelli-
gi fuiſſe ſancti patres antiqui,placido Abraæ ſinu recõditi ante re-
ſeratas per mortem Chriſti fores paradiſi: de quibus ibidem dixe
rit beatus Ioannes,ꝙ ſub terra cõſiſtẽtes deum laudarint. Nã hęc
uiſio ſacra,longo poſt paſſionẽ Chriſti tẽpore,beato apoſtolo eſt
oſtenſa:cum iam ſancti illi patres,in cæleſtes mãſiones fuerãt diu-
tius recepti. Sunt igitur abdita ſub terris animarum receptacula,q
bus cõtinentur expiandæ: nec diuinę laudis,ob ſpem futuræ beati
VII. udinis, expertes. ¶ Adde,ꝙ eodem in libro beat⁹ Ioãnes loquẽs
Apoca.21 de ſuperna ciuitate Hieruſalem: dicit. Nõ intrabit in eam aliquid
Eſaiæ.35 coinquinatũ. Et Eſaias de eadẽ ait. Via ſancta uocabitur:nõ tran
ſibit per eam pollutus. De æternæ etiam ſapiẽtiæ participatiõe (q̃
Sapien.7 perfectiſſime obtinetur in beatitudine cæleſti) dicit Sapiens. Nihil
inquinatũ in eam incurrit. Ex quibus locis aperte conſtat,neminẽ
contaminatũ macula peccati:incunctanter peruenire ad felicitatis
æternæ participationẽ. Atqui cõtingit nõnullos,cõtracta uenialı
um peccatorũ labe & necdum exterſa:eximi hac uita. qui(ut oſtẽ-
ſum eſt)nõ ſtatim ſubibũt cæleſtia tabernacula:ob cõtagionem il-
lam adhuc inſitam. Neq; etiam æterno adiudicabũtur ſupplicio,ꝓ
pter huiuſmodi maculas: quoniã leues admodũ ſunt,ut exẽpli gra
tia,uerba ocioſa. Expiabũtur igitur animæ illę poſt reſolutionẽ à
corporeis uinculis,ab illis ſordibus:& demum emundatæ ingrediẽ
tur ſanctam ciuitatem,cæleſtiſq; gloriæ poſſeſſionem. Quare re-
cta expoſcit ratio:ꝙ locus ſit,animarum quæ aliquid purgãdũ ha-
VIII. bẽt,expiatori⁹. ¶ Huic accedit diuinæ iuſtitię rectitudo:q̃ ſicut nul

lum

lum bonũ relinquit irremuneratũ,ita nec ullũ malum impunitum.
Contingit autẽ nonnullos interdũ hac uita emigrare,percepta qui
dem grauiũ criminum ante cõmiſſoꝝ remiſſione à deo : nõ tamẽ
perfecta pœnitẽtia ſatiſfactoria , pro eis debita. Id uero ſatiſfacti-
onis quod ſupereſt explendũ:ſecundũ æquitatis diuinæ legẽ non
eis omnino relaxabitur.quoniã tũc daretur deformitas culpæ: cui
nulla reſpõderet ſeueritas pœnę. Neqꝫ expiabitur id reſiduũ:igne
perpetuæ damnatiõis.quoniã is tantũ ea plectit grauia peccata: q̊-
rum nõ eſt facta remiſſio. Ponẽdus eſt igitur locus , animaꝝ pur-
gatorius in quo exoluãt reſiduam pœnã peccatis debitam:quæ in
huius uitæ decurſu nõ eſt perſoluta. quãdoquidẽ id diuinæ iuſti-
tiæ nequaq̃ diſcrepat:quod remittat culpam, attamẽ expoſcat pœ
nam in illius ſatiſfactionẽ,pẽdendã:atqꝫ reſeruet. ¶ Rurſus,ſecun IX.
dũ ritum eccleſiaſticum ab ipſis introductũ apoſtolis & deinceps
inuiolate ſeruatũ:eccleſia orat pro fidelibus defunctis tam in ſacro
miſſæ officio q̃ in alijs quotidianis ſupplicationibus,per totũ ipſius
anni curriculũ.p̄ter quas,& unũ inſtituit diẽ peculiarẽ , in quo fiat
cõmemoratio publica & uniuerſalis animaꝝ fidelium:& oratio to
tius populi Chriſtiani pro earum liberatione.eum uidelicet: q pro
xime ſequitur ſolennem omnium ſanctorũ celebritatẽ. Atqui nõ
orat eccleſia ſancta pro animabus, perpetuæ beatitudinis cõſorti-
bus:quoniam eæ felicitatẽ æternã adeptę,non indigent uiuẽtium
ſuffragijs. Neqꝫ orat pro ijs:quæ ſempiternæ damnatiõi ſunt ob-
noxiæ,infernisqꝫ addictæ ſupplicijs.quoniã illæ orationibus mor-
talium hac uita ſuperſtitum adiuuari non poſſunt,neqꝫ à ſuis pœ-
nis relaxationẽ obtinere. Reliquũ eſt igit̃,eccleſiã ꝓ illis orare ſpi
ritibus defunctorũ: qui mediã inter hos duos extremos obtinent
ſortẽ,quicqꝫ indigent uiuorũ ſuffragijs : & illis poſſunt adiuuari,ad
relaxationẽ ſuaꝝ pœnaꝝ. Quocirca ſtatuẽdus eſt locus purgato-
rius,quo expient̃ huiuſmodi ſpiritus mortuoꝝ:& à quo demũ libe
rẽtur ꝑ pia eccleſiæ ſanctæ ſuffragia. ¶ Demũ beatus Auguſtin⁹ X.
in uno ſermonũ ꝑtinentiũ ad diẽ cõmemorationis animaꝝ fideliũ Auguſtinus.
defunctorũ:qui eſt de igne purgatorij,ait. Si autẽ nec in tribulatio-
ne grãs agimus, nec bonis operibus peccata redimimus:ipſi tãdiu
in illo purgatorio igne moras habebimus,quãdiu ſupra dicta pec-
cata tanquam ligna fœnum & ſtipula conſumantur.Sed dicit ali-

H quis.

1.Corin.3 quis. Non pertinet ad me quamdiu moras habeã: ſi tamẽ ad uitam
æternã perrexero. Nemo hoc dicat fratres chariſſimi, qa ille pur-
gatorius ignis durior erit: quã quid poteſt in hoc ſeculo pœnarum
uideri, aut cogitari, aut ſentiri. Hæc ille. Cui aſtipulatur & beatus
Hieronymus Hieronymus: in fine ſuorum cõmentariorũ in Eſaiam dicens. Et ſi
cut diaboli & omnium negatorũ, atq; impiorum, qui dixerũt in cor
Pſal.13 de ſuo, non eſt deus, credimus æterna tormẽta: ſicut peccatorũ atq;
impiorum & tamẽ Chriſtianorum, quorũ opera igne probãda ſunt
atq; purganda: moderatã arbitramur & mixtam clemẽtiæ ſentẽtiã
iudicis. Hæc ille. Quo autẽ igne probantur opera nõ omnino ma-
lorum, atq; purgantur: niſi igne purgatorio? Aſtruit igitur his uer-
XI. bis Hieronymus: purgatoriũ. ¶ Conſonat eiſdẽ & Gregorius po
Gregorius tiſſimũ in quarto libro ſuorum dialogorũ capite triceſimonono, cũ
ait. quod & uiceſimaquinta diſtinctiõe, cap. qualis. recitatur. Qualis
hinc quiſq; egreditur: talis in iudicio pſentatur. Sed tamẽ de qbuſ-
dã leuibus culpis, eſſe ante iudiciũ purgatorius ignis credendus eſt;
Mat.12 pro eo q veritas dicit. Quia ſiquis in ſancto ſpiritu blaſphemiã di-
xerit: neq; in hoc ſeculo remittetur ei, neq; in futuro. In qua ſentẽ-
tia datur intelligi: quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdã uero in fu
turo, poſſe laxari. Quod enim de uno negatur: cõſequens intelle-
ctus patet, quia de quibuſdã cõcedit. Sed tñ (ut pdixi) hoc de par-
uis minimisq; peccatis fieri poſſe: credẽdum eſt. ſicut eſt aſſidue
ocioſus ſermo, immoderatus riſus: uel peccatũ curę rei fæmiliaris,
quæ uix ſine culpa uel ab ipſis agitur: qui à culpa qualiter declina-
re debeant, ſciunt. aut non in grauibus rebus: error ignorantiæ.
Quæ cuncta, etiam poſt mortem grauant: ſi adhuc in hac uita po
ſitis minime fuerint relaxata. Hæc ibi. Deinde cõtinuo eiuſdẽ loci
cõtextu comprobat eandem ſententiã (aſſerendũ ſcilicet eſſe ignẽ
poſt mortem purgatorium) Gregorius per illud beati Pauli uerbũ;
1.Corin.3. ex prima ad Corinthios epiſtola paulo ante adductum de ædificã
te lignum fœnum & ſtipulam, qui detrimentum quidem patien-
tur: ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Quem apoſto
li locum, de igne purgatorio recte intelligi non abnuit: & ad illã in-
telligentiam, eundem accommodat. deinde exemplis eandẽ mate-
XII. riam latius proſequitur. ¶ Accedit illi & beatus Bernardus in ſer-
mone ſexageſimoſexto ſuper cantica: loquens de uulpeculis quæ
demoli-

demoliuntur uineam eccleſiæ.id eſt,de hæreticis ſui temporis, qui
ſe apoſtolicos dici uoluerũt:cũ ueri⁹ apoſtatæ debuerint appellari.
Illorum ſiquidem uarias ibidẽ recenſens hæreſes,& impia cõtra fi Bernardus
dem dogmata;ait inter cætera de ĳſdẽ. Non credũt aũt ignẽ pur-
gatorium reſtare poſt mortem:ſed ſtatim animam ſolutã à corpo- Mat.12.
re,uel ad requiẽ tranſire,uel ad dãnationẽ. Quærant ergo ab eo q
dixit,quoddã peccatũ eſſe,quod neq; in hoc ſeculo neq; in futuro
remitteretur:cur hoc dixerit,ſi nulla manet in futuro remiſſio pur Thomas
gatio'ue peccati. Hæc ille. Sanctus itidem Thomas Aquinas in o- Aquinas.
puſculo ſuo cõtra errores Græcorũ, inter cæteras impietates ſuas
etiam negantiũ eſſe purgatoriũ:multipliciter oſtendit, ex ſacrarũ
literarũ promptuario deſumptis rationibus, idipſum eſſe ponẽdũ.
Demum ſingulari doctrina inſignis noſtra tẽpeſtate uir, Ioannes Ioannes
Eccius,in illa ſua diſputatione publica quã cum Martino Luthe- Eccius
ro ſuperioribus annis ſuſcepit: cum ſuper hac materia de purgato
rio ſubiret paleſtrã literariã,atq; in arenã cũ aduerſario ꝓdiret,lu-
culenter ediſſerit & copioſe, ex liquido ſanctæ ſcripturæ fonte id
deduci:ꝙ ſit aſtruendũ purgatorium,plurimorũ inſuper ſanctorũ
patrũ teſtimonĳs hãc ſuã ſentẽtiã ſuffulciẽs. Sed qd multis moror?
Hãc certe aſſertionẽ aſſeuerat & oĩs eccleſiaſticoꝝ ſcriptoꝝ,pie de
ĳs quę ſunt fidei ſentientiũ:corona.apud quos ſemper indubitata
fuit ſentẽtia:ponendũ eſſe ignem purgatoriũ,qui animarũ corpo-
ribus ſolutarum maculas eluat.

¶ Suffragia uiuentiũ, prodeſſe animabus defunctoꝝ: &
potiſſimũ ſancti altaris ſacrificium. Cap. XXVII.

HOc aũt collocato ſtabiliendæ ueritatis fundamẽto: I.
reliquũ eſt & aliam Lutheri impietatem in decimo
ſuo dicto ante poſito annotatã confutare. qua dãnat
celebrationes miſſarum pro ſubleuatione animaꝝ
corporibus exutarũ: quæ aliquid adhuc habẽt pur-
gationis indignum, quod igne expiatorio ſecundum dei ſententiã
eluatur. Quod & hæreticos circa ſua tẽpora factitaſſe ſcribit Ber Bernardus.
nardus:ſermone ſexageſimoſexto ſup cãtica dicẽs. Videte detra-
ctores:uidete canes. Irridẽt nos, ꝙ oramus pro mortuis:ipſos, uiuẽ
tium fraudãtes auxilĳs. Deinde ueritatem tenendã aperiẽs ait. Vi
uentiũ quoq; preces & hoſtias, mortui q opus habebũt & digni

 erunt

erunt: mediantibus percipiẽt angelis. Hæc ibi. Quæ propoſito ne
gocio magnas ferunt ſuppetias. Ad hanc uero impiã aſſertionem
Lutheri & cæterorũ hæreticorũ prorſus eneruandã, demonſtrã-
dum eſt hoc loco: uiuorũ ſuffragia cuiuſuis generis, opẽ ferre de-
functis, in relaxationẽ pœnarꝝ quas igne purgatorio detenti perpe
tiuntur: & ad celeriorẽ earũ ab illis ſatisfactorijs ſupplicijs liberati-
onẽ. nec nõ & id oñdendũ, ꝙ inter huiuſmõi ſuffragiorꝝ gña: pri-
mũ locũ teneat ſacrificiũ dñici corporis et ſanguinis, quod in ſacro
II. miſſæ myſterio offertur. ¶ In primis aũt id conſtat authoritate ſa
cræ ſcripturæ: in prima capitis præcedentis rõne, paulo ante addu
cta ex ſecũdo Machabęorꝝ libro. Vbi ſancta narrat hiſtoria: q̊d
poſtq̃ cõpertũ fuerat Iudæ & ſocijs eius, eos qui de ſuo exercitu in
prælio ante cõmiſſo occubuerãt, iuſto dei iudicio propterea corru
iſſe: qm̃ cõtra cõſtitutionẽ legis ſuſtulerãt aliqua de donarijs idolo
2. Macha. 12. rũ, inuẽta (poſtq̃ cæſi fuerãt) ſub tunicis eorũ: tũ oẽs Iudæ Macha
bæi milites ſupſtites atq; incolumes, ad preces cõuerſi: rogauerũt,
ut id quod factũ erat delictũ, obliuiõi traderet. At quẽ rogauerũt
niſi deũ patrẽ miſericordiarũ: in cuiꝰ ſola manu ſunt animæ defun
ctorũ: ut hoc ex loco cognoſcas etiã Hebræorꝝ populo id perſua
ſum fuiſſe & indubitatũ: preces uiuorꝝ prodeſſe defunctis apud di
uinã maieſtatẽ, quod tamẽ nonnulli impij Chriſtiani impudenter
audent negare. Deinde refert ibidẽ continuus orationis cõtextus,
quod Iudas Machabęus grandem pecuniã miſit Hieroſolymam:
ut offerretur ea ibi pro peccatis mortuorũ ſacrificium, exploratũ
quidem habens uir pietate inſignis & armis: ſacris oblationibus il
lius temporis, releuari ac adiuuari defunctos adhuc peccatis obli-
gatos. quod huiuſmodi ſententia: apud Hebræos illius ueteris ri-
tus cultores haberet certa & explorata. Nos igitur in hac lege gra
tiæ & lucis, negabimus ſalutari ſacrificio corporis & ſanguinis do
minici ſubleuari poſſe animas mortuorũ: expiãdũ quippiã reliquũ
habentes: qui incõcuſſa fide tenere debemus & credere: hoc ipm
ſingulare ſacrificium, omnibus antiquę legis hoſtijs & uictimis ef-
III. ficacius eſſe & dignius. ¶ Demum ſubnectitur in calce prædictæ
narrationis hæc oim animis infigẽda altius ſnia: & ſine hęſitatione
Ibidem. tenẽda. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exora
re: ut à peccatis ſoluantur. Qua, neſcio quid apertius aut manife-
ſtius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtius dici poſſet:ad aſtruendũ propoſitum. Quid igit̃ ad hæc dicent
aduerſarij ueritatis:& lucifugæ? indigni pro quibus cum uitę mu
nere defuncti fuerint: orent uiuentes, quoniã ipſi cum uiuunt, ſub
trahunt ſuffragia defunctis. ut qua menſura menſi fuerint: reme Lucæ.6.
tiatur eis. Nũquid obiectabũt hũc Machabæorũ librũ nõ eſſe de
canone ſacroꝝ libroꝝ: & ergo ſumptum ex eo teſtimoniũ nõ ha-
bere robur? Quod ſi dicere pergãt: occludet ora eorũ impia bea-
tus pater Auguſtinus, perhibens in decimooctauo libro de ciuita- Auguſtinus.
te dei, capite trigeſimoquarto: libros Machabæorũ nõ eſſe quidẽ
de canone Iudæorum, eccleſiã tamen eos pro canonicis recepiſſe,
propter admirabiles martyrum (quæ ibidẽ deſcribunt̃) paſſiones.
Cur igitur hãc eccleſiæ nõ ſequunt̃ authoritatẽ: qui eccl'iæ filios
ſe prædicãt? Cur eccl'iam ipſam nõ audiũt, approbantẽ Machabę
orũ libros:& aſſumentẽ in officio miſſæ ordinato pro defunctis, p
lectiõe epiſtolę hunc locũ, ex ſecundo Machabæorũ libro citatũ?
Nonne hæc in uſum eccleſiaſticũ loci illius aſſumptio, à tota eccle
ſia iam olim facta: ſufficiens eſt argumentũ (ubi cætera deeſſent)
publicæ approbatiõis eorũ libroꝝ? ¶ Rurſum, Antiquus eccleſiæ IIII.
ritus, immo antiquiſſimus & uetuſtiſſimus: hanc etiã cõfirmat ue
ritatẽ, animas ſcilicet defunctoꝝ adiuuari ſuffragijs uiuentiũ. cui
certe ritui, ex authoritate eccl'iæ catholicæ primum inducto, & ha
ctenus intemerate obſeruato: nullus ſanę mentis debet obniti aut
contra pugnare. Vnde beatus Auguſt. in libro de cura pro mor- Auguſtinus.
tuis agenda, quanti facienda ſit hæc eccl'iæ cõſuetudo: liquido pa-
tefacit, cũ ait. Si nulla eſſet authoritas ſacrę ſcripturæ, q̃ doceret o-
rare pro defunctis: tãta eſt tñ authoritas eccl'iæ Romanæ & cõſue
tudinis eius obſeruatæ, ut nemo illã inſequẽs poſſit errare. In eodẽ
q̃q; libro: de altaris ſacrificio loquẽs pro defunctis offerendo, inqt
Non parua eſt uniuerſæ eccleſiæ (q̃ in hac cõſuetudine claret) au
thoritas: ut in precibus ſacerdotis q̃ dño deo ad eius altare fundũt̃,
locũ ſuũ habet etiã cõmemoratio mortuoꝝ. Cui etiã rñdet decre-
tũ cõcilij Cabilonenſis: q̃d in uolumine decretoꝝ, de cõſecratione
diſtinctiõe prima, cap. uiſum præterea. recitat̃ in hunc modũ. Vi- Decretum cõ
ſum præterea nobis eſt: ut in oĩbus miſſaꝝ ſolennibus pro ſpiriti cilij Cabilo-
bus defunctoꝝ loco cõpetenti, in eccleſia ad dominũ deprecetur. nenſis.
Sicut enim nulla dies excipitur, qua nõ pro uiuentibus & pro qui

buſlibet neceſſitatibus ad dñm deprecetur: ita nimirum nulla dies
excipi debet, quin pro animabus fideliũ preces dño in miſſarum
ſolennibus fundantur. Antiquitus igit̃ hunc morẽ ſancta tenet
eccleſia: ut & in miſſarũ ſolennibus & alĳs precibus, dño ſpiritus
Auguſtinus. quieſcentiũ cõmendent, dicente beato Auguſtino. Non ſunt præ
termittendæ ſupplicationes mortuoꝝ: quas faciendas pro om̃ibus
in Chriſtiana & catholica ſocietate laudamus. Et reliqua: ibidem
ad finẽ uſq; capitis, in eandẽ ſententiam ſubſequẽtia. ¶ Inſuper ne
quiſpiã proteruire uolens obiectet hũc ritũ orandi in ſacro cuiuſq;
miſſę myſterio & alĳs eccleſiaſticis officĳs, pro defunctis: eẽ recen
tem & nouitiũ, paucisq; ante annis in eccl'iam introductũ, & idcir
co nullã ab antiquitate uim authoritatis habere: noſſe debẽt oẽs,
hũc morẽ pro defunctis effundẽdi preces ad deũ, in primitiua ec-
cleſia ab ap'lis eſſe inductũ, & proinde antiquiſſimũ haberi debe-
re: & ex ipſa uetuſtate celebratiſſimũ, maximiq; ponderis atq; mo
mẽti. Quod aũt ex ap'lico ritu fuerit circa principiũ ſurgẽtis eccl'ię
Dionyſius. inſtitutus iſte mos ſuffragiorũ pro defunctis: manifeſte conſtat ex
teſtimonio beati Dionyſii Areopagitæ, ap'lis cõtemporanei, addu
cto ſuperius in octauo huius libri cap. & in poſtrema capitis illius
Damaſcenus rõne. Idem etiã patet ex uerbis Damaſceni: dicentis in quodã ſer
mone de ſuffragĳs mortuoꝝ. Myſteriorũ cõſcĳ diſcipuli ſaluato-
ris, & ſacri apoſtoli: in tremendis & uiuificis myſterĳs, memoriam
Iſidorus. fieri eorũ qui fideliter dormierũt, ſanxerũt. Deniq; Iſidorus epiſco
pus Hiſpalenſis: hoc ipſum quod Dionyſius & Damaſcenus, atte
ſtatur inquiens. Sacrificiũ pro defunctoꝝ fideliũ requie offerre, uł
orare pro eis: quia per totũ hunc orbẽ cuſtodit, credimus ꝙ ab ipſis
apoſtolis traditũ ſit. Hoc enim ubiq; catholica tenet eccleſia, quæ
niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata: non pro eorum
ſpiritibus eleemoſynã faceret, uel ſacrificiũ deo offerret. Hæc ille.
Ecce apertiſſimũ teſtimoniũ: ꝙd ab ap'lis in miſſæ ſacrificio inſtitu
VI. ta ſit cõmemoratio defunctoꝝ. ¶ Præterea. Idẽ quod aſtruimus,
oblatiões ſcilicet ſacrificĳ altaris necnon alia pia ſuffragia prodeſſe
defunctis: cõprobať atteſtatione canonicaꝝ ſanctionũ, necnõ ſan-
ctorũ patrũ, grauiſſimæ in eccl'ia authoritatis. Nempe in ipſo libro
decretorũ, decimatertia, quæſtione ſecũda, cap. pro obeuntibus. ci
tatur beatus Gregorius: ita ſcribẽs ad Bonifacium archiepiſcopũ.

Pro obeũtibus quippe cõſuluiſſe cognoſceris:ſi liceat pro eis obla Gregorius.
tiones offerri. Sancta ſic tenet eccleſia: ut quiſq; pro mortuis ue-
re Chriſtianis offerat oblatiões,atq; presbyter, eorũ faciat memo-
riam. Et q̃uis peccatis oẽs ſubijciamur: cõgruit ut ſacerdos ꝓ mor
tuis catholicis memoriã faciat & intercedat. Non tamẽ pro impijs,
quãuis Chriſtiani fuerint: tale quid agere licebit. Eodẽ etiã loco,et
proxime ſequẽte capite. Animæ defunctoꝝ. ita ſcribit idẽ Gre-
gorius. Animę defunctoꝝ quatuor modis ſoluũt. aut oblatiõibus
ſacerdotũ,aut precibus ſanctorũ,aut charorũ eleemoſynis,aut ie-
iunio cognatoꝝ. Vbi per oblationes ſacerdotũ, potiſſimũ intelli-
gunt celebratiões miſſarũ: quæ fiunt à ſacerdotibus in ſubſidium
& abſolutionẽ defunctorum. ¶ Accedit illi & beatus Auguſtin⁹ VII.
in libro de cura pro mortuis agenda,circa ipſius finẽ: & adducitur Auguſtinus.
eodẽ loco,ſcilicet decimatertia,queſtione ſecunda,ca. non æſtime
mus. his uerbis. Non æſtimemus ad mortuos,pro quibus curã ge
rimus,peruenire: niſi quod pro eis ſiue altaris,ſiue orõnum, ſiue e-
leemoſynarũ ſacrificijs ſolenniter ſupplicamus. q̃uis non pro qui-
bus fiunt,omnibus proſint: ſed ijs tantũ, quibus dum uiuunt,com
parantur ut proſint. Sed quia non diſcernimus qui ſint: oportet ea
pro regeneratis omnibus facere. ut nullus eorũ prætermittat: ad
quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire Melius enim ſu
pererunt iſta ijs quibus nec obſunt nec proſunt: quã eis deerũt qui
bus proſunt. Diligentius tamẽ facit hoc quiſq; pro neceſſarijs ſuis:
quo pro illo fiant ſimiliter à ſuis. Eodẽ inſuper loco,ca. tempus. ad
ducitur duplex ſentẽtia Auguſtini ex libro Enchiridion: in cõpro
bationẽ eiuſdẽ ueritatis, ſuffragia uidelicet uiuentiũ & potiſſimũ
ſanctũ altaris ſacrificiũ: prodeſſe mortuis,quippiã expiandum ha
bentibus. quæ ſupra adducta eſt in undecimo huius libri capite: et
in ratione,inter cæteras ad ſubiectã illic materiã poſitas,ordine un
decima: quæ etiã plurimũ cõducit præſenti propoſito. ¶ Ad hæc. VIII.
Innocentius tertius eandẽ corroborat ſententiã: dicens. Orat pia Innocenti-
mater eccleſia non ſolũ pro uiuis, ſed etiam pro defunctis: & eos us tertius.
ſacræ oblationis interceſſioni cõmendat. certiſſime credens, quod
ſanguis ille precioſus qui pro multis effuſus eſt in remiſſionẽ pec-
catorũ: non ſolum ad ſalutem uiuentium, uerum etiam ad abſolu
tionem ualeat mortuorum. Et ut magis oſtenderet eccleſia fidem
ſuam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuam,qua tenet id noſtrum ſacrificiũ mortuis ꝓdeſſe: ſtatuit & de
creuit,ut in omnibusmiſſarum celebrationibus loco debito,defun
ctorum memoria habeatur. Subſcribit illi uenerabilis pater, Hugo
Hugo de ſancto Victore. de ſancto Victore,in ſecũdo libro de ſacramẽtis parte decimaſex-
ta circa finem:ex quarto libro dialogoꝝ Gregorij,id adducens. Si
culpæ poſt mortem inſolubiles nõ ſunt: multoꝝ ſolet animas etiã
poſt mortẽ ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare. Sed ſciendũ eſt,
quia illis ſacræ uictimæ mortuis proſunt:qui hic uiuendo obtinue
runt,ut eos etiam poſt mortẽ bona adiuuent:quæ hic pro ipſis ab
illis fiunt. Hæc ibi. Verum prætermiſſis alioꝝ illuſtriũ ſcriptorũ
authoritatibus,quæ plurimæ ſuperſunt:unicam tãtum rationẽ ad
IX. idem ſuffulciendũ propoſitum adducamus. ¶ Planũ eſt utiq;, cha
ritatem(quæ uinculũ eſt perfectiõis:eccleſiæ mẽbra mutuo nexu
& firmo colligãs)nõ modo ad uiuos ſe extendere,uerum etiam &
ad mortuos:qui eo adornati ſignaculo ex hoc ſeculo tranſeũt. Siq
dem charitas ipſa,uita eſt animæ,quæ nũquã ſecundum apoſto-
li ſentẽtiam excidit:quoniam nec in hoc ſeculo, nec in futuro finẽ
1. Corin. 13 accipit. Et idcirco opera uiuorum,quantum ad profectum ſpiritu
alem,facit etiã cõmunia defunctis:per cõmunicationẽ piam & ſan
ctam bonorum. Enimuero omnes fideles uiui & mortui,uni⁹ cor-
poris eccleſiæ membra ſunt:licet diuerſæ ſortis & alterius ſtatus.
Membroꝝ autẽ eiuſdem corporis,unum per alterum cõſtat poſſe
iuuari:ægrotum ſcilicet per incolume,& debile per id quod eſt ua
1. Corin. 12. lidum. Et quemadmodum ait diuinus apoſtolus:pro ſe inuicẽ ſoli-
cita ſunt mẽbra. Ergo ſicut in corpore naturali, ita & in myſtico:
mẽbra inualida per ea quæ robuſta ſunt adiuuari queũt,& defun
cti per ſuffragia uiuorum. Verũ de hac materia præclare & dif-
fuſe differit,doctrina ſacra uir inſignis Gabriel Biel:in quinquage
ſima ſexta & ſeptima lectione ſuæ expoſitionis de canone miſſæ.
Tomas Vualdẽ. Eandem etiã egregie & copioſe pertractat uenerabilis pater Tho
mas Walden,(cuius ſupra,crebrius eſt facta mentio)in operis ſui
de ſacramentalibus capite quadrageſimo, necnon capite centeſi-
moſexto & centeſimoſeptimo. In quibus locis ubertim & ample
confutat Viclefum & aſſeclas eius (quorum unus eſt Lutherus)
negantes ſuffragia uiuorum defunctis prodeſſe.

¶Non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Non eſſe leuiter credendas, nec in uniuerſum da-
mnandas mortuorum, quæ uiuis fieri dicuntur, appa-
ritiones. Cap. XXVIII.

DEniq; in decimo ſuo dicto ſupra annotato, Luthe- I.
rus annitẽs abrogare id pſertim miſſæ officiũ, quod
ex eccleſiaſtico inſtituto celebratur pro fidelibus de
functis: catholicæ profeſſionis cultoribus illi obiectã
tibus ad improbationẽ tam prauæ aſſertionis, quod
animæ nõnullorũ mortuorũ apparuiſſe dicantur uiuentibus ami-
cis ſuis & familiaribus: petentes ab eis, miſſarum celebrationẽ pro
ſe fieri & pro ſui redemptione, aut cõteſtantes, factas pro ſe huiuſ-
modi celebrationes, magnã ſibi opem tuliſſe ad celeriorẽ ex igne
purgatorio liberationem: reſpondet auſu temerario Lutherus, qc »
quid refertur de apparentibus poſt mortem ſpiritibus: eẽ uanũ & »
friuolum, dæmoniſq; ludificationẽ, cũ id non habeatur ex ſcriptu »
tura. quemadmodũ prius ex eo eſt adductũ: circa libri huius princi »
pium. Vbi etiam & illud ex eodẽ eſt cõmemoratum: quod errore » Gregoriꝰ.
deluſum obgatrit beatum Gregoriũ, cum ſcribit Paſcaſium dia- » Paſcaſius.
conũ Romanum (de quo narrationẽ contexit libro quarto ſuorũ »
dialogorũ, cap. quadrageſimo) & alios nõnullos apparuiſſe uiuenti »
bus poſt mortẽ: & ab eis ſacræ oblatiõis atq; orationum ſuffragia »
poſtulaſſe. Adijcit & illud circa eundẽ libri ſui locum Lutherus, »
ad maiorẽ improbitatis ſuæ exaggerationẽ: idipſum quod narrat »
de œconomo beati Gregorij poſt mortẽ excõmunicato à Grego »
rio, & propter tres aureos inter chartas eius repertos ſe grauibus »
addictum eſſe pœnis conteſtato, poſtea tamen per triginta miſſa- »
rũ celebrationẽ liberato: fuiſſe illuſionẽ diaboli qua illuſit Gregori »
um, ad ſtabiliendũ hũana pcepta de paupertate. Et demũ colligit, »
nõ eſſe fidẽ habẽdã apparitionibꝰ mortuoꝝ: quoniã ſunt (inquit) »
illuſiones diabolicæ. Verũ qs iure nõ increpitet hãc effrenatã Lu
theri impudẽtiã: qua ne Gregorio quidẽ, uiro utiq; ſanctiſſimo iu
xta ac doctiſſimo (q firma fuit eccleſię colũna: & iubar clariſſimũ)
parcit: obgarriens eũ præſtigijs dæmonicis & ſubdolis illuſiõibus
hallucinatũ: qui totus deo plenus ſpirituq; ſancto repletus, eo dire-
ctore in ſuis operibus agebatur. Quod aũt de eius œconomo hic
attulit Lutherus: ipſe Gregorius in quarto libro ſuorũ dialogorũ,

cap. quinquageſimoquinto, nō de ſuo narrat œconomo: ſed de q̄dam fratre ſui monaſterij (cui, Iuſto nomē erat) medicæ artis perito, inter cuius medicamina (nō chartas) inuentos ſcribit tres aureos: cū illo monacho poſt mortē, ob clandeſtinā illā pecuniæ detentionē, in ſterquilinio ſepultos. ¶ Cæterū ut ad hæc quæ de apparitionibus mortuorꝫ hic effutit aduerſarius, breuis adhibeat & ſuccincta reſpōſio: ingenue fatēdū eſt, non debere quēpiā temere & leuiter credere quibuſcꝫ apparitiōibus mortuorꝫ q̄ fieri poſſint: q̄niā ſecūdū Sapiētis ſententiā, Qui cito credit: leuis eſt corde. Facile ſiquidē ſatanas ſe trāſfigurat in angelū lucis, & nactus hominem, huiuſmodi apparitionibus credulū: miris eum modis & aſtu uafro ſolet eludere. Idcirco ſalutari admonitioni beati Ioannis penit⁹ adhærēdū eſt: dicētis in prima ſua epiſtola canonica. Fratres, nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt. Et in ſacris ſanctorꝫ hiſtorijs nōnulli admodū cōmendātur ut prudētes & circūſpecti: quod, reuelatiōibus ſibi factis de curanda ſanctorꝫ corporū ſine honore terra cōditorū eleuatione, honoratioreq̄ꝫ in aliū locū trāslatione: nō cōtinuo adhibuerunt integram fidem, ſed ſub ueriti fraudē aliquā antiqui ſerpētis, deū ſupplices exorarunt: ut ſi ex eo eſſet talis inſueta apparitio, ſecūdo & tertio ſibi eodē ſchemate & modo fieret. Quēadmodū in hiſtoria inuetiōis ſacri corporis beati Stephani protomartyris: ſe factitaſſe ſcribit uenerabilis preſbyter Lucianus. ¶ Verūtamē altera ex parte, nō debet quiſq̄ obſtinata fronte quaſcūq̄ꝫ mortuorū apparitiones in totū dānare: ut facit hoc loco Luther⁹. neq̄ꝫ ea duci opiniōe, q̄ uiſiōes oēs nocturnæ & ſpirituū reuelationes hominib⁹ factę: ſine diſcrimine aut delectu ſint illuſiones ſatanicæ, neq̄ꝫ ullæ tales fiāt authore deo, fieri ue poſſint. Nēpe in ſacra euāgelij hiſtoria ſæpi⁹ legit angelus dñi apparuiſſe ſctō Ioſeph, uiro ſacratiſſimę uirginis Marię in ſomnis: & admonuiſſe eorū, quę circa pueri Ieſu ac ſacroſanctæ matris eius curā & cuſtodiā, illi erāt ageda. Et Magi poſt inuentū ſtella duce regem cæli & terræ, myſticiſq̄ꝫ adoratum muneribus: acceperūt reſpōſum ab angelo in ſomnis ne redirent ad Herodē, ſed p aliā uiā reuerterētur in ſuā regionē. Præterea in actis apoſtolicis legitur dñs nō ſemel appauiſſe beato Paulo nocte, eūq̄ꝫ cōfortaſſe: admonens ut conſtans eſſet in tribulatione pferenda, & pdicatiōe euange-

Marginal notes: II. (beside "tionē, in ſterquilinio"); Eccli. 19 / 2. Corin. 11 (beside "niā ſecūdū Sapiētis"); 1. Ioan. 4 (beside "hærēdū eſt"); III. Lucianus presbyter (beside "byter Lucianus"); Mat. 1 & 2. (beside "ue poſſint"); Matt. 2 (beside "ius curā"); Actu. 18, Actu. 23, Actu. 27 (beside "ce regem cæli" … "aliā uiā").

euangelij, Cũ igitur hæ factæ ſint apparitiões cælitus, nõ ad eoꝝ ꝗ
apparuerũt ſubleuatiõem & ſubſidiũ, ſed illorum quibus eſt facta
apparitio: quis incredibile cenſeat, & fieri poſſe authore deo appa-
ritiones mortuorũ ope aliqua indigentiũ, ad eorũ qui apparẽt rele-
uationẽ? Rurſum, ut in actib⁹ apoſtolorũ refert beatus Lucas, cũ
Paulus Troade ageret: uiſio per noctem illi oſtenſa eſt. Vir Mace
do quidã erat ſtans & deprecans eum: & dicens. Tranſiẽs in Ma-
cedoniã: adiuua nos. Vt autẽ uiſum uidit: ſtatim quæſiuimus (in-
quit) ꝓficiſci in Macedoniã, certi facti: quod uocaſſet nos deus euã
gelizare eis. Ecce uiſo illo nocturno cognouit ipſe Paulus, feruen-
tiſſimus diuini uerbi annũciator: ſe procul dubio uocari à deo atq;
admoneri, ut in Macedoniam trãſiret & illic ꝑdicaret euãgelium
regni. An & hæc apparitio fuit illuſio dæmonica: per quã curaſſet
ſatanas hortari Paulum ut Macedonibus annunciaret Chriſtum,
quod unũ maxime auerſabatur & horrebat? Nihilo ſecius iſta ap-
paritio facta eſt ad opem ferẽdã ei qui apparuerat: & toti regionis
illius populo, pro quo loquebatur. Cur ergo cõſimili ratione & de
functi nõ poterũt directore deo apparere uiuentibus: ad imploran
dũ ipſorũ adiutoriũ? Deſinat ergo Lutherus cauillãdo obiectare,
id ex ſcriptura nõ haberi: ꝙ mortui nõ appareãt uiuis ad expetẽda
eoꝝ ſuffragia. cũ iã oſtenſum ſit in ſcriptura haberi idipſum: unde
cõgrue & cõuenieter poſſis colligere huiuſmodi mortuoꝝ appari
tiones. ¶ Porrò dicturus eſt fortaſſe nobis hic Lutherus, eos quos IIII.
apparuiſſe modo dixim⁹ nõ fuiſſe mortuos. ſe autẽ dũtaxat dãnare
apparitiões mortuoꝝ & ex hac uita ſublatoꝝ, ꝗ dicũtur uulgo fie-
ri uiuẽtibus. & ergo hæc omnia modo adducta: nihil cõtra eũ mili-
tare. Cui pro reſpõſione ad hunc cauillũ, obijciem⁹ dehinc & mor
tuos: qui uiuis dicũtur uere & citra illuſionẽ aliquã apparuiſſe. In
primis in ſecũdi libri Machabæoꝝ ultimo capite narrat Onias (dũ 2.Mach.15
uiueret) ſummus ſacerdos & ſanctitate ſpectabilis, poſt mortẽ ſuã,
orantis ſpeciem præ ſe ferens: apparuiſſe Iudę Machabæo, inituro
pugnam cõtra ſacrilegum Nicanorẽ. & in hac uiſione, etiã ſanct⁹
propheta Hieremias aſtitiſſe ſocius Oniæ: tradidiſſeq; Iudæ gladi
um aureũ, tanq̃ futuræ uictoriæ pignus. Attamẽ uterq; eoꝝ: erat
iam pridẽ uita defunctus. Sed quis adeo delirus erit & mente ca-
ptus: ut cõtra ſcripturæ ſacræ ſententiã, hanc uiſionem tam conſo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latoriã obganniat fuiſſe confictã aſtu dæmonico; cũ eius enarrati
one milites Iudæ maiorẽ in modũ fuerint ad pugnã cũ ſumma a-
lacritate animati. & illuſtris uictoria (proſtratis hoſtibus, cæſoq;
Nicanore) à Iuda & ſuis obtenta: indicauerit nõ uanã fuiſſe eam
uiſionẽ. Hoc igitur ex loco diſcat Lutherus & fateaf, ex ſcriptura
haberi: interdũ mortuos etiã dirigente deo uiuis apparere. Sed ne
ſcio reuera, utrũ tandẽ eo demẽtiæ deuenire uolet Lutherus, oẽs
Matth. 17 ꝓmiſcue dãnans mortuoꝶ apparitiões: ut & Moyſen uiſum cum
Helia ꝓpheta in trãsfiguratiõe dñica, dicat ludificatiõe ſatanæ illic
Leuiti. 24 apparuiſſe, ꝙ lõgo ante tpe fuerit uita exẽptus. Quod ſi dicere ten
taret: ilico ducẽdus eſſet extra caſtra tanq̃ blaſphemus, & lapidib⁹
V. obruẽdus in om̃i populo. ¶ Adde ꝙ in hiſtoria paſſiõis candidiſſi-
Agnes mæ uirginis Agnetis (quã ꝑclare cõſcripſit beatus pater Ambroſi
Ambroſius us Mediolanẽſis antiſtes) narraf Conſtãtiæ filiæ impatoris, ad ſe-
pulchrũ eiuſdẽ uirginis & martyris in orõne proſtratę ad impetrã
dã corpis ſui ſanitatẽ, & ſomno placido correptę: apparuiſſe ipa be
Lucia ata Agnes, & deuotã ſibi Cõſtãtiã integre curaſſe. Sãctę etiã Lu
ciæ adhuc ſupſtiti, ad ſepulchrũ ſacræ uirginis & martyris Aga-
thę in orõne excubãti, pro ſanitate ſuæ matri ualitudinariæ obtinẽ
Agatha da: legif apparuiſſe ipſa glioſa uirgo Agatha, regno iã cæleſti poti
ta, & dulciſſimo alloquio beatã Luciã cõpellaſſe, illiuſq; matrẽ red
Geruaſius didiſſe à profluuio ſanguinis om̃ino incolumẽ. Ad idẽ quoq; com
Prothaſius. probandũ, haud parũ facit exẽplũ ſanctoꝶ martyrũ Geruaſii &
Prothaſii: quorũ corpora inuenit beatus Ambroſius Mediolani,
anno ſecũdo Theodoſii imperatoris. Nam ambo, illi apparuerunt
una cũ beato Paulo apoſtolo: declarauerũtq; locũ ubi ſua corpo
Ambroſius ra erant recondita. Quæ cũ ingẽti deuotiõe Ambroſius terra effo
dit, qua iã diutius abſtruſa delituerãt: & cũ magna ueneratiõe ad
baſilicã ſanctæ Fauſtæ tranſtulit, illucq; publice honorãda repoſu
Gamaliël. it. ¶ Ad hæc, ſanctus itidẽ Gamaliël uenerãdo ſacerdoti Luciano
nocturna apparitiõe ſe ſpectandũ exhibuit: ſuiq; corporis & ſocio-
Sanctus Stephanus rũ eodẽ humatorũ loco (inter quos, præcipu⁹ erat beatus Stepha
nus: martyrũ primitiæ) detectionẽ, decẽtioremq; collocationẽ ab
epiſcopo Hieroſolymitano fieri poſtulauit. cuius quidẽ rei faciun
VI. dæ, Lucianũ eſſe denũciatorẽ uoluit. ¶ Demũ beatus Dionyſius
Dionyſius. Dagobertus. Areopagita haud diſſimiliter Dagoberto regi in ſomnis apparẽs:
admonuiſſe

admonuiſſe eũ fertur, ꝙ ſuũ corpus ſuorumq́ꝫ ſociorũ exuuias ter
ræ uiſceribus eruendas, honeſtioreq́ꝫ loculo reponendas curaret.
Quod & de plæriſqꝫ aliĳs ſanctis, prõptũ fuerit ex ipſoꝝ hiſtoriĳs cõ
mõſtrare: eos inquã, uiuẽtib' ad ſuoꝝ corpoꝝ eleuationẽ faciendã
citra fictionẽ & dolũ apparuiſſe. Si igit' ipſi æternę beatitudinis par
ticipes: hoĩbus apparuerũt hanc adhuc agẽtibus uitã, ad uenerati
orẽ ſacroꝝ ſuoꝝ corporũ, reliqarũ & cineꝝ repoſitionẽ: qd incre-
dibile fuerit aut improbabile, & animas defunctoꝝ apparere uiuis
interdũ ad implorandã eoꝝ opẽ, ſuffragiũ & adiutoriũ, pro ſua li-
beratiõe ab igne expiatorio quo detinent'? Sicut em̃ illi, ꝗd ſibi ho-
norificũ ẽ & cõdecẽs, ea apparitiõe expoſtulaſſe noſcunt': ita & hi,
ꝗd ſibi utile eſt & accõmodũ atqꝫ in dei cedẽs honorẽ, huiuſmodi
apparitiõe ꝑmiſſa à deo expoſcũt. Neqꝫ ulla queat aſſignari ualida
ratio: cur hoꝝ potius ꝙ̃ illoꝝ apparitionẽ fieri poſſe hoĩbus, abne-
gemus. Non recte igit' Lutherus in uniuerſum oẽs haſce dãnant
mortuorũ apparitiones: quod eſt huius capitis propoſitum.

¶ Non eſſe etiam improbanda, publica rei literariæ gymnaſia: neqꝫ in diſciplinarũ profeſſione magiſteria, contra Lutheri placitum. Cap. XXIX.

EXpeditis omnibus quæ ad decẽ dictorum Lutheri I.
in primo libri huius capite adductorũ ex libro eiuſ-
dẽ de abrogãda miſſa priuata, reſponſionẽ, conuul-
ſionemq́ꝫ pertinent: anteꝙ̃ huius nauigationis uela
cõplicemus, extremamq́ꝫ libro huic imponam' ma
num: congruum duximus & utile, unũ adhuc eius dictum (quod
ſupra annotatum non eſt: quoniã eccleſiaſtici gradus ſortem & of-
ficium miſſæ, è directo non concernit) in eodem de abrogãda miſ-
ſa libro contentum in præſentia confutare, ꝙ non ſolum falſum ſit
& erroneum: uerumetiam Chriſtianæ reipublicæ admodum per
nicioſum, apoſtolicæq́ꝫ ſedi iniuriũ, & antiquę conſuetudinis appri
me laudabilis eneruatiuum. utpote illud ipſum: quo publica litera-
rum ſtudia & celebres damnat academias (ad quas undiquaqꝫ cõ
fluunt, capeſſendæ diſciplinæ gratia, ſtudioſi) tanquam malorum
omnium ſentinam, morum'que corruptelam. Verum hoc ipſum
etiam à ſuo didicit Viclefo: improboꝝ ſuoꝝ dogmatũ magiſtro Vuiclefus
& duce, qui inter quinqꝫ & quadraginta articulos in ſacroſancta

ſynodo Conſtantienſi condẽnatos: hũc habent uiceſimũ nonum.
Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduatiões & magiſteria in eiſdẽ,
ſunt uana gẽtilitate introducta: & tm̃ proſunt eccl'iæ, ſicut diabo-
lus. Quinimmo uterq; eorꝫ, à patre mẽdacij & inimico ueritatis ſa
tana, ad id aſtruendũ uidenẽ inducti: cui inuiſa ſunt bonarꝫ literarꝫ
gymnaſia & publica ſtudia. q̃d per ea cõfutenẽ hæreſes pernicio
ſæ & impiæ doctrinæ quas per hæreticos ſuos miniſtros & ſatel-
II. lites ſtudet in agro dñi & eccl'ia ſancta diſſeminare. Vnde in pri-
1. Regũ 13. mo libro Regũ ca. decimotertio: dicit hiſtoria ſacra. Porro faber
ferrarius nõ inueniebaẽ in omni terra Iſraël. Cauerãt em̃ Philiſti
ni: ne forte facerẽt Hebræi gladiũ aut lanceã. Quẽ locũ exponẽs
Quid ſignãt Philiſtæi: prohibentes Hebræis arma cõponere. gloſſa ordinaria, ait. Diabolus quoq; per paganos, per hæreticos,
& per falſos Chriſtianos, ſtudet prohibere ne ſint doctores in ec-
cleſia: qui ſpũalia arma faciant & nobis ad pugnandũ tribuant. Pa
gani em̃ prohibuerũt: ne Chriſtiani liberalib[9] imbuerenẽ artibus
Hæretici quoq; perſuaſerũt principibus: ut catholici eccl'ię defen
ſores in exiliũ pellerenẽ, ut deſolatã plebẽ facilius ſeducerẽt. Nũc
quoq; antiquus hoſtis ab inſtantia eruditiõis prælatos auertit: ut
& ipſos & ſubditos facilius decipere poſſit. Hæc ibi. Et reuera tã
Viclefus q̃ Lutherus, improbantes academias & publica litera-
rũ ſtudia: more Philiſtæorũ prohibẽt, ne Hebræi id eſt catholici
tranſeuntes per hãc peregrinatiõis noſtræ uiã, ad futurã quã inq
rũt ciuitatẽ: fabricẽt ſibi gladiũ uerbi dei & lanceã ſanæ rectæq;
doctrinæ, qua ſe defendere poſſint cõtra improbos eorꝫ inſultus.
Iulianus Cæſar. In quo quidẽ facto & Iulianũ imitanẽ apoſtatã, impiũ ac ſacrilegũ
idolorꝫ cultorẽ: ne glorienẽ ſe primos eſſe huiuſce rei peſtiferæ in
uentores. De quo, hiſtoria eccleſiaſtica libro decimo, capite trice
ſimo ſecũdo refert: q̃d inter cæteras callidæ ſuæ perſecutiõis (quã
moliebaẽ in Chriſtianos) technas: & hãc unã excogitauit atq; pro
poſuit decipulã, quod ſtudia authorũ gẽtiliũ Chriſtianos adire ꝓ
hibẽs: ludos literarꝫ illis ſolis qui deos deaſq; uenerabãtur, patere
decreuit. Ecce q̃ egregiũ habẽt & inſignẽ ſigniferꝫ: ſub cuius mili-
tent uexillo, & cuius horrida caſtra ſequanẽ. Cæterũ rõnibus nũc
agendum eſt in Lutherũ, & oſtendendũ multifariã, ꝙ cõmendan
dæ ſunt mirũ in modũ diatribæ literariæ: in quibus omnia diſcipli
III. natũ genera traduntur. ¶ Et primum quidem, quoniã in canticis
amatorijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amatorijs:uox ſponſi ẽ ad amicos ſpõſæ Capite nobis uulpes par- Canti.1.
uulas: quæ demoliunť uineas. Quẽ locũ exponens gloſſa interline
aris: inquit. Vox Chriſti aduerſus hæreſes. Debellate & deprehẽ
dite ſchiſmaticos & hæreticos: qui callidi ſunt, & ſe humiles fin-
gunt. Et gloſſa ordinaria eodẽ loco. Vulpes in foueis abduntur, &
cum apparuerint: nunq̃ directis itineribus currũt. ſic hæretici. Ex
quibus uerbis planũ eſt, per uulpes eo in loco intelligi uerſutos hæ
reticos: quos capere debemus & cõprehẽdere in aſtutia eorũ, ne
amplius demolianť uineam ecclīæ. At quomodo capi poterũt uul
peculæ illæ aſtutæ: niſi habeantur retia & caſſes doctrinæ, potiſſi
mum ſacræ & catholicæ, quibus irretianť & illaqueẽtur? Et hu-
iuſmodi doctrina quonam pacto cõparabiť, niſi in gymnaſiis publi
cis ſtudijsq; literarijs acquirať: ubi præceptores habenť, palã illam
profitentes? Probandæ ſunt igiť ipſæ ſcholæ & academiæ gymna
ſticæ: in quibus aguntť quãrũuis diſciplinarũ exercitia, ꝙ admodũ
conducãt ad extirpanda praua dogmata. ¶ Præterea. Ad eccleſi IIII.
aſtici corporis integritatẽ et cõſummationẽ: conſtituti ſunt à Chri
ſto inter cæteros eius gradus [illegible] es, etiã doctores, qui ueritatẽ
palã edoceant & populũ recte inſtituãt. quẽadmodũ teſtať beatus
Paulus: in prima ad Corinthios epiſtola, dicens. Et quoſdam quidẽ 1. Corin. 12
poſuit deus in eccleſia: primũ apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio
doctores, deinde uirtutes. Et ad Epheſios ſcribens: idem affirmat Ephe. 4
his uerbis. Et ipſe (Chriſtus ſcilicet: de quo, præcedẽs ſermo) de-
dit quoſdã quidẽ apoſtolos, quoſdã aũt prophetas: alios autem pa
ſtores & doctores ad conſummationem ſanctorũ, in opus miniſte
rij, in ædificationẽ corporis Chriſti. Huiuſmodi autẽ profeſſiõis
& officij uiros fuiſſe etiã in primitiua eccleſia: oſtendit illud dictum
in actibus apoſtolorum. Erant autem in eccleſia quæ erat Antio- Actuũ 13.
chiæ, prophetæ & doctores: in quib⁹ Barnabas, & Simon qui uo
cabatur Niger. Hanc autẽ docendi authoritatem & præclari mu
neris denominationem, non debet ſibi quiſq; pro ſuo arbitratu uẽ
dicare: ſed ab alio habente poteſtatẽ accipere eam, ubi idoneus illi
officio & dignitati fuerit compertus. Neceſſaria ſunt igitur gy-
mnaſia literaria: in quibus poſt tranſactum alicuius doctrinalis pro
feſſionis ſtudium, facto periculo de ſufficiente literatura: pro-
moueantur ſtudioſi bonarum diſciplinatum ad apicem gradus
doctoralis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

V. doctoralis,& magiſterij inſignia pariter & nomẽ accipiãt. ¶Rur-
ſum, Perſpectum id habetur & exploratũ:in quauis arte ſubmini-
ſtrante corpori neceſſaria,ut ſartoria,ſutoria,& tonſoria:non quẽli
bet pro ſuo arbitrio ſibi uendicare poſſe nomen artificis in eo opi
ficio,neq; eam artem pro nutu in publica officina poſſe exercere,
ſed primũ oportet ſtudioſum alicuius artis:eam ſub magiſtro illius
perito didiciſſe ſedulo. Et ubi eam callet is diſcipulꝰ exacte:tum o-
ſtenſo aliquo opere artis illius quod molitus eſt,corã peritis & deſi-
gnatis ad examẽ ipſius:promoueri eũdẽ cõuenit ad magiſteriũ ar-
tis huiuſmodi,donariq; facultate ad exercẽdam illam in poſterum
in propatulo. Quod cum obſeruetur accurate in quauis arte ſerui
li:ut ædificatoria,ſtatuaria,& cerdonica,nũquid liberales artes uſ-
queadeo ſordebũt & proſtituentur:ut unuſquiſq; nomẽ magiſte
rij in eis ſibi aſſumere poſſit pro ſuo nutu,ſine pcedẽte legitimo ſtu
dio & examine diligẽti:ſit'ne ea nomẽclatura & profeſſionis hono
re dignus? Nequaq̃ certe ita facto opus eſt : ſed in cuiuſcũq; diſci-
plinæ facultate, diſcipulum prius agere oportet eum,qui ad magi-
ſterij culmẽ uult demũ euehi. Deinde ab ijs qui authoritatẽ ſorti-
ti ſunt cõferendi gradũ magiſterij:promoueri ad illius dignitatem
& publicã profeſſionẽ. Qui autẽ hæc fient, ſine gymnaſijs & ſcho
lis publicis:in quibus agatur & bonarũ artium ſtudiũ, & eo cõſum
mato ſuſcipiatur laurea coronaq; magiſterij? Eſt igitur admodum
rationabilis inſtitutio academiarũ (quas uniuerſitates uocãt) & ma
VI. gnopere cõmẽdãda: ob uberrimũ fructũ inde enaſcentẽ. ¶Inſup,
uoce prophetica dñs ſciẽtiæ defectũ in populo reprehẽdit,& gra-
Eſaiæ.5 ui punitione mulctãdum cõminatur:cũ ait per Eſaiam. Propterea
ductus eſt populus meus in captiuitatẽ:quia nõ habuit ſcientiam.
Non habuit in quã:id eſt noluit habere,ut exponit ibidem gloſſa.
Oſee.4 Et per Oſee prophetã, Cõticuit populus meus:eo quod nõ habu
erit ſcientiam,quia tu ſciẽtiã repuliſti:repellã te,ne ſacerdotio fun
garis mihi. Et in prouerbijs dicit Sapiens. Vbi nõ eſt ſcientia ani-
Prouer.19 mæ:non eſt bonum. Ex oppoſito igitur,ipſius ſcientiæ cõparatio p
Sapi.6 indefeſſum ſtudium:laudabilis eſt & utilis. Quod etiam in libro Sa
pientiæ teſtatur Salomon dicẽs. Multitudo ſapientũ:ſanitas eſt or
Hieronymus bis terrarum. Beatus etiam Hieronymus:ad Ruſticum monachũ
ſcribẽs,ait inter cætera. Ama ſcientiam ſcripturarum:& uitia car-

nis

nis non amabis. Rurſum ad eundem. Multo tempore diſce: quæ
poſtmodũ doceas. Idẽ quoq; ad Paulinum. Sancta ruſticitas, ſolũ
ſibi prodeſt, & quãtũ ædificat ex uitæ merito eccleſiã Chriſti: tã-
tum nocet, ſi cõtradicentibus nõ reſiſtat. Vbi manifeſte ſanctorũ
ſcientia, p̄fertur ſimplicium ſanctitati. Omitto conſulto innumera
alia ſcripturæ & ſanctorũ patrum teſtimonia: in hãc unanimter cõ
uenientia ſententiam, ꝙ p̄clarum bonum ſit ſcientia: & ſummope
re expetẽdum. At quomodo uẽdicabitur illa & aſciſcetur à ſtudi
oſo, flagranteq; bonarum literarum deſiderio: niſi ope & p̄ſidio
præceptorũ, qui illã cupidis doctrinæ tradãt? Vbi autẽ illorũ præ-
ceptorum habebitur copia. ſimul cum facultate progrediẽdi in ſtu
dio artis alicuius doctrinalis uſq; ad magiſteriũ & gradũ doctoralẽ,
qui cõferat authoritatem profitendi artem illã publice: niſi in aca-
demijs & ſtudijs literarijs? Eſt igitur illorũ approbanda cõſtitutio:
ut neceſſaria pariter & utilis reipublicæ Chriſtianæ. ¶ Demũ nõ VII.
recẽs aut nouitia putari debet publicarũ ſcholarũ inſtitutio, in qui
bus literatorũ ſit uirorũ cõuentus & corona, ſed uetuſta ſupra mo
dũ: & ex antiquitate magnã ſibi uendicans authoritatẽ, ut q̃ apud
omnes fere gentes, nationes & populos locum habuerit. Enimue Ioſue.15
ro in libro Ioſue ſacra narrat hiſtoria: q; Caleph cõſcendẽs de He
bron, quã acceperat in partem ſuæ ſortis: uenit ad habitatores Da
bir, quæ prius uocabatur Cariathſepher, id ẽ ciuitas literarũ. Ideq; Iudicũ.1
rurſum cõmemoratur in principio libri Iudicũ: his uerbis. Atq; in
de profectus Iudas abijt ad habitatores Dabir: cuius nomen uetus
erat Cariathſepher, id eſt ciuitas literarũ. Dicta autem eſt urbs illa
quondam, ciuitas literarum: quoniã in ea olim apud Chananæos
floruit doctrinalium (quas liberales uocant) artium ſtudium publi
cũ, & ad eã fiebat ad literas capeſſendas undiq; diſcẽdi ſtudioſorũ
cõcurſus. Queadmodũ & apud Memphin Aegypti, erant ſacer- Mẽphitici ſa-cerdotes
dotes, artiũ omnium profeſſores: ad quos audiẽdos, inſignes doctri
na uiri è Græcia profecti fuiſſe leguntur. Sic & apud Babylonios
Chaldæi: omniũ diſciplinarũ p̄ſertim Aſtronomiæ habebant peri Chaldæi
tiſſimi. Apud Perſas aũt Magi, ſapientiæ ſtudio intenti: aliorũ erãt Magi.
publici præceptores. Indi uero: ſuos habuere Gymnoſophiſtas. Gymnoſo-phiſtæ
Græci itidem: Philoſophos, aliorum in Athenienſi academia ma Philoſophi
giſtros obtinuerunt. Galli quoq; ſuos habuerunt Druydas ad q̃s Druydæ.

(ut Cæſar in cõmentarijs de bello Gallico:libro ſexto cõmẽorat)
cõfluere ſolita erat iuuentus:perdiſcẽdi cupida. Demũ apud Chri
ſtianos in diatribis literarijs habentur magiſtri & doctores:qui alijs
in quouis genere diſciplinæ tradãt præcepta ac documẽta artis ex
petitæ. Quodq́ʒ his maius eſt:ab ipſa ſede apoſtolica, multis priuile
gijs dotata ſunt huiuſmodi gymnaſia, & à regibus atqʒ principibꝰ,
in quorum ditione ſunt inſtituta:non paucis libertatibus & immu
nitatibus donata.

¶ Gymnaſiorꝫ per alias adhuc rationes approbatio: & ratio
nũ Lutheri illa improbantiũ diſſolutio. Cap. XXX.

SEd & hoc in loco nõ erit incõgruũ, nõnullas inſup
afferre rationes:ad academiarũ cõmendationẽ am
pliorem facientes. necnõ ea uerborũ iacula retũde
re:quæ Lutherus cõtra illas arcu hoſtili intorquet
1. & euibrat. ¶ Certe ſiquis animo ſecũ expẽdat quã
ta utilitas enaſcatur ex publicis gymnaſiis literarijs, & quãtus tam
morum q̃ doctrinæ fructus:facile ſibi perſuadebit, plurimum cõ-
mendãdam eſſe illorũ inſtitutionẽ & frequentationẽ. Quis enim
certo numero cõſequi queat aut uerbo complecti:quot ex illis ui-
ri caſtigatiſſimis formati moribus, uirtuteq́ʒ præſtantiſſimi prodie
re? qui poſtea totius reipublicæ cum ciuilis tum eccleſiaſticæ gu-
bernacula feliciter geſſerunt. Quot item uiri doctrina excellẽtiſſi
mi, & in omni genere diſciplinę exercitatiſſimi:ex ſcholis illis ꝓceſ-
ſere? qui uelut clara cæli luminaria:totum deinde mundũ, ſuarum
literarum eximio ſplendore illuſtrarunt. Et ut alios pene innume-
Auguſtinus. ros taceamus:nõne beatus Auguſtinus clariſſimũ eccleſiæ iubar,
ſe à Tagaſtenſi municipio in Africa (unde ortus erat) admodũ te-
nui:ad Madaurenſem urbem ſatis uicinam, capeſſendarũ literarꝫ
gratia, ac mox Carthaginẽ, diſtantiorẽ quidem ſed celebriorem
urbem, miſſum eſſe à parẽtibus ſuis magna cũ eorũ impenſa ac o-
mniũ admiratione:atteſtatur circa principiũ ſecundi libri ſuarũ cõ
feſſionum? Hæc autem ad celebres illas academias Auguſtini pro
fectio, bonarũq́ʒ literarũ in adoleſcentia perceptio: ſubminiſtrauit
haud dubie nõ paruã opem & adminiculũ exuberãtiſſimæ illi do-
ctrinæ ſacræ, quã poſtea affluenter more torrentis uberrimi effu-
dit. At uero Lutherus uitio dandos cenſeret ipſius Auguſtini pa

rentes

rentes(quos tamē,omnes ob tantā in filiū curā: ſummis extollebāt laudibus)quod ipſum curarint in gymnaſiis literarijs,ingenuis diſciplinis & moribus imbuendū.¶ Adde,q ad ea comparanda quę corpori ſunt uſui:publici ſunt mercatus & nundinæ,ad quas undique cōfluūt ſtatis certisq; tpibus quotānis mercatores: ut quæ ſibi cōducere putāt,comparēt.neq; durum illis eſt:relicta domo , ad ea proficiſci loca,magno etiam interuallo à ſuis tectis diſtantia. Nam ut ait Horatius. II.

Impiger extremos currit mercator ad Indos:
Per mare,pauperiē fugiens:per ſaxa, per ignes.

Ad illa igitur cōſequenda quæ animū excolant atq; perficiāt,uirtutem inquā & ſcientiam:quis iure damnabit cōſtitui inſignes academias,ad quas uelut bonarū artium cōmūe & celebre emporiū, cōcurrāt adoleſcētes diſcēdi cupidi? Nō em̄ in patrijs tectis natali ue ſolo:cōmode tā precioſas opes cōparare queant.tum ob præceptorum penuriam:à quibus recte poſſent altiorib⁹ diſciplinis illic inſtitui.tum etiam,quoniā ablegatio filiorum à domo paterna ad exteras regiones,ſtudiorū gratia:apprime cōducit illorꝫ profectui. ne domeſticis corrumpantur delitijs: aut indulgētiore educatione prorſus eneruentur.Sic enim Cicero Romanæ parēs eloquentię, filium ſuum Athenas miſit, celeberrimā eo tempore Græciæ academiam:ut bonis artibus imbueretur. Ad quē in tertio libro ſuorū officiorꝫ:ita ſcribit. Suſcepiſti onus præterea graue: & Athenarū,& Cratippi.ad quos cū tanq̄ ad marcaturam bonarū artiū ſis profectus:inanem redire turpiſſimum eſt,dedecorantem & urbis authoritatē & magiſtri. Quare quantum conniti animo potes,quātū labore contendere(ſi diſcendi labor eſt:potius q̄ uoluptas) tantū fac ut efficias,ne'ue cōmittas,ut cū omnia ſuppeditata ſint à nobis:tute tibi defuiſſe uideare. Hæc Cicero. In quib⁹ uerbis filiū ſuum dicit miſſum Athenas:tanq̄ ad mercaturam & emptionē bonarꝫ artiū in nundinis illis literarijs,ubi tū maxime artes omnes floruerunt. Cæterū Lutherus admittit quidem mercatorū ſeculariū ad publicas nundinas concurſum:quo conquirāt ſibi ea quę in corporis cedūt emolumentum. ſtudioſorum uero confluxum ad gymnaſia publica,quo conſequantur ea quæ ad animæ ſpectant cultum & decorem:prohibet. Vult itaq; corpus ſedulo curari:animū

Cicero ad filium ſuum.

III. uero negligi,incultumq́ relinqui. ¶ Ex prædictis aũt haud diffici
le fuerit ijs reſpondere:quæ cõtra ſcholas publicas obiectat in hoc
libri ſui loco Lutherus.qui poſtq̃ eas ineptiſſime cõtulit idolo Mo
loch: & quanti ab omnibus fiant,cũ ſubſannatione cõtumelioſa,p
more ſuo deſcripſit (quæ om̃ia, quoniã reſponſione ſunt indigna:
» hic conſulto prætermittunt) tandẽ in hæc erumpit uerba. Et non
» uident parentes,nec qui uident curãt: adoleſcẽtes hic peſſimis mo
» ribus perdi, nullo prohibente. Iam ſcortatio,comeſſatio,& alia ma
» nifeſta flagitia: mitius perdũt. At qꝫ imbuunt philoſophicis,genti-
» libus,humanis, impijs & ſacrilegis opiniõibus: hic eſt ille ignis Mo
» loch,nullis lachrymis ſatis deplorabilis.cũ per eũ ij maxime deuo
» rent & pereant: qui ſunt ſtudioſiſſimi & pudiciſſimi in academijs
» iuuenes. Et paulo poſt. Academijs ab initio mũdi ſatanas nihil ex
» cogitauit præſentius:ad uaſtãdã fidẽ & euangeliũ toto orbe. Hęc
IIII. Lutherus. ¶ Ad quæ paucis reſpõdebimus, primũ id afferẽtes:
corruptelã moꝝ plerũq́ non cõtrahi in academijs,ſed in eas affer
Quintilianus ri ex praua educatiõe præcedente. Queãdmodũ Quintilianus,au
thor clariſſimus,in primi libri ſui de inſtitutiõe oratoria, cap. tertio
diſſerẽs,utrũ pueri utiliꝰ domi an in ſcholis erudiant: deplorãs cor
ruptiſſimos puerorũ mores,quos ex nimia indulgẽtia parentũ ma
loq́ exẽplo domi à teneris annis imbibũt, ait. Vtinã liberorũ no-
ſtrorũ mores: nõ ipſi perderemus. Infantiã ſtatim delitijs ſoluimus
Mollis illa educatio quã indulgentiã uocamꝰ: neruos om̃es & mẽ
tis & corporis ſoluit. Deinde enarratis aliq̃t diſſolutionibus morũ,
quæ à parentibus obijciunt filiorũ adhuc tenellorũ oculis: ſubiun
git. Fit ex his conſuetudo: deinde natura. Diſcunt hæc miſeri: an
teq̃ ſciant uitia eſſe. Inde ſoluti ac fluentes,non accipiũt ex ſcholis
mala iſta: ſed in ſcholas afferũt. Hæc ille. Nonnulli uero adoleſcẽ
tes recte à parẽtibus educati, poſtq̃ in academiã ſe contulerũt: ad
hærent prauorũ contubernio atq́ ſocietati, & ex huiuſmodi ſoda
litio perditiſſimos contrahunt mores, quoniã ſecundũ Sapiẽtis ſen
Eccli. 13. tentiã. Qui tetigerit picẽ: inquinabit ab ea. & qui cõmunicauerit
Eccli. 19 ſuperbo: induet ſuperbiã. Et paulo poſt idẽ ait. Qui ſe iunxerit for
nicarijs: erit nequã. Alios inuenias qui ob genuinũ adoleſcentiæ
feruorẽ, quem recte rationis frenis non reprimunt ut deberent,in
carnis uitia prolabuntur: cum in academijs, ſtudiorum gratia uer-
ſantur,

ſantur, quoniam ſuas ſequuntur improbas cupiditates non acqui Eccli.18
eſcentes huic ſalubri Sapientis monito. Poſt concupiſcentias tuas
nõ eas: & à uoluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ cõcupi
ſcẽtias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis. Quacunq; tamen ex
cauſa reddantur adoleſcentes in ſcholis publicis corrupti moribus
& diſcholi: nunquid hæc perditio & deprauatio eorum, academijs
eſt aſcribenda? quæ & ferulam adhibent diſciplinæq; ſeueritatẽ
ijs (qui ſub pędagogis militant) ſcholaſticis: & præcepta morum
rectaq; uitæ inſtituta ex philoſophiæ moralis, iuris pontificij atq;
ciuilis, nec non ex ſacrarum literarum fontibus hauſta: quotidie
inculcant auribus diſcipulorum ſuorum. Quinimmo ſummope-
re curant, ut non minus probis moribus inſtituti euadant ſuæ diſci
plinæ alumni: quàm bonarum artium periti. Hominum igit᷑ pec
cata ſunt libidines & ebrietates, quæ in ſcholis ipſis committũtur:
non ipſorum gymnaſiorum. Ex quibus etiam non pauci prodire
ſolent probatiſſimis compoſiti moribus: quos illic ſibi compararũt
ſecundum regulas legesq; uiuendi inibi acceptas. Hos itaq; potius
oculis noſtris obijcere debemus, ad faciendam fidem ꝙ in acade-
mijs ipſis recta eſt morum inſtitutio: q̃ exleges corruptisq; mori-
bus imbutos, qui præuaricatores ſunt rectarum conſtitutionum
in gymnaſiis poſitarum ad uitam cuiuſq; probe inſtituendam. V.
¶ Porro quod ſecundo loco in ſupradictis uerbis obiectat Luthe
rus: damnandas ſcilicet eſſe academias quoniam in eis imbuuntur
adoleſcentes philoſophicis, gentilibus, humanis, impijs & ſacrilegis
opinionibus; omnino à ueritate eſt alienũ. Siquidẽ nihil in illis tra
ditur diſciplinis quę publica profeſſione leguntur; quod ſit contra
fidem aut bonos mores. Et ſi qua talia aduerſantia fidei aut probis
moribus occurrerint inſerta libris authorũ qui ſuſcipiuntur legen
di: admonentur auditores à lectoribus non eſſe ea in parte autho
ribus illis adhærendum. Quid ergo illic periculi eſt aut diſcriminis
ne quis in errorem incidat? cũ præmoniti ſunt omnes: ut à fouea
occurrente in uia ſibi caueant. Sed quid tantopete philoſophiã ex-
horret Lutherus: in crimẽ id uocãs, ꝙ philoſophicis diſciplinis im
buant᷑ qui in academijs nauãt operã ſtudio literarũ? cũ præfulgidę
illæ lampades eccleſiæ, Chryſoſtom9, Baſilius, Hieronymus, Au
guſtinus, Ambroſius & cęteri patres antiqui: nequaq̃ fuerint eam

auerſati, ſed miro amplexati ardore, ꝙ perſuaſum habuerint, ean
dem ad diuina myſteria cognoſcenda aptam uiam ſternere: gra-
Roma. 1 dumqꝫ præparare. ſecundum illam beati Pauli ſententiam. Inuiſi
bilia dei, à creatura mundi: per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpi-
ciuntur. ſempiterna quoqꝫ uirtus eius: & diuinitas. Cui conſonat
& Salomon in libro Sapientiæ: rep̃hendens ſacrilegos idolorum
cultores, ꝙ operibus attendentes, nõ agnouerũt quis eſſet artifex.
Sapien. 13 A magnitudine enim (inquit) ſpeciei & creaturæ: cognoſcibiliter
Iob. 12 poterit creator horum uideri. Inſinuat itidem beatus Iob eandem
ſententiam: dicens. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te:
& uolatilia cæli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſponde-
bit tibi: & narrabunt piſces maris. Quis ignorat ꝙ omnia hæc, ma
nus domini fecerit? Hæc ille. Atqui philoſophia potiſſimũ natu-
ralis cum ſuis appendicibus, rerũ ſenſibilium proprietates, natiuaſ-
qꝫ conditiones nobis adaperit: quibus tanq̃ aptis quibuſdam gradi
bus aſſurgamus ad dei omniũ conditoris agnitionẽ. Quis igit con
temnendam recte duxerit philoſophiã: quæ nos tanto munere lo
Auguſtinus. cupletat? Ad hæc, beatus pater Auguſtinus in ſecundo libro de
doctrina Chriſtiana latius ediſſerit: ꝙ ignoratio naturæ qualitatiſ-
qꝫ rerũ, ut animalium, herbarum aut lapidum: imperitia itidem pro
prietatis numerorum, in ſacris literis ſparſim poſitorum, deniqꝫ &
ignorantia muſices: multũ præſtet interdũ impedimẽti, ad rectã
diuinæ ſcripturę apertamqꝫ intelligentiam. Hæc aũt omnia, nõne
ab ipſa philoſophia & certis eius partibus ſunt precario accipiẽda?
Sed omniũ bonarũ diſciplinarũ oſor & hoſtis eſt Lutherus: pro-
batos oẽs authores & in primis Ariſtotelẽ unicũ philoſophiæ pa-
rentẽ, inſolenter aſpernans. ¶ Q; aũt illa quæ in academijs legunt,
plærunqꝫ gentiliũ authorũ ſint dicta: non debet quenq̃ deterre-
re ab eorũ lectione aut ſtudio, modo ueritati ſint cõſentanea. Qm̃
Ambroſius ſecundũ beati Ambroſii ſentẽtiã, Verum à quocũqꝫ dicat: à ſpũ
Auguſtinus. in ſecundo li. de doctrina Chriſtiana. ſancto eſt. Et Auguſtinus admonet, ſi qua apud gentiles inueni-
antur authores, aut fulciendæ ueritati aut formandis moribus ido
Exodi. 11. et 12 nea: nos ea abhorrere nõ debere, ſed tanq̃ ab iniuſtis accepta poſ-
ſeſſoribus, in noſtrũ uſum accõmodare, haud aliter q̃ populus Iſra
ëliticus iubente dño accepit cõmodato ab Aegyptijs uaſa aurea et
argẽtea, ueſtemqꝫ plurimã: & ita ſpoliauit Aegyptios. Deniqꝫ te-
nenda

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nenda nobis eſt ſemper & illa Senecæ ſententia. Non à quo dica Seneca.
tur: ſed quid dicatur, attende. ¶ Verũ opinionibus tantũ (ait Lu- VI.
therus) imbuunt: qui in academijs incumbunt literarũ ſtudio. Cui
occurrendum eſt, non opinionibus, quæ ob incertitudinem propo
ſitæ ſententiæ, reddunt animũ fluctuantem: ſed ſcientijs, firmitatē
atq; certitudinem aſſertorũ annexam habentibus: inſtitui bonarũ
artiũ ſtudioſos. modo diſciplinæ ipſæ in ſua puritate atq; natiuo ni
tore tradantur: exquiraturq; recta primorum authorum intelligē
tia. Nunquid (obſecro) in ſacris literis dicet Lutherus opiniones
tantum contineri: & non ſolidam rerum ueritatē? In iure uero ca
nonico & ciuili: demiror Lutherũ, nihil niſi opiniones inuenire. Si
militer & in medicæ artis aphoriſmis atq; canonibus: nec nõ in ar
tiũ liberaliũ axiomatibus & theorematibus: neſcio quomodo ſolas
opiniones deprehendet. cũ diſciplinæ mathematicæ omniũ cõfeſ-
ſione ſint certiſſimæ, nullasq; admittãt opiniões. Et hæc ipſa, quæ
modo in ordinē digeſſimus, ſunt diſciplinarũ genera: quæ fere in
gymnaſiis publica ſolent tradi profeſſione. Aut enim theologiæ,
aut iuris, aut medicinæ, aut philoſophiæ, in eis & audiuntur lectio-
nes: & magiſteria expetunt. Cæterum ꝙ humana dogmata dicat
Lutherus in gymnaſiis tradi: ferendum quidem eſt, ꝙ plærę́q; in
eis diſciplinæ circa humanarũ rerum cognitionem obuerſentur:
licet non deſint & diuinorum myſteriorũ contemplationes & ſan-
cta documenta: quæ potiſſimum in theologicæ profeſſionis facul-
tate proponuntur ediſcenda. ¶ Porro id nequaꝗ̃ ei tribuendum: VII.
ꝙ in Chriſtianorum gymnaſiis, in cathedra doctorum & frequēti
auditorio, edoceantur impia & ſacrilega dogmata, quemadmodũ
hic affert. In omni enim diſciplinarũ genere, quarum publica le-
ctio in academijs exercetur: quæcunq; impia ſunt & ſacrilega, ex
plodunt, exibilant & eliminantur. puritasq; & ſynceritas ſanæ do
ctrinæ, in illis exacte ſeruatur: ſecundũ ipſam ſcholarũ inſtitutio-
nem, leges & ſcita. Quod ſi fortaſſe ſecus ab aliquibus fiat particu
latim: id per exorbitationē à recta illarũ fit regula, et per declinati-
onem à legitima conſtitutiõe. Quæ quidem oberratio (ſi qua talis
obtigat) caſtiganda eſt et emēdãda, reflectēdaq; in rectitudinē nõ
aũt ipſa gymnaſia idcirco dãnanda, aut dãda probro. Minime uc-
ro omniũ id ferendum: quod in ſuorum uerborum paulo ante cita-
torum,

torum calce profert Lutherus, ſatanam ſcilicet excogitaſſe academias ad uaſtandam fidem & euangelium: & nihil illis præſentius ipſum adinueniſſe à mundi principio, ad inducendam religioni Chriſtianæ extremam perniciem. Qui enim inimicus eſt ueritatis, & errorum nebulas uult toti offundere atque inducere mundo: quomodo academias excogitauit, per quas diſcutiantur illæ tenebræ mendaciorum, & ueritatis claritas eluceſcat? Cum etiam ſatanas, uirtutis ſit hoſtis capitalis: quomodo curauit gymnaſia cõſtitui, in quibus ad probe honeſteque uiuendum inſtituantur homines, caſtigatiſque moribus formentur? Sed in hiſce Lutheri uerbis refellendis (quæ, ut uerum fatear, uix digna ſunt improbatione) prolixior æquo fortaſſe protractus eſt ſermo. Quem ut tandem cum præſenti libro claudamus: id unum autumamus nos ſatis perſuaſum omnibus reliquiſſe, nequaquam damnanda eſſe hæc publica literarum ſtudia: ſed plurimum commendanda, quod ex ijs magna procedat utilitas in ædificationem eccleſiæ, in animarum ſalu-
1. Regũ. 2 tem, & dei (qui ſcientiarũ dominus eſt) honorem. Cui ſit laus & gloria, necnon gratiarum actio: in ſecula ſeculorum Amen.

SECVNDI LIBRI, ECCLESIAE LVTHERANAE CONFVTATORII: FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ANTILVTHERI, LIBER TERTIVS: VOTORVM MOnaſticorum perpetuam ſtabilitatem aſſerens, profeſſionisq́; cœnobiticæ inſtitutum, laudabile eſſe & probatiſſimum, demonſtrans.

## ¶ Quã graue ſit malũ: monaſticam uitã profeſſum, cõtra eius uota & inſtituta ſcriptis pugnare. Cap. I.

PLEROSQVE EST INVENIRE I.
uſqueadeo in malorum profundũ demer-
ſos, ut cum tetrum aliquod facinus admiſe
rint & graue piaculum: non modo ſuam nõ
agnoſcant iniquitatẽ aut illius ducãtur pœ
nitudine, ſed & eam inſuper defendãt, uer
baq́; concinnẽt ad excuſandas excuſatiões
in peccatis, immo contendant ſe nihil mali
egiſſe: ſed bonum opus cõmendationeq́; dignum, ad quod aliȷs ꝑ-
ſuadendũ: adductis undecũq; rationibus, totis neruis annituntur.
Quẽadmodũ ſolent interdũ occurrere, qui cũ ieiunium eccleſia-
ſticũ ſoluerint ut carni indulgeãt: primũ extenuãt apud alios id eo
rum factũ: dãnantes ieiunȷ obſeruationẽ. cauſantes ieiunium eſſe
minimũ bonorũ operũ quod deo poſſit exhiberi: & inter omnia,
poſtremo reponendũ loco, quo uideatur eius ſolutio: modica eſſe
aut minima præuaricatio. Quod tamẽ eoꝝ dictũ, omnino uerita-
ti aduerſatur, & Chriſtianæ religionis pietati. quãdoquidẽ quãto
difficilius factu eſt opus aliquod & laborioſius, afflictiuũq́; magis: — *Ieiunȷ cõmẽdatio.*
tãto melius eſt (ubi reliqua omnia pari ſe habẽt modo) & utilius,
deoq́; acceptius. Atqui longe moleſtius eſt & grauius homini ieiu
niũ: ꝗ nõnulla alia opa bona. quod in ipſo, intraneã corpis afflictio
nẽ nobis ipſis irrogamus. Adde, quod ad refrenandã carnis petulã
tiã, multo ꝓpinquiꝰ & uicinius cõducat ieiuniũ: ꝗ alia bonoꝝ ope-
rũ exercitia. Ea aũt carnalis laſciuiæ repreſſio, cũ primis eſt nobis
neceſſaria: ut ſpiritus cõualeſcat, ſibiq́; carnẽ ſubigat. ¶ Alios inue II.
nias: qui admoniti ab amicis nõ recte ſolui ab eis ieiunia, authori-
tate eccleſiæ conſtituta: protinus ora laxant in maledicentiã. obie-

ctantes iniquã eſſe & crudelẽ, illã eccleſiæ ſanctionẽ de ieiuniis ob
ſeruãdis, multosq́ꝫ ob illã incurrere aduerſã ualitudinẽ, cerebriq́ꝫ le
ſionẽ & mẽtis deliriũ: ꝙ debita naturę alimẽta ſubduxerit atq́ꝫ ſum
monerit. Quid rogo de illis ferẽdũ ẽ iudicii? nõne ipſos grauiſſimo
animi morbo laborare: quo dãnant utiliſſima ſalutis humanæ prę
ſidia, pie & ſancte inſtituta, ꝙ ſuis aduerſa ſint cupiditatibus? Haud
diſſimili ratione ſi quis uentri indulgens, feria ſexta hebdomadæ,
memoriæ dñicæ paſſionis peculiariter dedicata: aut in ipſa quadra
geſima ueſcatur carnibus, contra legitimũ eccleſiæ morem. & ob
huiuſmodi tranſgreſſionem increpatus ab iis qui ſalutis animæ i-
pſius flagrant deſiderio, reſpondeat nõ modo quicquã mali ſe nõ
admiſiſſe: ſed & bonum opus exercuiſſe. eccleſiaſticos uero princi
pes grauiter deliquiſſe: ꝙ hiſce diebus eſum carniũ interdixerint.
Propterea enim prohibitionẽ, cõplures in ſuæ incolumitatis in-
cidere diſpẽdiũ: & grauiũ morboꝝ materiã inde cõtrahere. Non-
ne is ipſe (ſi quis talis fuerit) os eſt & organũ diaboli, & apertus ſa-
tanæ præco: oblatrans uoce ſacrilega & impia in ſanctã eccleſiã &
III. ſacras eius leges? ¶ Quod ſi quis in maiorem prorũpens inſaniã, li
brũ ædat: blando uerborũ lenocinio, & ſuaui elegãtia ſermonis re
ſperſum (ut aucupis more, illecebris illis fallat incautos: & melle cir
cũlitũ inſtillet animis uenenũ) in quo totis contendat uiribus, per-
perã ab eccleſia interdictũ eſſe certis diebus eſum carniũ: et iniq́ꝫ
indictã ieiunioꝝ obſeruantiã, ut non ſolũ ipſe decidat in barathrũ
iniquitatis: ſed & plures alios ſecũ pernicioſa illa perſuaſione ꝑcipi
tet in illud. minusq́ꝫ peccare ſibi uideat: ꝙ q̃ plurimos alios illis uer-
boꝝ ꝓſtigiis, phaleratisq́ꝫ rhetorico lepore ſcriptis, in eandẽ ſenten
tiã adductos, eiuſdẽ criminis habeat cõſortes atq́ꝫ participes: unde
grauiorem ſibi exaggeret dãnationẽ, quid de eo cenſendũ putes?
Nõne in eo ſuo opere præcurſor uidetur antichriſti: & public⁹ ho
ſtis eccleſiæ? nonne etiã idẽ, affectator Epicuri, aſſertorq́ꝫ uolupta-
IIII. tis habendus eſt: & Chriſtianiſmi ſubſannator? ¶ Sed q̃rſum hęc?
certe ut ſuis Lutherum depingamus coloribus: quibus eſt dignus,
ob æditũ in lucem librum peſtilentẽ ſupra modũ & exitialem, quẽ
inſcripſit (ut titulus ipſe prodit) de uotis monaſticis. Is enim (quem
admodum de ſe ibidem ſcribit) poſt q̃ ſolenni profeſſiõe aſſumptã
cucullam monaſticam ſexdecim annos tulerat, in domo religioſa

cum

cum aliis frattibus ſuis uictitā: nō modo deinde ꝑ apoſtaſiā exuit
eam, abiecitq;(ut uulgo aiunt) in urticas: proteſtatus ſe ampli⁹ nul-
li hominū eſſe ſubiectū, nec abbati, nec epiſcopo, nec papæ: ſed ſo-
li deo, cui tamē uere non fuit ſubiectus: quādiu præpoſitis eccleſia
ſticis fuerit rebellis & contumax. uerꝵ etiā libellū p̄dictū emiſit in
publicū: maxime omniū pernicioſum. In quo totū ordinē monaſti
cū molitur euertere, triaq; eius p̄cipua uota, uniuerſæ profeſſionis
regularis fulcra ac baſes: omnino cōuellere, oſtendereq; illa nō de-
bere eſſe in omne uitæ tēpus reliquū obligatoria cōnitit: ſed libera
et tꝑaria. ut cuiq; cū libuerit, liceat ab eis reſilire: atq; ad uitā ſecula
rem abiecto habitu monaſtico reuerti. Sanctitate p̄terea uitę con
ſpicuos Hieronymū et Bernardū, ordiniſq; ſacri fratrū minorꝵ pa
trē primatiū Franciſcū, grauiſſimis inceſſit cōtumeliis: ꝙ id uitæ
genus ei inuiſum inſtituerint, obſeruauerint, et ſcriptis ſuis cōmen
dauerint. Sic ſane poſuit in cælū os ſuū Luther⁹: et lingua eius trā
ſiuit in terra. Inſuper totū ſuū ſtudiū ibidē cōuertit in hūc finē: ut Pſal. 72.
teſtimoniis ſcripturarꝵ ꝑperā intellectis, et(ut mos illi frequēs ē) in
cōgrue ad rē ꝓpoſitā applicatis, cōgeſtiſq; undecūq; rōib⁹: cōmon
ſtrēt tria illa p̄cipua uota, obediētię, caſtitatis, & pauꝑtatis: repugna
re orthodoxæ fidei, libertati Chriſtianę, rectę itidē rationi, diuiniſ-
q; p̄ceptis. tanꝗ ſuſcitata cōiuratione omnino cōſpirauerit in totū
ordinē monaſticū, ipſe tranſfuga: animoq; cōſtituerit, illū ſi poſſit
ē mūdo ſuſtollere, machiniſq; & telis literariis oīa religionū mona
ſterialiū genera expugnare ac diruere. ¶ Cæterꝵ in hac tāta imꝓ V.
bitate(ſicut & in aliis ꝑmultis) ipſe Lutherus mores imitatur aui-
tos: ſuūq; ſequitur Vicleſum. qui cū ſimili inſania debacchatus eſt Vicleſus reli-
in religionē mōaſticā & eius cultores: quēadmodū ex nōnullis ei⁹ gionū hoſtis.
articulis cōſtat, in concilio Cōſtantienſi dānatis. quorū uiceſimus
ſecundus eſt. Sancti inſtituentes religiones priuatas: ſic inſtituēdo
peccauerunt. Viceſimus tertius. Religioſi uiuentes in religionib⁹
priuatis: non ſunt de religione Chriſtiana. Triceſimus primus.
Peccant fundantes clauſtra: & ingrediētes fiūt uiri diabolici. Qua
drageſimus quintus. Omnes religiones: indifferenter introductæ
ſunt à diabolo. Omitto ex induſtria & alios nō minus impios, eiuſ-
dē materiæ articulos Vicleſianos: ex actis ſacroſanctæ ſynodi Cō
ſtantienſis facile cuiq; obuios in promptu, et ad manum patentes.

Ex quibus perſpicuũ euadit: Lutherũ inde tetrum hauſiſſe uirus, quod libelli ſui de uotis monaſticis æditione, totũ diſperſit in orbẽ. Q; ſi ſui ſolius damnatione contentus Lutherus, deſertor fuiſſet ſuæ cœnobiticæ profeſſionis ac præuaricator, cæteroſq; ſuis ſcri= ptis non induxiſſet ad imitandũ ſuæ peruerſitatis exemplũ: tolera bilius quidẽ et minus graue eſſet id malũ, quo ſolus periſſet in ſuo ſcelere. Nũc uero cũ execrabili imprecatiõe deuouet om̃ia mona ſteria, cũ deteſtaẽ id uitę genus tanq̃ diuinis præceptis cõtrarium, cũ deniq; prolato in publicũ libro, quibuſcunq; poteſt uijs alios in= ducit in apoſtaſiam & defectionẽ à religiõe ſuſcepta: enitens om̃i bus perſuadere nõ poſſe quẽpiã ſe aſtringere deo per uotũ perpe tuo obligatorium: lõge grauiorẽ ſibi parat damnationẽ, & tanto q dẽ futurã (niſi reſipiſcat) acerbiorẽ: quãto plures, libri illius lectiõe fuerint cõtaminati, & ad id tentandũ quod ſuadet: impulſi. Quã= uis enim multitudine eorũ q̊s in ſuã pertrahere conaẽ ſententiã, aut exiſtimet deſertiõis ſuæ pctm̃ minus fore, aut forte nullũ: eaq; fre= tus & ductus ſpe, retia tetenderit inſidioſa quibus multos ſecũ il= laqueet. contra tamẽ eo magis adaugebiẽ & increſcet eius malum: quo plures ſuorũ lectione ſcriptorũ ſecũ inuoluerit in ruinã. ¶ Vt

VI. igitur huic peſtifero ueneno, tabiq; uirulentæ paremus antidotũ: elaborabim⁹ in præſenti libro ſtabilire pro uiribus, monaſticæ pro feſſionis uitã ac mores. uotorumq; indictionẽ et obligationẽ perpe tuam, eſſe rationabilẽ oñdere: tanq̃ ſcripturæ ſacræ ſanctorumq; patrũ ſentẽtijs apprime conſentaneã. Deinde machinamẽta ratio nũ, ſagittas & ſpicula quibus confodere nititur & deſtruere uo= torum ſtabilitatem, totumque uitæ monaſticæ genus euelle= re: & afferemus in medium, et pro noſtra facultate diluemus atq; retundemus. Neq; paruum afferent ad hæc noſtra molimina adiu mentũ, ea quæ ſuperioribus annis conſcripſimus in libello de lau= de monaſticæ religionis. ubi de eius exordio, progreſſu, atq; incre mento, ex ſacrarũ literarũ teſtimonijs, ſanctorumq; patrũ dictis, nonnulla ediſſeruimus: quæ huic noſtro multũ cõducent inſtitu= to. Cæterũ id unũ hic præcognitũ eſſe uolumus et præmonitum: nos in toto hoc libro, nomine religioſorũ monaſticæq; uitæ culto= rum: accipere omnes et ſingulos cuiuſuis ſexus, ordinis et profeſſi onis monaſterialis: qui ſub regulari diſciplina per eccleſiam appro

bata,

bata, triumq; uotorum monachalium æditiõe degunt in domibus
cœnobiticis. ſiue poſſeſſiones habeãt: pro ſuæ communitatis ſuſtẽ
tatione. ſiue illis careant: mendicitatem uoluntariam amplexi, quo
cunq; etiam nomine peculiari nuncupentur.

¶Ex ueteris & noui teſtamẽti ſcriptura, ſolidũ haberi teſti-
moniũ: ꝙ liceat, cõmendabileq; ſit, uota facere deo. Cap. II.

P
Rimo omniũ, ut totius religionis monaſticæ funda
mentũ (cui illa potiſſimũ innititur) effodiat Luthe
rus & demoliatur: uouendi in monaſterijs morem
conditionemq; improbat. obiectãs eam: ſaluti ani-
mæ admodũ eſſe periculoſam, quoniã res eſt (in- »
quit) ſine authoritate & exemplo ſcripturæ. Sed et eccleſia primi »
tiua & nouũ teſtamentũ: ignorant in totũ, uouendæ cuiuſcũq; rei »
uſum: nedum probant perpetuum hoc uoti genus rariſſimę & mi »
raculoſæ caſtitatis. Eſt enim merum (ait) & perniciosum hominũ »
inuentũ: cuiuſmodi ſunt omnia alia per homines inuẽta. Hæc Lu »
therus. Verũ illi oſtendendũ eſt aperto ſcripturæ teſtimonio: uo
uendi deo rem quãpiã uſum, admodũ probari. ¶In primis, Iacob I.
cũ præcepto patris obediens proficiſceretur in Meſopotamiam, ui
diſſetq; in ſomnis ſcalam in cælum erectam: experrectus & attoni
tus tanti inſomnij miraculo, inter cætera piæ religionis opera quæ Gene. 28
ibi geſſit: uotum uouit domino dicens. Si fuerit dominus mecũ, &
cuſtodierit me in uia per quã ego ambulo: & dederit mihi panem
ad ueſcendũ & ueſtimentũ ad induendũ, reuerſuſq; fuero proſpe
re ad domũ patris mei: erit mihi dominus in deũ, & lapis iſte quẽ
erexi in titulũ: uocabit domus dei, cunctorumq; quæ dederis mi-
hi: decimas offeram tibi. ¶Rurſum, in libro Numeri cap. ſexto, II.
declarat dominus Moyſi: quo uiuendi ritu & more, Nazaræus q
ad certũ tempus uoto ſe aſtrinxerit, uti debeat omĩbus diebus ſuę
ſeparatiõis à communi hominũ uictu: dicens. Vir ſiue mulier cũ Nume. 6
fecerint uotum ut ſanctificentur, & ſe uoluerint domino conſecra
re: à uino & omni q̃d inebriare poteſt, abſtinebunt. Vbi manifeſte
approbat id uoti genus: cuius obſeruandi rationẽ & modũ patefa
cit. Inſuper eiuſdẽ libri triceſimo capite, particulatim explicat dñs: Nume. 30
quando uir ſiue mulier facto uoto, obſtringitur ad illud reddendũ,
& quando non: id in primis proponẽs. Si quis uirorum, uotũ dño



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramẽto: nõ faciet irritũ uerbũ ſuum:
III. ſed omne quod promiſerit, implebit. ¶ Cui reſpondet & illud do
Deuter. 23 mini uerbũ in Deuteronomio. Cũ uotũ uoueris dño deo tuo, non
tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus, & ſi mora
tus fueris: reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri: abſq;
peccato eris. Quod aũt ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſerua-
bis: & facies ſicut promiſiſti domino deo tuo, & propria uoluntate
& ore tuo locutus es. Hæc ibi. Quis aũt niſi talpa cæcior, nõ uidet
his uerbis probari à domino uoti emiſſionẽ: eandemq; eſſe ad red
IIII. dendum quod promiſſum fuerit, obligatoriã? ¶ Ruſum ſpectatę
1. Regũ 1. uirtutis mulier, Anna mater Samuëlis: cũ pro impetranda prole
acceſſiſſet tabernaculũ domini in Silo: orauit ad dñm (ait ſcriptu-
ra) flens largiter, & uotũ uouit dicens. Domine exercituũ, ſi reſpi
ciens uideris afflictionẽ famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec
oblitus ancillæ tuæ, dederiſq; ſeruæ tuæ ſexũ uirilem: dabo eũ do-
mino omnibus diebus uitæ eius, & nouacula nõ aſcendet ſuper ca
put eius. Quod ſane uotũ intẽtiſſimæ orationi & lachrymis coniũ
ctum, uſq; adeo fuit acceptũ domino: ut ipſa deſiderii ſui cõpos di-
uino fauore paulo poſt euaſerit. Cum igitur uidemus hanc ſpecta
bilem matronã: de alio, utpote futura ſobole, uotũ feciſſe in perpe
tuũ tempus: promiſiſſeq; deo, quod ea proles toto uitæ ſuæ decur
ſu dedicaretur obſequio dei, in miniſterio tabernaculi. cur nõ po-
terit aliquis iam uſu ratiõis potitus, de ſeipſo conſimile facere uotũ:
quod toto reliquo uitæ ſuæ tẽpore famulabitur dño in obſeruati
one profeſſionis monaſticæ? Nonne ſi hoc uotũ perpetuo obliga
toriũ, improbatur in eo qui ſe obſtringit diſciplinæ regulari: eodẽ
iure improbãdũ erit & illud ſanctæ mulieris uotũ, q̃d fecit de filio
quẽ necdũ cõceperat? Sed qs adeo deſipiet: ut illud improbet, q̃d
V. dñs approbauit? ¶ Ad hæc. Admonet unũquẽq; dei loquus pro
Pſalm̃. 49 pheta in pſalm̃. ad uouendũ dño & implendũ ſua uota: cũ ait. Im
mola deo ſacrificiũ laudis: & redde altiſſimo uota tua. Et rurſum.
Pſalm̃. 75 Vouete & reddite dño deo ueſtro: oẽs qui in circuitu ei⁹ affertis
munera. Quid aũt nos ad id hortaret̃ diuinus pſaltes: ſi nõ eẽt gra
VI. ta deo uotorũ promiſſio, illorumq; exhibitio? ¶ Præterea Eccle-
ſiaſtes eidem concinit ſentẽtiæ: dicens. Si quid uouiſti deo: ne mo
reris reddere. diſplicet enim deo: infidelis & ſtulta promiſſio, ſed
quodcũq;

quodcunqꝫ uoueris: redde. multoq́ꝫ melius eſt non uouere: q̄ poſt
uotũ promiſſa nõ reddere. Cui accedit & ſapiens in prouerbijs,cũ Prouer. 20
ait. Ruina eſt hoĩ deuotare ſanctos: & poſt uota retractare. Non-
ne igitur ualentiore iure detrimentum ſalutis infert: deo facta uoti
promiſſio (qui ſanctus eſt ſanctoꝝ) ſine illius perſolutiõe? ¶ De- VII.
mum Hieremias propheta, in ep̄la quã ſcripſit per manũ Baruch
notarij ſui, ad Iudæos in Babylone captiuos: inter cætera argumẽ
ta quibꝰ dilucide mõſtrat deos gentium non eſſe ueros deos,& er-
go nequaq̄ colendos: etiã affert & iſtud, de illis loquẽs. Si quis illis Baruch. 6
uotũ uouerit, & non reddiderit: neqꝫ hoc requirunt. Quibus uer
bis ſubinſinuat ex oppoſito: deũ noſtꝝ cæli & terræ creatorẽ (qui
uerus eſt deus) ſi quis illi uotũ uouerit & nõ reddiderit: idipſum
requirere, pœnasqꝫ pro tanta impietate exigere. ¶ Demũ in acti- VIII.
bus apoſtoloꝝ ſcribit beatus Paulus totondiſſe ſibi caput in Cen- Actuũ 18.
chris: quod haberet uotũ. Et alio tẽpore perſuaſus à ſancto Iaco- Actuũ 21.
bo, epiſcopo Hieroſolymitano: legitur cũ quatuor uiris qui habe-
bant uotũ ſuper ſe, intraſſe in tẽplũ, ſeq́ꝫ ſecundũ legẽ purificaſſe
pro uoti impletione. Hęc aũt nõ feciſſet Paulus, ſpũ ſancto plenus:
ſi illicitũ fuiſſet, deo uotum ædere, aut factũ illi uotũ exoluere. Ex
his omnibus itaqꝫ dilucidum eſt cuiqꝫ (niſi quis prorſus cæcutiat)
impletionẽ uoti, iuris eſſe diuini: & ad illã, arctiſſimo uinculo cũ-
ctos obſtringi. quq́ꝫ nõ modo liceat uouere quippiã deo: ſed & id cõ
mendabile eſſe, magnopereq́ꝫ probandũ. ¶ Cæterũ hic obſtrepet
importune Lutherus, utrũqꝫ id Pauli uotũ, de quo in poſtrema
ratione modo facta eſt mẽtio: ex ueteris teſtamẽti ritu pependiſ-
ſe, & ad illũ duntaxat pertinuiſſe. Quinimmo quæcunqꝫ hactenꝰ
adducta ſunt in hoc capite pro uotoꝝ approbatione: ex ueteris e-
tiam inſtrumẽti pagina eſſe deprompta, cuius decurrente ſtatu: et
uota fiebãt deo, eidemqꝫ erant exoluenda. In noui uero teſtamen
ti ſcriptura, nequaq̄ contineri dicet: uota eſſe deo faciẽda, neqꝫ ,p
ipſius decurſu & tp̄e, licere illa deo promittere & ædere. Et quod
de uotis ante propoſuit Lutherus, in uerbis ſuis circa principium
capitis huius adductis: ſe perhibebit duntaxat intelligere pro eo, in
quo nunc degimus, noui teſtamẽti tẽpore. ¶ Verũ ſi hanc quærit IX.
tergiuerſationẽ, & ad id declinat ſubterfugiũ Lutherus: hac rõne
eſt reuincẽdꝰ. Voti promiſſio & perſolutio neqꝫ ꝑtinet ad ueteris
legis

legis cærimonias & ſacra,neq; ad iudicia:ſed tantũ ad ea quæ dicũ
tur decreta moralia,ſpectatq; ad cultum & uenerationẽ diuini no
minis,cui auguſtiorem deferimꝰ honorẽ & reuerentiã:cum quip-
piã ei uouemus & reddimus. Quæ autẽ in ueteri teſtamẽto ad ri-
tus ſacrificiorũ ac iudicia populi nõ pertinẽt,ſed ad mores formã-
dos:eandẽ habẽt efficaciam in nouo teſtamẽto quam habuerant
in ueteri,quemadmodũ decẽ dei præcepta liquido prodũt. Ergo
uotorũ emiſſio & impletio,in ueteri teſtamẽto(ut multifariã eſt o-
ſtenſum)approbata:eandẽ habet uim & efficaciam in noua lege,
X. ut non minus nunc q̃ prius:habeatur licita. ¶ Ad hęc. A editio uo
ti atq; perſolutio , ad diuinæ maieſtatis pertinet honorificẽtiã &
reuerẽtiam:ut planũ eſt,quãdoquidẽ eo ipſo honorat deus:quod
ab homine ultronee illi & libere quippiã ultra debitũ & præceptũ
offertur,tanq̃ à ſeruo:ſyncære in dominũ ſuum affecto.In nouo
autẽ teſtamẽto ſyncerior decet deũ cultꝰ &ueneratio in ſpiritu &
ueritate.q̃ in ueteri:ob ampliora beneficia humão generi in eo ex
hibita.& prõptior eſſe debet animus noſter ad munus aliquod gra
tuitũ ultro ei offerendũ:ad teſtificandã noſtrã in eum gratitudinẽ,
propter exuberantiorẽ gratiã nobis præſtitam. Ergo ualẽtiore iu-
re,in nouo teſtamẽto q̃ ueteri:locum habet uotorũ promiſſio, iti-
XI. dem & perſolutio . ¶Rurſum, quod in pſalmo dictũ eſt , Redde
Pſal.49. altiſſimo uota tua,non plus conſtringi poteſt ad ſolum tempus uete
ris teſtamẽti quã id proxime præcedẽs, Immola deo ſacrificiũ lau-
dis. Eodẽ enim cõtextu atq; continuo,illa duo proferunt: eiuſdẽq;
uerſus cõplexu cõtinẽtur. Atqui id pſalmi dictum,immola deo ſa-
crificiũ laudis.de oblatione orationis laudatoriæ deo faciẽda,intel-
lectum:nõ minus ad noui quã ueteris teſtamẽti tempus extendit.
ſiquidẽ æque in noua , ac ueteri lege:obſequiũ diuinæ laudis exo
luere deo debemus. Ergo &id continuo ſubiunctũ,redde altiſſimo
uota tua:ad utriuſq; teſtamenti pertinet ſtatum. Quare & ad no-
uam legẽ in qua uerſamur: pertinet uotorum ꝓmiſſio & redditio.
Quod ſi quis illud prophetæ uerbũ, immola deo ſacrificiũ laudis.
cenſeat eſſe intelligendum de immolatione ſacroſanctæ euchari-
ſtiæ in officio miſſæ:quod uerum eſt & ſingulare ſacrificium lau-
dis(quemadmodum in libri præcedentis capite undecimo:& ratio
ne penultima illius capi.quæ inter cæteras eſt ordine duodecima:
dictũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictum eſt, nõnullos graues authores, hoc modo ſacrificiũ laudis il
lic accipere) tunc longe ualentius & efficacius noſtrũ cõficietur ꝓ
poſitũ. Enimuero immolatio huiuſmodi ſacrificij laudis, ſanctiſſi-
mæq́ꝫ euchariſtiæ in myſterio miſſę: ad nouũ pertinet teſtamentũ.
immo ſolũmodo ad illud, & nullo pacto ad antiquũ: ut norũt oẽs.
Ergo & uotorũ redditio quę fiat altiſſimo: etiã ad noui teſtamenti, XII
non minus q̃ ueteris, attinet tempus. ¶ Deniqꝫ, quod ex Eccleſia- Eccẽs.
ſte ſupra adductum eſt, Si quid uouiſti deo: ne moreris reddere. &
cõſimile dictũ ex libro Numeri, ex Deuteronomio, & ex Prouer
bijs, cũ ad moralia pertineat præcepta: quis niſi proteruiẽs aut ter-
giuerſans, uelit unquã ad ſolũ ueteris teſtamẽti curriculũ coarcta-
re: cum abſolute id proferatur à Sapiẽte: & ſine certa tẽporis de-
terminatione. Violentiã igitur facit ſcripturæ, & ad coactũ eã cõ-
torquet ſenſum: qui ut ueritatẽ ſubterfugiat, dictã ſententiã ad ſo-
lum ueteris inſtituti tempus conſtringit. Arctioribus enim loris cõ
primit ea uerba: q̃ pro rei qualitate premenda ſunt.

¶ In noua etiã lege, authoritate & exemplo proba-
ri uota: ſanctũq́ꝫ uirginitatis propoſitũ, à
multis in ea eſſe ſeruatũ. Cap. III

QVoniã autẽ in uerbis ante dictis, circa principium I.
præcedẽtis capitis: Lutherus proponit, uotũ eſſe ſi- „
ne authoritate & exemplo ſcripturæ, & eccleſiã pri „
mitiuã nouũq́ꝫ teſtamentũ ignorare in totũ uouen- „
dæ cuiuſcunqꝫ rei uſum. & ſupra oſtenſum eſt abun „
de, authoritate & exemplo ſcripturæ ueteris organi: uotũ multifa-
riam approbari, non quidẽ tanq̃ permiſſum: ut libellũ repudij, nam
tũc ſuapte natura malũ eſſet, quod utiqꝫ falſum eſt. neqꝫ tanq̃ pro
illius ſtatus conditione licitũ: & cum cærimonijs ueteris legis, ſimul
ea lega deſinente, abolitum, quoniã uotũ nõ ad figuras & umbras
illius antiqui ritus pertinet: ſed ad mores, & primi præcepti cõpleti
onẽ, diuinũ cultũ cõcernẽtis. & ergo cum decalogo etiã in nouam
trãslatũ eſt legẽ: & in ea, nõ minori q̃ prius habuerat, uigore corro
boratum. ¶ Reliquum nunc eſt, teſtimonio ſcripturæ ſacræ pa- II.
riter & ſanctoꝝ patrũ authoritatibus, commõſtrare: uouẽdi mo-
rẽ ſimul & uſum in ipſo nouæ legis exordio fuiſſe, necnõ in primiti
ua eccleſia frequẽtem atqꝫ celebrẽ habuiſſe obſeruationẽ. Nẽpe

Mat.4. apoſtoli,cum relictis omnibus,Chriſtũ(à quo externa pariter& in
Lucæ.5 terna fuerant uocatiõe acciti ad eius diſcipulatũ) ſecuti ſunt: uotũ
Mat.9 paupertatis,re ipſa atteſtante,ædiderũt. Quod ſatis oſtẽdũt illa be
Mat.19 ati Petri,nomie omniũ coapoſtoloꝝ,uerba. Ecce nos reliquimꝰ o-
Auguſtinus. mnia:& ſecuti ſumus te. De quibus loquẽs beatus Auguſtiuus,li-
bro decimo ſeptimo de ciuitate dei,cap.quarto:ait. Dixerant potẽ
tes illi. Ecce nos dimiſimus omnia:& ſecuti ſumus te. Hoc uotum
potentiſſimi uouerãt. Sed unde hoc eis:niſi ab illo,de quo hic cõti
1.Regũ.2. nuo dictũ eſt. Dans uotũ uouenti? Alioquin ex illis eſſent potẽti-
bus:quoꝝ infirmatus eſt arcus. Dans(inquit)uotũ uouenti. Nõ e-
nim domino quiſquã,quicq̃ ratũ uoueret: niſi qui ab illo acciperet
quod uoueret. Hęc ibi. De eiſdem etiã uerbis beati Petri loquens
ſanctus Bernardus,in declamationibꝰ ſuper euãgelio Matthæi,il
Bernardus la referẽte:ait. Arbitror uerba lectionis huiꝰ ea eſſe:de quibus ad
Pſal.16 immortalẽ ſpõſum à finibus terræ clamat eccleſia. Propter uerba
labioꝝ tuoꝝ:ego cuſtodiui uias duras. Hæc nẽpe ſunt uerba: q̃ cõ
temptũ mũdi in uniuerſo mũdo,& uolũtariã perſuaſere homini-
bus paupertatem. Hæc ſunt,quæ monachis clauſtra replent: de-
Exodi.12 ſerta anachoritis. Hæc inquã ſunt uerba,quæ Aegyptũ ſpoliant:
& optima quæq; eius uaſa diripiũt. Hic ſermo uiuꝰ& efficax,con-
uertens animas:felici ęmulatione ſanctitatis,& ueritatis promiſſio
ne fideli. Hæc Bernardus. Prædicta antẽ omnia:ſine uoto nequa-
III. quã fiunt. ¶ Eandem præterea paupertatis ꝓfeſſionem edocue-
rũt apoſtoli:& inſtituerũt cõtinuo poſt exuberãtiſſimã ſpiritꝰ ſan-
cti ſuſceptionẽ. Ad quã quicũq; admittebãtur: ſe uoto aſtrinxe-
rũt ad integrã illius obſeruationẽ,neq; eis licebat ab illo uitæ inſti-
tuto retrogredi:quod ſemel fuerãt amplexi. Huiuſce aũt rei teſtis
Bernardus locupletiſſimꝰ eſt beatus Bernardus:ita ſcribẽs in apologia ad Guil
helmũ abbatem. Heu me miſerũ,qualẽcũq; monachum. Cur ad-
huc uiuo:uidere,ad id deueniſſe ordinem noſtrum? ordinem ſcili-
cet,qui primus fuit in eccleſia:immo à quo cœpit eccleſia.quo nul
Roma.15 lus in terra ſimilior angelicis ordinibus:nullus uicinior ei q̃ in cælis
1.Corin.16 eſt Hieruſalẽ mater noſtra,ſiue ob decorẽ caſtitatis,ſiue ꝓpter cha
2.Corin.8 & 9. ritatis ardorẽ.cuius apoſtoli:inſtitutores.cuius ĳ quos Paulus tã ſæ
Actu.4 pe ſanctos appellat:inchoatores extiterũt. Et quidẽ inter illos, cũ
nihil quod ſuum eſſet quiſpiam retinuiſſet:diuidebatur (ut ſcriptũ

eſt)ſingulis, prout cuiqꝫ opꝰ erat. nō igiť: quod quiſqꝫ pueriliter ge Actu.5
ſtire poterat. Hæc ille. ¶Inſuper Ananias cum Saphira uxore ſua
cōſcia detētiōis occultæ unius partis de precio agri uēditi: repenti
na morte eſt extinctus, quoniā cōtra uoluntariæ paupertatis uotū
à ſe factū, aliquid ſibi propriū retinuiſſet. Quod plane atteſtať Hie
ronymus: in expoſitiōe loci huius apoſtolici, Si acceperis uxorem: 1.Corn.7
nō peccaſti. dicēs, quod & in primo libro citatū eſt. Cæterꝫ qui uel Hieronymus
in corde ſuo promiſit: ſi aliter fecerit, habebit dānationē, quia pri- 1.Timo.5.
mā fidē irritā fecit. Quod enī erat licitū: per uotū ſibi fecit illicitū.
Sicut Ananias & Saphira. quibus poſt uotū de precio poſſeſſionis Actu.5.
ſuæ retinere nihil licuit: illicite tenuerūt. Ob quam cauſam: ſubita
morte proſtrati ſunt Hæc Hieroronymus, Cui ſuccinit Rabanꝰ: Rabanus.
de eodē Ananiæ facto ita loquens. Videť mēdaciū fuiſſe: quia to Eccēs.5
tū uouerat Ananias. Melius eſt aūt nō uouere: ꝗ poſt uotū nō ſol
uere. Hæc ille. Quod ſi Ananias uotū fecit: cur nō & aliꝫ, eādē tūc
profeſſi regulā apoſtolicā? ¶ Porrò nunc etiā expedit uno nouę le IIII.
gis exēplo (ſed quod mille aliꝫs exēplis excellentiꝰ eſt: atqꝫ ſublimi
us) oſtēdere: uotū ipſum nō eſſe ſine authoritate ſcripturæ noui te
ſtamēti. exēplo inquā, ſacratiſſimæ uirginis Mariæ. Quæ cum ab
angelo Gabriēle audiſſet ſe cōceptură & pariturā dei filiū, mundi
ſaluatorē atqꝫ in domo Iacob perpetuo regnaturū: prudenter nū-
ciati myſteriꝫ modum quo cōplendum eſſet, percontata eſt, dicēs.
Quomodo fiet iſtud: quoniā uirum nō cognoſco. Quo quidē uer- Lucæ.1
bo plane indicauit: ſe concepiſſe animo propoſitum perpetuæ uir-
ginitatis ſeruandæ. Non enim id interrogans: præſentis tantū tem-
poris habuit rationem, nam ea erat tum ætate: qua potuiſſet ſecū-
dum naturæ legem, ex uiro ſuo (cui legitime deſponſata erat, cōiu
galiqꝫ fœdere iuncta) prolē cōcipere & parere. & ita fuiſſet illa in-
terrogatio eius, ad angelū facta: præter rectā rationē ac nulliꝰ mo
menti. Sed ad futurum etiā tēpus, ipſa prudentiſſima uirgo & ſpi-
ritu ſancto plena, oculos ſuæ mentis & uerba inflexit: quo apud ſe
firmauerat animo atqꝫ cōſtituerat: ab oī uiri cōſortio, ꝑpetuo ab-
ſtinere, integrāqꝫ deo cōſeruare candidiſſimam ſuā uirginitatē: ꝗ-
ad uita ſibi foret ſuperſtes. Quod etiam cōfirmat uenerabilis Be-
da, in homelia euangeliꝫ: legationem illam angelicā ad ſacroſanctā
uirginem deſcribentis. ubi ait: de ſalutatione illa honoratiſſima,

 ab ange-

Beda. ab angelo illi delata, loquens. Quæ ſalutatio, quantũ humanæ cõ
ſuetudini inaudita: tantũ eſt beatę Mariæ dignitati cõgrua. Vere
etenim gratia erat plena: cui diuino munere collatũ eſt, ut prima in
ter fœminas glorioſiſſimũ deo uirginitatis munus offerret. Vnde
iure, angelico aſpectu ſimul & affatu meruit perfrui: quę angelicã
ſtudebat uitã imitari. Hæc ille. Quantũ aũt diſtat firmũ perpetuę
uirginitatis propoſitũ in ſacratiſſima illa uirgine: à uoto perpetuæ
caſtitatis? Certe nullo diſcrimine: uel minimo: ut ſi unũ in ea pro
betur ex ſcripturæ teſtimonio: reliquũ in eadẽ nõ debeat abnega
V. ri. ¶ Quanq̃ non deſunt grauiſſimi ſcriptores, & ſanctitate præ
Beatam uirginem feciſſe uotũ: de ſeruãda ſua uirginitate. clari authores: qui aſtruũt ꝙ poſtq̃ illa ſancti uiri ſui Ioſeph explo
ratũ habuit animũ, ꝙ cũ ea uoluerit & ſuã dño uirginitatẽ conſe
crate, atq; in ſyncęro uiuere cælibatu: ipſa tũ uotũ ædiderit, deoq;
protulerit de intemerata ſua uirginitate illabefacte cuſtodienda.
quod etiã uotũ: & ſanctũ Ioſeph de ſe feciſſe deo, tradũt. Id ſane
aſtruit inter cæteros beatus Auguſtinus in libro de nuptijs & con
cupiſcẽtia: his uerbis, quæ etiã adducunt in libro decretorũ, uiceſi
Auguſtinus. maſeptima, quæſtiõe ſecundã, ca. ſufficiat. Beata (inquit) Maria
propoſuit ſe ſeruaturã uotũ uirginitatis in corde: ſed ipſum uotũ
non expreſſit ore. Subiecit ſe diuinæ diſpoſitioni: dũ propoſuit ſe
perſeueraturã uirginẽ, niſi deus aliter ei reuelaret. Cõmittẽs ergo
uirginitatẽ ſuã diuinæ diſpoſitiõi: conſenſit in carnalẽ copulã, non
illam appetẽdo: ſed diuinæ inſpiratiõi in utroq; obediẽdo. Poſtea
uero cum filiũ genuit: quod corde conceperat, ſimul cũ uiro labijs
expreſſit, & uterq; in uirginitate permanſit. Hæc Auguſtinus. In
eodem quoq; cap. ſufficiat: paulo ante hæc Auguſtini uerba, ea
dem corroborat ſentẽtia, hoc modo. Vouerat Maria: ſe uirginem
Lucæ. 1. perſeueraturã. Vnde ait angelo. Quomodo fiet iſtud? quoniam
uirũ nõ cognoſco: id eſt me nõ cognituram, ꝑpoſui. Neq; enĩ, quia
tunc uirũ nõ cognoſcebat neceſſe erat inquiri, quomodo poſſet fi
lium habere: ſed quia nunq̃ ſe cognituram propoſuerat. Hæc ibi.
¶ At nõ eſt expreſſe ſcriptũ in euãgelio (inquiet Lutherus) ſacro
ſanctã dei matrẽ ædidiſſe tale uotũ: de uirginitate perpetuo ſeruã
da. Eſto id. quoniã multa, ab ipſa ſingulari uirgine laudatiſſime fa
cta: nequaq̃ in euãgelico codice ſunt conſcripta. Sed exinde inua
lidũ ſumitur argumentũ: ipſam ſacratiſſimã uirginẽ, neutiquam id
uotum

uotū deo feciſſe. Propriū quippe eſt hæreticorū: ex eo ꝙ quippiā in euāgelio ſcriptū nō eſt, ducere argumentū: id neqꝫ factum eſſe. quod utiqꝫ infirmū eſt: et mancū. Sufficere certe hoc nobis debet: ex euāgelio manifeſte id colligi, utpote ex illa ſua interrogatione prædicta, angelo facta: ꝙ firmū ſeruandæ uirginitatis propoſitum in totū uitæ tēpus, habuerit: q̄d illi diuinit⁹ inſpiratū fuiſſe: ambigit nemo. ſicut & cōpluribus etiam candidiſſimis uirginibus, Agneti, Agathæ, Teclę, Cecilię, Luciæ, & multis alijs: idē cælitus indultū eſt deſideriū. Quæ ad imitationē ſuperſanctę dei matris, ſuā ſpōſo cæleſti uirginitatē in tenella ætate ſacrarūt: & pro ea conſeruāda, ſpretis nuptijs, uſqꝫ ad mortē animoſe decertarūt. Fuit itaqꝫ ſanctiſſima uirgo Maria, nitidæ uirginitatis ꝑpetuo ſeruādæ in nouo teſtamēto primicæria & primipila: quæ in eccleſia dei candidū illud perpetuæ caſtitatis uexillū & niueū erexit in ſublime: coēgitqꝫ ſub eo numeroſum agmen ſacrarū uirginū. quæ eiuſdē militiæ ſacramēto ſe obſtrinxerunt: ijſdemqꝫ copijs militaribus ſunt aſcriptæ.

¶ In antiqua quidē lege admodū rara erat & infrequēs apud Hebræos, uirginitas: ꝙ tū multiplicādo dei populo erat indulgēdum. VII.
Vnde & filia Iepthe unigenita ubi reſciuit ſe uoto paterno deſtinatā morti: petijt ab eo duorū mēſiū inducias: ad deflendā cū ſodalibus ſuā uirginitatē in mōtibus, ꝙqꝫ moriendū ei foret ante inita fœdera nuptialia. In noua uero lege poſtq̄ ſacra dei mater explicuit uexillū illud niue cādidius cōſecrādæ deo ſuæ uirginitatis: catervatim accurrerūt ad eā teneræ uirgines, & ad albicātia illius caſtra ocyus cōuolarūt, id uno expoſcētes uoto: ut ſub deiparæ uirginis militarent ſignis, eiuſdemqꝫ cādida geſtarēt inſignia. Inter cæteras aūt, Vrſula uirgineæ dux & regina cohortis, agmē agēs denſum: undena uirginū milia coēgit in aciē, cādoreqꝫ ꝟgineo & purpureo martyrij decore adornata: ſecū ꝓuexit in atria cæleſtia. Quid memorē etiā innumeros uirilis ſexus milites? q Chriſtū ſpōſum uirginū rectis ueſtigijs imitati: abdicarūt carnales illecebras, nuptias aſpernati ſunt, & arduū uirginitatis ſeruādę callē ſubierūt. Quos ſi particulatim referre pergerē: profuſior eēt futur⁹ ſermo, q̄ ſuſcepti opis anguſtia depoſcat. Obmuteſcat ergo Luther⁹ & labia cōprimat: q̄b⁹ effutit, eccliam primitiuā & nouū teſtamentū nequaq̄ probare ꝑpetuū hoc uoti genus rariſſimæ & miraculoſę caſtitatis.

Iudicū 11. Vrſula

quibus itidẽ oblatrat: hoc eẽ mer℞ & pniciosum hoim inuẽtum cũ
iã aperte ſit oſtenſum: à deo primũ prodiſſe tã ſalutare inſtitutũ.

¶ Non ſolũ temporaria & ad certum ſeruanda tẽpus:
ſed & perpetua totoq́ꝫ uitæ ſpacio obligantia uo
ta, fieri ab hominibus poſſe. Cap. IIII.

I. IN ſuperioribus quidem uerbis, circa ſecundi capitis
» hui⁹ libri principiũ citatis, propoſuit Lutherus: no-
» uũ teſtamentũ et eccleſiã primitiuã damnare perpe
» tuũ hoc uoti genus, rariſſimæ & miraculoſæ caſtita
tis: q̊d in p̃cedẽte capite, diffuſe refutatũ ẽ. Vbi ad
iecit ex induſtria particulã illã, ꝑpetuũ: ad genus uoti. qm̃ ſentit, ꝙ
ſi qua fiant uota in monaſticæ uitæ profeſſiõe: ea ſolũ debere eẽ
ad tẽpus obligãtia, & q̃diu uoluerit is q huiuſmodi uotis ſe obſtrin
git. eo q dẽ pacto, ut cũ uiſum ei fuerit: poſſit depoſito habitu mo
nachali redire ad ſeculũ, & ſi animo ſuo ſedeat, eiq́ꝫ ſit cordi: uxorẽ
ducere: & liberos progignere. Quod ex uerbis eius ſequẽtibus: ex
libro ipſius de uotis monaſticis inſcripto deſumptis (ſicut & om̃ia: q̃
in hoc libro adducent̃ ab eo dicta) erit om̃ibus apertiſſimũ. Votũ
» (inquit) caſtitatis et toti⁹ monaſticæ, ſi piũ eſt: debet neceſſario ſe
» cũ inuoluere libertatẽ rurſus omittendi, & in hanc ferme ſenten-
» tiã interpretari. Voueo tibi obedientiã, caſtitatẽ, paupertatem ſer
» uandã in tota regula ſancti Auguſtini uſq́ꝫ ad mortẽ, libere. hoc ẽ
» ut mutare poſſim: quando uiſum fuerit. Si aliter interpreteris aut
» intellexeris: cernis ex prædictis peccari aduerſus libertatẽ diuinã
II. » nobis mãdatã. Hæc Lutherus. ¶ Sed non uidet ipſe: in medio die
palpitans ac captus oculis: q̃ ſecũ pugnent illa uerba, quæ tamẽ ſi-
mul cõnectit. uouere tria illa uota uſq́ꝫ ad mortẽ ſeruãda: eademq́ꝫ
uouere libere, ut poſſit uouens ea reſcindere & infringere, cũ libi-
tũ ei fuerit. Si em̃ uſq́ꝫ ad mortẽ quis ea uouet: nõ ergo libere, ad
Lutheri ſenſum (id eſt, cũ facultate prætermittendi ea uota: quã
do placitũ ei fuerit) eadẽ uouet. E diuerſo ſi ſecundũ illã intelligẽti
am, libere quis ea uouet uota, & cũ poteſtate dimittendi illa ꝓ ſuo
arbitrio, atq́ꝫ frãgẽdi: nõ ergo uſq́ꝫ ad mortẽ uouet ea ſeruãda. Vt
plane hęc duo, uouere uſq́ꝫ ad mortẽ obſeruãda uota, & libere uo
uere quæ in eodẽ orõnis cõtextu unà cõiũgit) manifeſte inter ſe
III. diſſideant, neq́ꝫ inuicẽ cohærere poſſint. ¶ Præterea. Irrationabile
id plane

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id plane uidetur, hominem in contrahendo fœdere connubiali ſe
poſſe perpetuo obligare uxori: quandiu uita utriqꝫ ſuperſtes fue
rit, neqꝫ à data fide coniugali eũ poſſe deſciſcere: aut abrũpere uin
culũ illud ante obitũ uxoris. & tamẽ uirum tractũ deſiderio conte
mnendi mundũ, & deo ſeruiẽdi in profeſſione monaſtica: nõ poſ-
ſe perpetuo ſe obſtringere ad obſeruandũ id uitæ genus, & uota
illi annexa. Sic enim maior fieri poſſet hominis ad hominẽ obliga
tio, quàm hominis ad deũ: à quo tamẽ totus pendet. neqꝫ deo pol
liceri quis poſſet tam diuturnũ obſequiũ: quantũ homini pollice-
tur. quod reuera abſurdũ eſt. ¶ Ad hæc. In aliĳs uitæ generibus IIII.
uidemus ſuſcipi profeſſionẽ ab ĳs qui ea amplectunt, ad finẽ uſqꝫ
totius ætatis: & ante mortẽ, illam ſemel ſuſceptã deſeri non poſſe.
Vt ſi quis ſacris initietur ordinibus, & ad ſacerdotalem gradũ pro
uehatur: nõ datur illi, ex ſtatu illo eccleſiaſtico pro nutu ſuo regre
di in laicũ, neqꝫ abiecto ſacerdotio rurſum inſeri turbæ populari et
plebeiæ. Quid ergo? nunquid licebit poſt facta deo uota & ſuſce-
ptam cucullã, rurſum illam exuere: & poſt oblatã deo ſui ipſius cõ
ſecrationẽ, è ſacro ad prophanũ uitæ inſtitutũ regredi. Quis oro
ſanæ mentis: id unq̃ ſenſerit? Nam ſi ita ſe res haberet: ſtatus mo
naſticus eſſet omniũ uitæ generꝫ, quibus itur ad deum, abiectiſſi-
mus, & nulla nixus firmitate. qui tamen à ſanctis patribus merito
ſublimi conſtituitur loco: dignitateqꝫ nõ modica (ut ſequẽs oſten-
det ſermo) eſt conſpicuus: ¶ Adde ꝙ ſi pro nutu liceret cuiqꝫ à V.
ſuſcepta profeſſione monachali ad uitam ſecularẽ regredi: nihil in
monaſterĳs ſtabile, nihil firmũ, nihil deniqꝫ conſtans ſubſiſteret.
Hodie ſiquidẽ id uitæ inſtitutũ profiterent pleriqꝫ: & cras aut per
endie illud reĳcerent, cauſati ſe amplius ferre nolle iugũ regula-
ris diſciplinæ: ꝙ eis illud, graue & intolerabile uideret. Neqꝫ id tẽ
tantes: ſoluerẽt aut præuaricarent uota. quoniã ea feciſſent, illa
cõditione: ꝙ ab eis diſcedere reuocareqꝫ pedẽ, cum uiſum ſibi fue
rit, poſſent. Et hoc pacto, quẽadmodũ apes in alueario alternãt in
trandi egrediendiqꝫ uices, ſubindeqꝫ eædẽ modo introeũt apiari-
um, modo exeunt: cernerent in domibus cœnobiticis religioſi ĳdẽ
nunc parare ingreſſum, nunc egreſſum tentare: nunc itẽ aſſume-
re cucullã, paulo poſt uero eandẽ abĳcere. ut nihil tunc in mundo
miſerabilius aut horrendum magis eſſet & deſpicabile: quàm
domus

VI. domus monaſtica. ¶Rurſum.ubi tunc locum haberēt hæc ſaluta-
Lucæ.9 rua dñi noſtri documenta? Nemo mittens manū ad aratrū & aſpi
Lucæ.17 ciens retro:aptus eſt regno dei. Et mēores eſtote uxoris Loth. Et
Mat.10. qui perſeuerauerit uſque in finē:hic ſaluus erit. & ſimilia id genus:
quæ ad perſiſtendū in bono opere, ſtudioſe nos admonent. Sane
& apud antiquos patres anachoritas, nihil erat magis probroſum
& ignominioſum: quā ex uita eremitica redire ad ſeculū. Apud
Lutherū uero,glorioſum erit:quēpiā ex monacho fieri non mo-
VII. nachū. ¶Huic accedit, quod beatus Bernardus in uno ſermonū
de purificatione beatæ Mariæ uirginis puriſſimæ, poſt præclarā
exhortationē ad fraternā dilectionē,ad ſanctū feruorē,ad hūilita-
Bernardus tē,& cæteras uirtutes:demū ſubnectit. In quibus omnibus ſiquis
forſitan proficere diſſimulat, & proficiſci de uirtute in uirtutē:no-
uerit,quiſquis huiuſmodi eſt, in ſtatiōe nō in proceſſiōe ſe eſſe, im-
mo uero & in regreſſione:quoniā in uia uitę progredi:regredi eſt;
cū nihil adhuc in eodē ſtatu permaneat. Hæc ille. Secundū Lu-
theri uero placitū, contra, regredi à uia dñi:erit in ea progredi. &
retrocedendo: quis ad profectū uberiorem promouebitur. quod
VIII quonā modo fieri poſſit:non uideo. ¶Poſtremū, afferet huic rei
Mapheus propoſitæ non contēnendas ſuppetias Mapheus Vegius:uir præ
Vegius claræ & religioſæ eruditionis, qui in ſuo opere,de perſeuerantia re
ligionis inſcripto, & in ſeptē libros diſſecto:copioſe,elegāter & pie
differit,quanto ſit enitendū ſtudio & quibus uijs:ad perſiſtendū in
religione monaſtica,quā quis ſemel fuerit amplexatus. ¶Cæterū
ad ſubuertendū Lutheri lapidem angularem, & in fundamento
ſuæ ſtructuræ poſitum, quem in huius capitis fronte monſtraui-
mus ab eo erectum:operæ preciū fuerit hic paucis oſtendere, uo-
ta perpetua deo recte fieri poſſe:nō ſolum ad aliquod tempus,ſed
ſemper obligatoria. Quod & ſequentibus molíemur rationibus.
IX. ¶Primū.nam rem quampiā inanimatā,ut domū,agrum, aut ue-
ſtem:recte quis conſecrare dño poterit,uotoq; dicare in tēpus per-
petuū, ut non poſſit illud poſtea accommodari in alium uſum:aut
retrahi à domini miniſterio cui ſemel eſt dicatum, ad prophanos
Leuiti.27 uſus,ſecundum illud uerbum domini in Leuitico. Omne quod do
mino cōſecratur,ſiue homo fuerit ſiue animal:non ueniet,nec re-
dimi poterit. quicquid ſemel fuerit conſecratum:ſanctum ſancto-
rum

rum erit. Et rurſum, Quod ſemel domino cõſecratũ fuerit: nõ po-
terit amplius in alios uſus applicari. Igitur & ſeipſum poterit etiã
homo dedicare deo: conſecratione in omne tempus uitæ reliquũ
obligatoria. Alioqui ſanctior erit et auguſtior oblatio dño facta, cũ
domus aut ueſtis illi in miniſteriũ dicatur perpetuũ: q̃ cũ ſeipſum
obtulerit homo per monaſticæ uitæ profeſſionẽ in obſequium. ꝙ
nõ poſſet ipſe perpetuo uoto ſe obſtringere: ad ſtabilẽ in eo dei ob
ſequio permanentiã. ¶Inſuper, uidemus tẽplum aliquod dño con X.
ſecratũ: amplius ad communẽ hominũ uſum non cõuerti, nec uas
aliquod ſacrũ. Et Balthaſar rex Babylonicus præſentẽ dei ultio- Danie.5
nẽ ſenſit: quod uaſa templi dñici in miniſterium ſuæ menſæ teme
ratius applicuit. Hominẽ igitur deo per uotum religionis dedica-
tũ: quis probe admiſerit, prætermiſſo uoto, ab ea ſui cõſecratiõe ad
ſeculũ regredi poſſe? Nõne ſi idipſum annuimus: maiorẽ inanimi
dei templo aut uaſi deferimus honorẽ & uenerationẽ: quã anima-
to eiꝰ tẽplo & homini? qui eſt tẽplum dei uiui: & ſpũale quidẽ ac ui
uum tẽplum. ¶Præterea. Cũ admonet diuinus propheta nos uo- XI.
uere & reddere dño munera: ſimpliciter & abſolute id profert, & ſi 1.Corin.3
ne certa tẽporis determinatiõe, relinquẽs id uouẽtis arbitrio: an p- Pſal.75
petuo uoto aut tẽporario ſe uelit aſtringere. Non enim dixit. Vo
uete ad tẽpus ſolũ: aut ad certos aliquot dies, ne uideretur dãnare
uotũ pro toto uitæ tempore obligatoriũ. ſed duntaxat ait, uouete:
nulla adiecta temporis mentione. quo inſinuet, nos eo quo uoueri
mus modo: exoluere uotũ debere. ut ſi ad tẽpus uouerimus: illud
ita reddamus. ſin uero ad perpetuũ nos aſtrinxerimꝰ uotũ: illud iti-
dẽ integre perſoluamꝰ. Detorquẽt igitur ad ſuum ſenſum ſcriptu
rã, & ſuo arbitratu coarctant: qui dicunt nos ſolũ ad tẽpus poſſe ꝗp
piã uouere, quoniã quod ſimpliciter prolatũ eſt: ipſi cũ adiectione
conſtringunt. ¶Ad hæc. Qui ad certum aliquod temporis ſpaciũ XII.
uouet ſe quippiã boni facturum, ut per annum integrum: præſtat
deo gratum obſequiũ illa uoti æditione. Qui uero per maius tem-
poris interuallum ut per quinquennium, uouet ſe idẽ bonũ opatu
rũ: gratius deo præbet officiũ. quoniã diuturnius, & quod prolixio
re extendit mora. Qui igitur per maximum temporis quo poteſt
ſpacium, utpote totum ſuæ uitæ curriculũ, alligat ſe uoto cuipiã:
gratiſſimũ deo munus offert: cęteriſq́ꝫ præſtantius. Quare admit-

tens uotum duntaxat tēporariū fieri poſſe, & nō ꝑpetuū: quod mi
nus eſt bonū, relinquit homini. quod uero digniꝰ eſt & perfectiꝰ a-
dimit eidem. Nō recte igitur is conſulit hominis perfectioni: quā,
XIII. ne ad ſummum prouehatur apicē, impedit & detrūcat. ¶ Deniq;
Exodi.16 uouentes deo monaſticæ diſciplinæ profeſſionē, & poſtea eandē
Numeri.11 iam inchoatā deſerentes: perſimiles habentur populo Iſraelitico, ꝗ
egreſſus Aegypto & per deſertum tendens in terram repromiſſi-
onis: ſuſpirauit poſt ollas carniū Aegypti, poſt allia, cæpas & pepo
nes Aegytios, neglecto manna dulciſſimo: cælitus ſibi in cibū quo
Numeri.14 tidianum præparato. Quinimmo & ad id progreſſus eſt inſaniæ i-
dem populus: ut ducem ſibi conſtituere uoluerit ac deligere, cuius
auſpicijs & ductu reuerteret᷑ in Aegyptū. Atq; graui plaga populꝰ
ille eſt afflictatus et ꝑcuſſus à domino: ob hanc mentis inconſtan
tiam, ingratitudinemq; & reuerſionē ad uomitū ſuum. Igitur & ꝗ
ſubierint arctitudinē uitę regularis, & poſtea defecerint ab ea per
uotorū uiolationē, reditūq; ad ſecularē uitā quam abdicauerant: nō
euadēt manū domini ultricē, ſed graues temeratæ fidei & promiſ-
XIIII. ſionis dabunt pœnas. ¶ Porro qui hac de materia ampliorē & e-
xactiorē expoſcit pertractationē: recurrat ad octogeſimum ſepti-
mum caput libri de ſacramentalibus, uenerandi patris doctrinaq;
Thomas præſtantiſſimi, Thomæ Walden. ubi contra Viclefum & ſuos aſ-
Vualden ſectatores comprobat egregius ille author, et multiplici ſacræ ſcri-
pturę teſtimonio, & eximiorū patrū Auguſtini, Ambroſii, Dama
ſceni, cæterorūq; authoritatibus: uota monaſtica debere eſſe per-
petua, neq; monachū poſſe à ſuo reſilire propoſito nec regredi ad
ſeculum, quod hic inficiatur Lutherus.

¶ Religiōis monaſticę dignitatē, ab antiquitate eiuſdē,
& diuturnitate tēporis quo uiguit: liq̄do patefieri. Cap. V.

C Aeterū quoniā totum Lutheri ſtudiū & conatus
in eo (quē impugnamus) libro ſuo, de uotis monaſti
cis inſcripto, tēdit ad uituperationē, damnationē ac
improbationē uitæ monaſticæ: operæpreciū factu-
ri ſumus (niſi noſtra nos fallat ſententia) ſi è diuerſo
elaboremus eam claris extollere laudibus: prædicareq; inſigniter,
et ingenti commendatione admodū dignā eſſe oſtendere. Quod
primum tentabimus aggredi per manifeſtationem antiquitatis
ipſius,

ipſius,&diuturnitatis:qua ſubſiſtit in terris,atq; in uſu fuit. ¶ Enim I.
uero legimus in Geneſi:dictũ eſſe Abrahę à domino. Egredere de Gene.12.
terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui:& ueni in ter
ram quam monſtrauero tibi. Per quã quidẽ Abrahę uocationẽ ex
ſolo natali in terrã alienã: myſticæ deſignat interna dei inſpiratio,
qua multos uocauit & quotidie uocare non deſinit ad mundi ab
renũciationẽ,terrenarũ opũ & delitiarũ abdicationẽ:necnõ ſeueri
oris uitæ in monaſtica auſteritate profeſſionẽ.quẽadmodũ appo- Nicolaus
ſite & cõcinne locũ illũ in moralẽ traducẽs expoſitionẽ Nicolaus liranus.
Liran⁹,diligẽtiſſimus totius ſacræ ſcripturæ ad literã interpres: id
ipſum congruẽter annotat & argute. Neq; ab illius ſentẽtia diſſi-
det Iſidorus:in eiuſdẽ literæ explanatiõe dicẽs. Nobis quoq; exeũ Iſidorus.
dũ eſt de terra noſtra:id eſt de facultatibus & opibus terrenis.& co
gnatione,id eſt cõuerſatione uitiorũ, quæ nobis à natiuitate cohæ
rẽtia:quaſi affinitate cõſanguinitatis ſunt cõiuncta.& de domo pa
tris:id eſt de memoria mũdi.ut ei renũciãtes, poſſimus cũ populo
dei dilatari:& in terrã promiſſiõis cęleſtis cũ tẽpus uenerit introdu
ci. Hęc Iſidor⁹. Nulla aũt cõmodiore uia & expeditiore dat exitus
hoi & elõgatio ab opibus terrenis,à cõuerſatiõe uitiorũ & à memo
ria mũdi:q̃ p ſuſceptionẽ monaſterialis uitę.qua ſecret⁹ à mũdi flu
ctibus & abſtractus à turbine rerũ terrenarũ:intẽtius atq; trãquilli⁹
uacat homo deo. ¶ Rurſum Moſaicæ legiſlatiõis tp̃e, Nazaræi ad II.
certũ et ſtatũ tẽpus dño cõſecrati:eoq; decurrẽte ſeiugati à cõi ho Numeri 6.
minũ cõſortio,peculiareq; uitę genus diuina lege determinatũ ſor
titi:figura quædã erãt et rudis effigies cœnobiticę profeſſiõis,qua
ſeparant hoies à ſeculi cõione & cõtagio. ¶ Helias itẽ propheta do III.
mini,uir piloſus & zona pellicea lũbos accinctus,deſerta pererrãs 3 Regũ 17.
& ſpeluncã habẽs in domiciliũ: religioſæ etiã inſtitutiõis imaginẽ
præ ſe tulit aſperitate ueſtiũ & ſolitudinis incolatu. Nec min⁹ He 4 Regum 4.
liſeus eius diſcipulus, cũ filijs prophetarũ cõe tenẽs habitaculũ, ab
hominũ turba ſecretũ:expreſſit uitæ regularis typũ & effigiẽ,q̃ in
cõuẽtu multorũ deo dedicatorũ agit: à cætera multitudine populi,
& diſcerniculo habitatiõis & certa uiuẽdi ratiõe,ſeparatorũ. ¶ Prę IIII.
terea,ſcti illi ueteris inſtituti patres:de q̃bus beatus Paulus ad He
bręos ſcribẽs,ait. Circuierũt in melotis,in pellib⁹ caprinis,egẽtes, Hebræos 13.
anguſtiati,afflicti:q̃b⁹ dign⁹ nõ erat mũd⁹.i ſolitudinib⁹ errãtes:in

mõtibus et ſpelũcis, et in cauernis terræ. nõne etiã uiuã quandã ex
preſſerũt imaginẽ uitę abſtractioris & ſeuerioris, q̃ agit̃ intra ſepta
monaſticæ religiõis? Illa ſiquidẽ ueſtiũ durities, ſequeſtratio à tur-
ba populari, habitatioq́ꝫ in deſertis mõtib⁹ & ſpelũcis, q̃ in priſcis il
lis patribus cõmendat̃ ab apoſtolo: magnã habet cognationẽ cũ ri-
tu uiuẽdi in arctitudine clauſtrali. Perſpicuũ eſt igit̃: in ueteri lege
V. repræſentatã eẽ hanc uitæ formã. ¶ In ipſis uero noui teſtamẽti ſo
Lucæ 1. ribus: protinus ſe offert diuinus præco Ioannes Baptiſta, teneris ab
Matth. 3 annis habitator deſerti, ueſtẽ pilis camelorꝫ cõtextã indutus, & mi
ra uictus abſtinẽtia uitã agẽs. Qui à uulgari hoĩm frequẽtia ſeiun
ctus ac manẽs in ſolitudine: forma fuit nõ obſcura monaſticæ pro
feſſionis, in ſeceſſu à populo, aſperitateq́ꝫ ueſtiũ & tenuitate uict⁹,
VI. agẽdæ. ¶ Quid & Chriſti referã diſcipulos, poſt ſuã ad apoſtolatũ
uocationẽ cũ eo diuerſatos propemodũ ſecundũ diſciplinæ regula
Matth. 10 ris ritũ & legẽ: in abdicatiõe bonorꝫ tpaliũ, ſine eorũ ſolicitudine
Lucæ 9 & cura, & miſſos ad p̃dicandũ ſine ſacculo & pera & pecunia: quo
expeditiores eſſent ad ṽbũ dei annũciandũ populo? Nõne in hac
ipſorꝫ ante dñi noſtri paſſionẽ cõuerſatiõe, quaſi in tabula quadam
egregie depicta: legit̃ nõ obſcure cõmendabilis inſtitutio religiõis
VII. monaſticæ? ¶ Sed & poſt acceptas ſpũs ſancti primitias, largiter
ipſis infuſas: inſtituerũt primi illi patres ac principes eccl̃iæ, apoſto
Actuũ 4. li, ſingulare uiuẽdi genus: ut uiuũ q̊ddã exẽplar, & primitiuã uitæ
monaſticæ formã. q̊d profiteri uolẽtes: uẽdiderũt poſſeſſiões ſuas,
& attulerũt p̃ciũ ad pedes apl̃orꝫ. Inde diſtribuebat̃ ſingulis, pro
ut cuiq́ꝫ opus erat: nec quiſq̃ aliq̄d ſuũ eſſe dicebat: ſed erãt eis oĩa
cõmunia. Videmus igit̃, ſpũs ſancti magiſterio ac directiõe nõ mõ
approbatã: ſed & inſtitutã hãc quæ in cœnobijs obſeruat̃, in cõita
VIII. te rerũ uiuẽdi regulã. ¶ Cæterũ ad ſolidiorẽ huius & proxime pręcedẽtis
rationis corroborationem, id magnopere cõducit: q̊d uene
rabilis pater Thomas Walden, carmelitani ordinis decus illuſtre,
in libro ſuo de ſacramẽtalibus, potiſſimũ capite octogeſimotertio
& octogeſimoquarto, pertractat de religionis monaſticæ inſtituti
Viclefus one. Quoniam eñ Viclefus impius et religionẽ oẽm extinguere
tentãs (ut nũc eius aſſecla facit Lutherus) inter cæteras cõtra pro
feſſionẽ cœnobiticã cõtumelias, dixit ordines iſtos religionũ mona
ſterialiũ eẽ aduẽtitios et ab hoĩe puro factitios: adijciẽs, ampliusq̃

trecentis

trecentis poſt Chriſtũ annis, religionẽ monachicã ſumpſiſſe initiũ. Thomas
cõtra hic ueritatis aſſertor & propugnator acerrimus Thomas: in Vualden.
dictis duobus capitibus præclare & luculenter oñdit, ꝙ Chriſtus
oẽm religionũ monaſticaꝶ ꝑfectionẽ primus inſtituit in euãgelio:
oẽmq; regularẽ diſciplinã inuenit, atq; in ſeipſo tenuit, ſuisq; diſci-
pulis eandẽ tenẽdã impoſuit. Siquidẽ obedientiã illis ſeruandã mõ
ſtrauit: cũ cuiq; eorũ dixit. Sequere me. Quod nõ tantũ de greſſu Ioan. 1
corporis: ſed & de mẽtis affectu & morũ imitatiõe, intellexit. Pau Matth. 9
pertatẽ uero: cũ iuſſit ꝙ nihil in uia tollerẽt. & ad perfectionẽ ten Matth. 10
denti perhibuit uendẽda eſſe oĩa & danda pauperibus: ſeq; in per Matth. 19
fectiõis uia ſequendũ. Continẽtiã uero & cœlibatũ edocuit à ſuis Ibidem.
obſeruandũ: cũ tertiũ eunuchorũ genus propoſuit: ſpõtanee capeſ
ſendũ. Itaq; diſcipuli cũ ipſo dño noſtro cõuerſantes: ipſum ut pa-
trẽ imitati ſunt in his & alijs religionũ inſtitutis, orõnis aſſiduitate,
uigilijs, prædicatiõe uerbi dei, & cæteris ſpũalibus exercitijs. Quæ
à Chro ut primo fonte exuberanter primũ manarũt: & in quoſcũ
q; poſteri tpis religioſos placido decurſu profluxerũt. ut de ei⁹ ple
nitudine oẽs monaſticaꝶ regulaꝶ patres poſtea acceperint: qſq; IX.
q̊d ſuæ inſtitutiõi & diſciplinæ uidebat accõmodũ. ¶ Inſuper ediſ-
ſerit idẽ probatiſſimus author in loco ſupra dicto: ꝙ in ipſo euan-
gelio Chrũs duos diſtinxit hoĩm ordines. perfectoꝶ ſcilicet: quib⁹
conſilia euãgelica propoſuit cuſtodienda: ad propinquiorem uitæ
cæleſtis imitationẽ, & hic religioſorũ eſt ordo. & imperfectoꝶ mi-
nuſq; ſpũaliũ: quibus cõſtituit hãc uiuẽdi regulã. Si uis ad uitã in- Matth. 19
gredi: ſerua mandata. & is erat ordo turbę popularis atq; plebeię.
Hanc aũt diſtinctionẽ duplicis ordinis, in euãgelio inchoatã: apo-
ſtoli q̊q; cõtinuarũt, poſt miſſionẽ ſpũs ſancti in fideles. Nã ipi cũ
ſacratiſſima uirgine Maria et cæteris mulieribus religioſis, obſer- Actuũ. 1
uarũt ordinẽ illũ ꝑfectoꝶ: perſeuerantes in orõe cõmunitatemq;
uitæ ſeruãtes cũ ijs qui abdicatis ſuis bonis uoluerũt illoꝶ diſcipli- Actuũ. 4
nę ſe addicere. ita ꝙ à cõuerſatiõe beatiſſimæ dei matris et aploꝶ
in cœnaculo: traducta eſt deinceps ſchola religiõis ꝑfectorũ in mo
naſterijs. Et hanc regulã aplicã (non quidẽ, quã ipſi primũ inſtitu
erũt: ſed quã à Chriſto inſtitutã ipſi cõtinuarũt, et alijs implendã
tradiderũt) obſeruarũt ad unguẽ ſancti illi fideles et pauperes, cõ-
morantes in Hieruſalẽ: pro q̃rũ ſuſtẽtatiõe curauit beatus Paulus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Roma. 15 collectas fieri in eccleſiis, ubi uerbũ dñi annunciauit. ut ex multis
1. Corin. 16 ſuarũ epĺarũ locis conſtat: Eodem uero tẽpore, ordinẽ minus per-
2. Corin. 8 & 9. fectorũ tenuerũt fideles ex gẽtibus conuerſi: quibus nulla impo-
nebant ab apĺis onera, niſi ut abſtinerẽt à fornicatiõe ab idolothy-
Gala. 2. tis, à ſuffocato & ſanguine: cũ obſeruatiõe pręceptorũ dei, q̃ cuiq;
Actuũ. 15. ad ſalutẽ ſemper fuit neceſſaria. Deinde hanc perfectionis diſci-
plinã, in paupertate, caſtitate & obediẽtia tenendã; traduxit bea-
tus Marcus euãgeliſta (ut ſequẽs lati⁹ explicabit ratio) ab illis pau
perib⁹ Hieroſolymitãis ad Alexãdrinos, perfectiore adhuc ſancti
tate & auſteriore uiuẽdi gñe: q̃ apd' Hieroſolymas habebat. Ab
illis ṽo deinceps & eremitæ celeberrimi atq; frequẽtiſſimi in par
tibus Aegyptiis profluxerũt: & in diuerſis mũdi plagis religiões
monaſticæ, magno cũ ſalutis prouẽtu demũ ſunt deriuatæ. Quo
rũ oĩm fons, origo & principiũ, fuit ipſe dñs noſter: primus religio
ſæ (quæ ad perfectionẽ tendat) uitæ inſtitutor in euãgelio, & inte
gerrimus obſeruator. Hæc omnia diffuſe pertractat, & ſolidiſſi-
mis cõprobat teſtimoniis in loco pri⁹ citato, idẽ grauiſſim⁹ author
& alia lõge p̃clariora. Quinimmo p totũ nonũ illius opis titulum
(qui ab octogeſimotertio cap. cõtinue ad nonageſimũ ſecũdũ uſq;
caput ꝓtẽdit) oẽs Vicleſi calũnias & cõtumelias cõtra religioẽm
monaſticã uibratas, fortiſſime retũdit ac confutat. Et totus itidem
ille locus per decẽ extẽtus capita: refutãdæ etiã Lutheranæ impi
X. etati, hic cõtra religiões debacchãti: eſt maxĩe accõmodus. ¶ Præ-
terea. circa ipſam primitiuę eccĺiæ originẽ, fuit à beato Marco euã
geliſta, inſtituta eccĺia apud Alexandriã Aegypti: apĺicæ formæ: à
Actuũ. 4. beato Luca in actibus apĺorũ deſcriptæ et mõ adductæ, cõformis,
magnaq; affinitate rñdens. Cuius, uiuendi normã ac ritũ miris ex
Philo. tollit laudibus Philo Iudæus: quẽadmodũ liquido cõſtat ex ipſius
Euſebius teſtimonio, per Euſebiũ Cæſarienſem in eccĺiaſticæ hiſtoriæ libro
ſecũdo, capiteq; decimooctauo ex libris eiuſdẽ Philonis adducto.
Vbi ſanctæ illius eccĺiæ Alexãdrinæ mores et uictũ deſcribẽs: ab
dicationẽ facultatũ ſuarũ omnimodã, quã faciũt qui illius uitæ cõ
ſortio ſe addicũt, enarrat: ſequeſtrationẽq; ipſorũ à cõi hoĩm cõtu
bernio. Deiñ auſteritatẽ uict⁹ eorũdẽ, admirãdã poti⁹ q̃ imitãdã re
fert: cõtinuataq; in multos dies ſine cibi et potus ſumptiõe ieiunia:
perpetuã inſup à uino et carnibus abſtinẽtiã; uſumq; ſolius aquæ
ad potũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad potũ, & panis cũ ſale uel hyſſopo ad cibũ. Demũ illorũ cæliba
tũ & expertẽ omnis maritalis cõgreſſus tũ uirorũ tũ fœminaꝝ pu
dicitiam cõmemorat: & alia nonnulla, ad ſanctæ illius congregati
onis cõmendationẽ plurimũ facientia. Quæ omnia: in prædicto
eccleſiaſticæ hiſtoriæ loco, non minus eleganter q̃ copioſe recitata
leguntur. Ecce in ipſo legis euangelicæ ueſtibulo & exortu admi
rabile uitæ genus: in ſegregatione à publica hoĩm frequẽtia, in ie
iunijs & ſingulari uictus parſimonia, in cælibatu ac caſtimonia: p
ſimile omnino cœnobiticæ obſeruatiõi, ut ad illius Alexandrinæ
inſtitutionis exemplũ uideatur hæc monaſtica profeſſio efforma- XI.
ta. ¶ Deniq; beatus pater Dionyſius Areopagita, circa nouę legis
exordiũ inſigni doctrina & uitę ſanctitate refulgens, apoſtoliſq; cõ
tẽporaneꝰ (ut q à ſancto Paulo apſo, ex tenebris gẽtilitatis ad uerę
fidei lumẽ cõuerſus fuerit: quẽadmodũ in primo libro diffuſius eſt Cap. 5.
declaratũ) in libro ſuo de eccleſiaſtica hierarchia, capite ſexto, diſſe
rẽs de initiandoꝝ ordinũ triade: primũ eoꝝ locũ dicit obtinere mo Dionyſius.
nachos, his uerbis. Porro initiandorũ omniũ excellentior ac ſubli-
mior ordo, monachoꝝ eſt ſancta diſtinctio: expiatione omni, tota
uirtute atq; exactiſſima ſuarũ operationũ caſtitate, mũdata. omnis
item (quantũ ſibi licet inſpicere) ſacræ operationis ſpiritualiter ſpe
culatrix & particeps facta: pontificũq; cõſummantibus uirtutibus
tradita. Et paucis interiectis: ſubtexit. Vnde ſancti præceptores no
ſtri, diuinis eos appellatiõibus ſunt proſecuti: partim therapeutas, id
eſt cultores, à ſyncæro dei famulatu atq; cultu: partim monachos,
ab indiuidua & ſingulari uita, appellantes, ut quæ illos ſanctis diui
ſibiliũ cõplicationibus: in diuinã & deo gratã monadẽ perfectionẽ
q; promoueat. Hæc Dionyſius. Deinde paulo poſt eodẽ loco my-
ſteriũ monaſticæ conſummationis ex apoſtolico ritu tum obſerua
ri ſolitũ, modũq; quo tũc fieri ſolebat monachalis profeſſio, adape-
rit: & quid ſpiritualis intelligẽtiæ cõtineat tale myſteriũ, præclare
ac late depromit. Ex quo loco manifeſtũ ſumit argumentũ: mona
chorũ ordinẽ & ſtatũ, circa primordiũ nouæ legis atq; apoſtoloꝝ
tẽpore fuiſſe, magnoq; in precio tum eſſe habitum Idem etiã ſacra
tus pater Dionyſius inter epiſtolas ſuas undecim, unam ordine
octauam ſcribit ad Demophilum monachum: plenã ſalutaris do
ctrinę, atq; ad mãſuetudinẽ, benignitatẽ & humilitatẽ exẽplo Ieſu
Chriſti

Chriſti & ſanctorum patrũ, exhortatoriam. Ex qua liquidum eſt,
ordinem monachorum fuiſſe iam inſtitutum in exordio eccleſiæ:
XII cuius ordinis profeſſionem Demophilus ille ſuſceperat. ¶ Poſtre
mũ. Paulo poſt tpa apoſtolorũ. cũ adhuc fortiſſimorũ Chriſti athle
tarum ac martyrũ effunderetur ſanguis, & deinde poſt cõſumma
ta eorum certamina: mira ſanctitate emicuerũt eremitæ, mũdi cõ
Hilarion tẽptores, relictis urbibus incolentes deſerta, cauernas & ſpeluncas.
Paulus eremita utpote ſanctus Hilarion in Syria: cuius uitã admirabilẽ conſcripſit
beatus Hieronymus. Paulus primus eremita: Hieronymiano etiã
Antonius. eloquio illuſtratus & poſteritati cõmẽdatus. Sanctus etiã Antonius,
clariſſimus Aegypti ſplendor: cuius acta, mores & felicẽ exitũ ſcri
Macharius pſit Athanaſius epiſcopus Alexandrinus, illi coætaneus. Præterea
Macharius, & alij innumeri: cõtempto mũdo angelicã in terris ui
Heraclides tam agẽtes. quorũ ſingularẽ ſanctimoniam uitæq́ auſteritatẽ, He
raclides Bithiniæ epiſcopus literarijs tradidit monumẽtis: in libro
Caſſianus quem paradiſum appellauit. & quorũ etiã meminit Caſſianus in
ſuo libro de inſtitutis monachorũ, & de collationibus patrũ. Hi aũt
oẽs, monaſticæ uitæ formã quãdã manifeſte p̃ ſe tulerũt & expli
cuerũt: in ipſo mũdi cõtẽptu, auſteritate uiuẽdi, ieiunijs, abſtinẽtijs,
caſtitate & diuitiarũ abiectione. ut ex eis uideat quodã modo, & ſe
cundo quidem loco, poſt Chriſti ſcilicet & apoſtolorum diſciplinã
(quæ prima iecit cœnobiticę uitæ fundamenta in noua lege, ut di
ctum eſt) deducta monaſtica inſtitutio: in cõmuni ſocietate iiſdẽq́
ſub tectis degẽs & uictitans. Anachoriticam igitur ſeueritatem
atq́ aſperitatem probans: non poteſt monaſticam improbare, ut
arborem ex ea radice conſurgentem: & tanquã riuum ex illo lym
pido fonte profluentem.

¶ Excellentiã ſanctitatis & doctrinæ eorũ qui ordines
monaſticos inſtituerũt: magnã arguere cœnobiticę ui
tæ dignitatem & perfectionem. Cap. VI.

SOlent quidem primi urbium conditores, ſplendo
re uirtutum ſuarum, rerumq́ geſtarum gloria: ma
gnam efferre conditis à ſe urbibus commendatio
nẽ & laudem. ut tãto p̃clarior urbs aliqua habeat:
quãto p̃ſtantior claritudine nominis fuerit, qui eã
primus cõdidit. Haud aliter & eximia uitæ ſanctimonia illuſtriſq́
doctrina

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

doctrina eorũ,qui regulas cœnobiticę inſtitutiõis primi ordinarũt:
legesq; tulerũt,quibus in eo uitæ genere, ſancte religioſeq; uiuat:
nõ modicã affert dignitatẽ & authoritatẽ mõaſticę pfeſſiõi.ut eo
debeat haberi cõmendatior & auguſtior,quo excellentiores eru-
ditiõe & uirtute fuerũt: qui eã tanq̃ rerum publicarũ legiſlatores cer
tis legib⁹ ac regulis inſtituerũt. ¶ Inter quos primo fere loco poſt I.
tpa apoſtolorum emicat magnus ille Baſili⁹ Cęſarienſis epiſcop⁹:do Baſilius
ctrina Chriſtiana & ſanctitate uitæ clariſſimus.q regulã cõpoſuit
monaſtici ordinis directricẽ:qua pcul à ſeculi pcellis in arctitudine
clauſtri uita trãſigat. Præterea de inſtitutis monachorum egregiũ o-
pus & ſingulare idẽ cõtexuit:quod à uiris eruditiſſimis & pie in de
um affectis plurimũ cõmendat. ¶ Cui cõtẽporane⁹ & magna fa II.
miliaritatis neceſſitudine cõiunct⁹ Ioannes Chryſoſtom⁹:tres æ- Chryſoſto-
didit libros admodũ pclaros cõtra uitupatores mõaſticę uitæ,reli- mus.
quis operibus eius annexos & inſertos. Ex quorum lectione liquido
conſtat:& ea tẽpeſtate(iam ferme duodecies centũ fluxerũt anni)
fuiſſe ſacrilegos cœnobiticæ obſeruationis calũniatores:qui eã gra
uiſſimis inſectati fuerint maledictis,& acerba uituperatione ſugil
larint.ne exiſtimet Lutherus:ſe primũ eſſe huius impietatis cõmẽ
torẽ & machinatorẽ.cognoſcatq; iam olim ſanctorũ patrũ ſcriptis
cõfutatã eſſe tantam improbitatẽ: quã tot ante ſeculis dãnatã, hac
ætate reſuſcitare atq; in auras reuocare,nequicq̃ conat. ¶ Beat⁹ i- III.
tem Hieronymus,ſplendidũ eccleſiæ catholicæ iubar:& regulam Hieronymus
monaſterialis inſtitutionis cõpegit,& opuſculũ de laude uitæ mo-
naſticæ cõſcripſit,eamq; in cõpluribus ſuis epiſtolis magna laude
frequẽs proſequitur:quã etiam ad finẽ uſq; uitæ ſuæ in ſolo Beth
leemitico duxit. ¶ Circa eadem quoq; tẽpora, beatus Auguſtinus IIII.
in Africa poſt ſuſceptũ baptiſma,uitã an põtificatũ egit ſecũdũ a- Ambroſius.
poſtolorum inſtitutũ & legẽ:q̃ monaſticæ uitæ archetyp⁹ eſt, & for
ma primaria. Inſup & regulã uiuendi ſuis fratrib⁹ tradidit: quã,de
clinantes turbã hominũ & in monaſterio agẽtes, ſeruarẽt. ¶ Ad V.
hæc, Beatus Benedictus monachorum pater celeberrimus, mũdi cõ Benedictus
tẽptor & aſpernator opũ:certã itidẽ uiuendi in monachica diſcipli
na legẽ ſuis alumnis conſtituit.quã poſtea amplexati ſunt q̃ pluri-
mi:p totũ pene orbẽ fœcunda fœtura diſperſi.ut & beatus Grego Gregorius
rius uirtute & doctrina ſacra eximius:ante ſuſceptã ſedis apoſtoli-

cæ moderationẽ, legatur relicto ſeculo hanc uiuendi regulã fuiſſe
profeſſus. Qui per totũ ſecundũ ſuorꝝ dialogorꝝ librũ: uitã admira
bilẽ & miracula plurima eiuſdẽ ſancti patris Benedicti diffuſe re
VI. cenſet. ¶ Cũq; exactis annorꝝ nõ paucis curriculis totus fere mun-
dus inerti uitiorũ p̃meret̃ ueterno, & ingẽti colluuie exundaret in
Dominic⁹ Franciſcus eo iniquitas: diuina uocatione acciti ſunt ſancti Dñicus et Frãciſc⁹,
ad excitãdos homines ẽ graui ſopore peccati: religionẽq; ſacrã fra
trũ p̃dicatorũ & minorꝝ erexerũt, q̃ in paupertate diuitiarũ abie-
ctrice deo militaret: uerbũq; dñi aſſidua p̃dicatione diſſeminaret
VII. Thomas Aquinas. in populo. ¶ Quos ſubſecutus beat⁹ Thomas Aquinas, tanq̃ ſtella
matutina: doctrinæ & ſanctitatis claritate mirifice emicuit, atq; in-
ter plurima literaria monumẽta, q̃ poſteritati reliquit: etiã librũ con
texuit ſingularẽ cõtra impugnãtes religionẽ. In quo ualidiſſimis ſa
crarꝝ literarũ ſanctorũq; patrũ teſtimonijs elidit, eneruat & diſſol-
uit improborũ quorundã rationes: quibus ea tẽpeſtate oblatrarũt
in religionẽ monaſticã. Nã et tunc nonnulli impietatis ſpiritu exa
gitati, more Cerberi trifaucis horrendos ædiderũt latratus in mo-
nachicæ diſciplinæ cõſtitutionẽ. quorꝝ ora ſacrilega compreſſit o-
pere illo luculento ſanctus Thomas: fortiſſimus religionis monaſti
cæ propugnator. Quod ſane opus, & ad contundendã Lutheri in
ſaniã (qui toties cõdemnatã hãc impietatẽ, inſtituta uitæ mõacha
lis improbãtẽ: infauſto molimine nitit̃ rurſum in lucẽ excitare) ma
VIII. gnopere conducit, et apprime eſt utile. ¶ Taceo p̃terea ſanctũ Bo
Bonauẽtura. nauenturã, Franciſcanæ regulę obſeruãtiſſimũ: miroq; fulgore do
ctrinæ et uirtutis rutilantẽ. Qui etiã contra monaſticę religiõis im
probos hoſtes, potiſſimũ in paupertatẽ cœnobiticã ora impia laxã
tes: duos cõpoſuit libros inſignes. unum, de paupertate Chriſti, in
ſcriptũ. et alterum: apologiã pauperꝝ. In quibus, ipſam paupertatẽ:
Bernardus pie, religioſe et argute tutat̃. Omitto et beatũ patrẽ Bernardũ, Ci-
ſtercienſis ordinis ſidus clariſſimũ: et in ſctã dei eccleſia coruſco do-
IX. ctrinæ ſanctitatiſq; ſplẽdore præfulgentẽ. ¶ Prætereo et Carthu
ſiani ordinis et Cæleſtinorũ patres authores, primoſq; inſtitutores:
in laudabili uitæ auſteritate, arctitudineq; mõaſterij ſalutarẽ mili-
tiã meditatos, q̃ et fugiatur ſeculũ, et mundus omniquaq; cõtẽna-
tur. Prætermitto demũ et reliquos, cæterorꝝ mõaſterialis uitæ mo
dorꝝ fundatores primarios: quos omnes, operoſum eſſet et prolixũ
ſingillatim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſingillatim recẽſere. Ex his itaq; manifeſte liquet: religionẽ monaſti
cã ꝓbatiſſimos habuiſſe authores et patronos, ſanctitateq; uitæ cõ
mendatiſſimos, ut eo cognoſcamus argumẽto: eã plane haberi de X.
bere ſanctã, deoq; placẽtẽ et acceptiſſimã. ¶ His omnibꝰ inſup ac
cedit cuiuſq; horũ ordinũ monaſticorũ publica approbatio: ꝑ ſedẽ
apoſtolicã diuerſo tp̃e (ut ipſa rei expoſtulabat oportunitas, oblata
que occaſio) facta, & à tota eccleſia per tot ſeculorũ interualla ac
ſpacia: receptꝰ illoꝝ uſus. Per quẽ ſane cõſenſum publicũ, tãto an-
noꝝ curriculo toti populo Chriſtiano notiſſimũ, magnũ accreſcit
robur et authoramẽtũ huic monachalis obſeruãtiæ profeſſioni: ſo
lidiſſimas uires, ex ſummoꝝ põtificũ authoritate totiꝰ eccleſiæ ap
probatiõe, cõmuniq; Chriſtiani populi cõſenſu, iã aſſecutæ. Quo
circa quiſquis uerbo aut ſcripto improbat has ſacras uiuẽdi leges,
tãto firmatas robore: et apoſtolicæ ſedi rebellis eẽ cõuincit̃, et ec-
cleſię ſctẽ aduerſus, atq; oblatrator in id q̊d cõcordi omnium aſſen
ſu iã olim eſt ꝓbatũ. Quinimmo idẽ, et antitheꝰ eſt, deoq; cõtrariꝰ:
nõ tã in homines q̃ in deũ bella ciẽs, pugnãq; mouẽs. cũ id uitæ in-
ſtitutũ demoliri et deſtruere nitit̃: quod deꝰ cõſtruxit et erexit ſan
cti ſpũs occulto afflatu, dũq; illud dei opus impedire laborãs: plane
illi repugnat et obluctatur. ¶ Vnde et ꝑſimilis eſſe dinoſcit̃ mona- XI.
chicę diſciplĩæ criminator et ſugillator: feris illis et barbaris gẽtibꝰ, 1. Eſdræ. 4
q̃ indolẽtes tẽplũ dñi in Hieruſalẽ reædificari ab ijs qui reuerſi fue
rant de captiuitate Babylonica: ꝑ falſas et ſubdolas ad regẽ Perſa
rũ delationes conati ſunt impedire operis illiꝰ cõſummationẽ. et ali
quot etiã annis impediuerũt: ne cœpta ad exitũ ꝑduceret̃ ædifica
tio. Verũ quẽadmodũ illi Iudæorum æmuli: nõ omnino præualue 1. Eſdrę. 5. et 6
runt in finem. nam benigno Darij Perſarum regis indultu, necnõ
et iuſſu: intermiſſa diu tẽpli illiꝰ Hieroſolymitani cõſtructio, demũ
abſoluta eſt et completa. Ita nec maledicꝰ obtrectator (quiſq́s fue
rit) in ſanctã religiõis monaſticæ inſtitutionẽ: aſſequet̃ unq̃ impro-
bi uoti ſunt expletionẽ, uitæ ſcilicet cœnobiticæ exterminiũ, q̃tũli
bet repugnare deo laboret. Nã magnificũ hoc opꝰ diſciplinæ mo
naſterialis, quod inchoauit deus & hactenꝰ cõſeruauit: ad finẽ uſq;
cuſtodiet integrũ & incolume, uirtuteq; potẽti dexteræ ſuæ ꝓte-
get cõtra oẽs inimicos eius. ¶ Quã ob rem aut inſania mẽtis agita
tũ cæcoq; furore Lutherũ crediderim, aut ſatanico percitũ œſtro:

cum in ſuo (quẽ nũc cõfutandũ ſuſcepimus) libro, ita inter cætera
» ſcribit. Propter hãc uel ſolã abominationẽ (quia ſcilicet ſancti pa-
» tres aliter interpretant̃ locos aliquot ſcripturæ, ante à ſe adductos
» ꝗ̃ ipſe uelit eos interꝑtari debere. quæ certe abominatio nõ eſt: ſed
» ueritas) eradicata, extincta, abolita cupio (ſicut & oportuit) uniuer
» ſa monaſteria. Quæ & utinã (ereptis Loth & filiabus ſuis: de me-
» dio eorũ) dñs igne & ſulphure cæleſti ad exẽplũ Sodomæ & Go
» morræ demergeret in profundũ, ut ne memoria quidẽ eorũ ſuper-
» eſſet, neqꝫ enĩ ſatis fuerit illis anathema imprecari. Hęc Lutherus
Quæ quidẽ uerba, ueſani hoiſ eẽ uidentur: aut rabie quadã horri
da maledicẽdi ĳs quæ ſancta ſunt & ſacra, cõcitati. Et ꝗ̃uis illa, ne
quaꝗ̃ cõfutatiõe immo nec recitatiõe digna ſint: hic tñ eadẽ addu-
cta uolui, ut ex limbo ueſtis de tota tunicæ qualitate & textura di-
iudicẽt hoĩes: & ex ungue (ut aiũt) leonẽ agnoſcãt. Vtqꝫ ex modi-
ca libri portiuncula: de toto libro (q̧ ꝑlatæ mõ particulæ haud diſſi
milis ẽ) iudiciũ ferãt. perinde atqꝫ modica fellis deguſtata parte: to
tius amarorẽ tetrumqꝫ ſaporẽ poſſunt oẽs facile deprehendere.

¶ Tres uirtutes, circa quas uota cõſiſtũt monaſtica: tribus præcipuis uitĳs humano generi maxĩe noxĳs aduerſari, & tribus etiã libere deo ſeruiẽdi impedimẽtis. Cap. VII.

INnoteſcit etiã cœnobiticæ profeſſionis dignitas &
cõmendatio nõ mediocris, ex ampliſſimo ſalutis aĩa
rum prouẽtu: quẽ cõſequunt̃, qui exacte & ad un
1. guẽ illã cuſtodiũt. Enimuero cũ tria ſint pręcipua
ſcelerũ genera: quibus hoſtis antiquus aĩarum no-
ſtrarũ caſtra oppugnat, & ꝗ̃ plurimos in hac mũdi arena palęſtra
qꝫ proſternit humi: utpote ſuperbia, auaritia & luxuria, iuxta illud
1.Ioann.2 beati Ioannis in prima ſua epl'a canonica uerbũ. Omne quod eſt
in mundo: concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum,
& ſuperbia uitæ. quæ non eſt ex patre: ſed ex mundo eſt. Illis aũt
tribus peccatorum generibus, ſua opponunt ſigna & ex diametro
aduerſantur tria illa præcipua uota: quibus monaſtica religio præ
ſertim innititur. Nempe ſuperbiæ contraria eſt obedientia: qua re
ligioſus per humilitatem, ſuam abdicat uoluntatem. Auaritię ue
ro, aduerſa eſt paupertas cœnobitica: reſecans omnem priuatæ
poſſeſſionis cupiditatem & affectũ. Deniqꝫ luxuriæ oppoſita eſt
caſtitas:

caſtitas:reprimens effrenẽ carnis libidinẽ,& omnem uitæ incon-
tinentiã. ¶Sicut igit̃ per tria illa uitia militant homines in caſtris ſa
tanæ,mundumq́ꝫ ſequuntur & eius concupiſcentias: ita quoqꝫ per
tres illas uirtutes,ad quas exercendas uoto ſe obſtringunt religioſi:
abdicuntur addicti monaſticæ profeſſioni,à laqueis mundi,debel-
lantq́ꝫ antiquũ ſerpentẽ,& traducũtur ad dei caſtra. ¶ Cæterum II
aſſignatur ab alijs eruditione præclaris authoribus: & altera ratio
prædictorũ triũ uotoꝝ,in profeſſione monaſtica fieri ſolitoꝝ,&ea
quidem huiuſmodi. Quemadmodũ in baptiſmo (quo homo per fi
dei religionẽ deo obligatur ) quis peccato moritur:ita per uotũ re-
ligionis monaſticæ, profitens eam,non ſolũ peccato ſed & ſeculo
moritur, ut ſoli poſtmodũ deo uiuat in illo opere:in quo ſe deo mi-
niſtraturũ per uotum promiſit & aſtrinxit. Sicut enim per pecca-
tũ,animæ uita tollitur quã accepit in baptiſmo uiuificata per fidẽ
& gratiã:ita per occupationes importunas ſeculi,Chriſti miniſteri
um impeditur,ut non poſſit ſyncære deo impendi. Vnde ad Ti-
motheũ ſcribens beatus Apoſtolus:ait. Nemo militans deo,impli 2 Timo. 2.
cat ſe negocijs ſecularibꝰ:ut placeat illi cui ſe probauit. Ideo ꝑ ſyn
cęrũ religionis uotũ & abrenũciationẽ mũdi,potiſſimũ ea abdicãt̃
& abnegant̃:quibus humanus animus maxime occupari cõſueuit
& à diuinis obſequijs impediri,eo ipſo ꝙ intricet̃ & irretiatur rebꝰ
huius ſeculi. Eorũ autẽ quæ animũ hominis occupatũ tenere ſo-
lent et inuolutũ ſeculo:primũ et principale eſt coniugiũ,dicẽte a-
poſtolo in prima ad Corinthios epiſtola . Volo autẽ uos ſine ſolici 1 Corin. 7.
tudine eſſe. Qui ſine uxore eſt:ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quo-
modo placeat deo. Qui autẽ cum uxore eſt:ſolicitus eſt quæ ſunt
mũdi,quomodo placeat uxori,et diuiſus eſt. Secũdũ uero:eſt poſ-
ſeſſio diuitiaꝝ terrenaꝝ.quemadmodũ perhibet dominus noſter
apud Matthęũ. Solicitudo huius ſeculi et fallacia diuitiaꝝ ſuffocat Matthæi. 13.
uerbũ: et ſine fructu efficit̃. Et gloſſa exponẽs illud uerbũ Chři
apud Lucã,cõformis ſentẽtię. Quod aũt in ſpinas cecidit : hij ſunt Lucæ 8.
qui audierũt,et à ſolicitudinibus et diuitijs et uoluptatibus uitæ eũ
tes ſuffocãtur:et non referunt fructũ,ait. Diuitiæ etſi delectare ui
deãtur,ſuis tamẽ poſſeſſoribus ſunt ſpinę: cum aculeis curarũ mẽ-
tes eorũ confodiant,quæ auide quæruntur et ſolicite ſeruantur.
¶ Deniqꝫ tertiũ retrahens nos à diuino obſequio libere ſyncęreq́ꝫ III.

 impenden

impendendo ei, cui om̃ia debemus: eſt propria uoluntas. Nempe
qui ſuæ uoluntatis eſt arbiter: ſolicitudinẽ habet anxiã de uitæ ſuę
gubernatione, & quomodo eam trãſigat & ad finẽ uſq; quiete tra-
ducat. ea uero ſolicitudo mentẽ diſtinet: ne omnino feratur ad de
um. Proinde ſalutare nobis adhibet conſiliũ per ſacrarũ literarum
authores: ut noſtri ſtatus diſpoſitionẽ diuinę prouidentiæ commit
1. Petri 5 tamus. quẽadmodũ per beatũ Petrũ in prima ſua ep̃la: his uerbis,
Humiliamini ſub potẽti manu dei, ut uos exaltet in tẽpore uiſitati
onis: oẽm ſolicitudinẽ ueſtrã proijciẽtes in eũ, quoniã ipſi cura eſt
Prouer. 3 de uobis. Et per ſapientẽ in prouerbijs. Habe fiduciam in dño ex
Tobiæ. 4 toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Rurſum per Tobiã
ſeniorẽ, hoc ſalubre documentũ dantẽ filio ſuo. Omni tẽpore be-
nedic deũ, & pete ab eo ut uias tuas dirigat: & om̃ia conſilia tua in
ipſo permaneãt. Deniq; per prophetã in pſalmo: hoc memorabile
Pſal. 54 monitũ cuiq; noſtrum inculcantem. Iacta in dominũ curã tuam, et
ipſe te enutriet: & nõ dabit in æternũ fluctuationẽ iuſto. Hanc ob
rem perfecta religio monaſtica triplici uoto cõſecratur: tanq̃ antido
to efficaci & remedio præſentaneo, cõtra hæc tria integre deo ſer
uiendi impedimẽta. utpote uoto caſtitatis: per quod abrenunciatur
coniugio, uoto itidem paupertatis: per quod ualedicitur diuitijs. &
demum uoto obedientiæ: per quod abnegatur propria uoluntas.
IIII. ¶ Porro per hæc tria uota: homo ſacrificiũ offert deo de omnibus
bonis ſuis. Nẽpe per uotũ caſtitatis: exhibet deo in hoſtiã & ob-
Roma. 12 lationẽ, corpus propriũ, ſecundum illud beati Pauli ad Romanos
uerbũ. Exhibeatis corpora ueſtra hoſtiã uiuentẽ, ſanctã, deo pla-
centẽ. Per uotũ aũt paupertatis: ſacrificiũ deo facit de exteriorib'
ſuis bonis. de quo ſacrificij genere: ſcribit apoſtolus ad Romanos
Roma. 15 Obſequij mei oblatio: accepta fiat in Hieroſolymis, ſanctis. Per uo
tum uero obedientiæ: immolat homo deo ſacrificiũ ſui ſpũs & ani
Pſalm. 50 mi. de quo diuinus pſaltes ait. Sacrificiũ deo, ſpũs cõtribulatus: cor
contritũ & humiliatũ deus non deſpicies. Nec ſolũ ſpũale ſacrifi-
ciũ, per hæc tria dño offertur ab eo, qui in profeſſione uitæ monaſti
cæ ad prædicta uota ſeruanda ſe obſtringit: ſed etiã holocauſtum
myſticũ, q̃d erat in ueteri lege inter omnia oblationũ genera po-
Gregorius tiſſimũ, deoq; acceptiſſimũ. Quod atteſtatur beatus Gregorius ſu
per Ezechielem dicẽs. Cum quis ſuũ aliquid deo uouet, & aliquid
nõ uouet:

nõ uouet: ſacrificiũ eſt. Cum uero omne quod habet, om̃e quod
uiuit, omne quod ſapit, omnipotenti deo uouerit: holocauſtũ eſt
Hæc ille. Atqui religioſus ſubiens uitæ cœnobiticæ diſciplinam,
omne quod habet: uouet deo, per paupertatẽ, omne etiã quod ui
uit: eidẽ uouet per caſtitatem, corpus ſuũ (in quo naturæ uita con
ſiſtit) deo per ſanctimoniã conſecrans. demũ om̃e quod ſapit: deo
itidẽ uouet per obedientiã, animũ ſuũ (qui ſedes eſt ſapientiæ) de-
dicans deo, per propriæ uolũtatis abdicationẽ. Is igit̃ ſpũale in illa
ſua profeſſione offert holocauſtũ, oblationemq́ perfectã & hoſti
am cõſummatã deo, in odorem ſuauitatis: nihil ſibi ipſi reſeruans.

¶ Obedientiã, paupertatẽ & caſtitatẽ, trium uotorum monaſticorũ materiã: ſacræ ſcripturæ & ſanctorũ patrũ teſtimonio, ſolide comprobari. Cap. VIII

PRædictis et illud non immerito ſuperaddẽdum eſt:
tres ante nominatas uirtutes, obedientiã, pauperta
tem et caſtitatẽ (in quarũ uoto et exercitio: tota mo
naſticæ perfectiõis ſumma conſiſtit) ex ſacris eloqui
is et euangeliorum authoritate, nec non grauiſſimis
orthodoxorum patrum ſententijs: ſuum etiam deſumere robur et
ſtabilimentum. ¶ Siquidem obedientia (quæ primũ fortitur in- I.
ter eas locum: quod radix uirtutum omnium et mater, ſit humili-
tas) inſinuat̃ eſſe uia perueniendi ad Chrm̃: atq; cõmendatur his
domini uerbis. Si quis uult uenire poſt me: abneget ſemetipſum, et Matth. 16
tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quæ autẽ uerior aut integri
or ſui abnegatio aſſignari poteſt: q̃ abdicatio propriæ uoluntatis,
& illius propter deũ ad alterius arbitrium ſubiectio? Nihil enim
omnium, magis proprium nobis eſt & ſingulare: quàm noſtra uo
luntas. quam cum abnegamus, & in alterius cõſtituimus arbitrio:
perfecte & ſyncere noſipſos abnegamus. noſtramq́ tollimus cru-
cem: quantũuis grauia nobis patrum monaſticorũ præcepta ferẽ
tes modeſte, & prompte exequentes. ſequimur identidem in eo
ipſo opere per rectã uirtutis ſemitam Chriſtum: qui factus eſt pro Philip. 2
nobis obediens patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Ean-
dem quoq; uirtutẽ capeſſendã eſſe admonet dñs dicens apud Lu
cam diſcipulis ſuis, et per eos: quibuſcũq;, aliorũ directioni ꝓpoſitis.
Qui uos audit: me audit. & qui uos ſpernit: me ſpernit. Cui ſentẽ Lucæ 10.
tiæ

tiæ euãgelicæ accedẽs Bernardus:in libro de pͨepto & diſpẽſatio
Bernardus ne ait. Obediẽtia q̃ maioribus debeť:deo exhibeť. Quãobrẽ quic-
quid uice dei pͨipit homo : omnia accipiẽda ſunt,ac ſi pͨipiat deus.
Mat.23. Rurſum in euãgelio dñs de ĳs qui authoritate aliĳs præſunt,uitam
tamẽ agunt ſceleratã:ait, Omnia quæcũq; dixerint uobis, ſeruate
& facite:ſecundũ opa uero eoꝝ nolite facere. Dicũt enim: & non
faciũt. Quod ſi illis obediendũ eſt maiorib⁹: qui recta quidẽ dicũt,
& eadẽ ope non cõplẽt.quanto magis illis:qui pͨipiunt bona & p
ba opera,atq; eadem etiã agunt? Præterea beatus Hieronym⁹ ad
Hieronymus Ruſticũ monachũ ſcribens:eiuſdem uirtutis amplectendæ saluta-
re tradit documẽtũ,dicẽs. Præpoſitũ monaſterĳ timeas ut dñm:di
ligas ut patrẽ. Credas eſſe ſalutare:quicquid ille pͨeperit. Nec de
maioris ſentẽtia iudices:cuius officiũ eſt obedire,& implere q̃ iuſ-
Deut.6 ſa ſunt,dicẽte Moyſe. Audi Iſraël & tace. Demũ conſonat his &
Hebræ.13 beatus Paulus:ita ſcribens ad Hebræos. Obedite pͤpoſitis ueſtris:
& ſubiacete illis, Ipſi enim peruigilãt: quaſi rationẽ pro animabus
II. ueſtris reddituri. ¶ Sed nunc exẽplis propoſitã cõmendemus obe
dientiæ uirtutẽ,& monſtremus quid fructus ſuis attulerit cultori
bus obedientia:atq; ex oppoſito,quantũ iacturæ multis ingeſſerit
Roma.5 inobedientia. In primis dñs noſter factus(ut dictũ eſt)obediens pa
Gene.3 tri:totũ reparauit genus humanũ,inſtaurauitq; ad uitã. quod pro-
Gene.22. toplaſtus diuino inobediens præcepto ſecum præcipitauerat atq;
proſtrauerat in mortem. Abraam itidem dei iuſſioni obtẽperans,
filiumq; dilectum paratus immolare:benedictionẽ à domino ob-
tinuit & propagandi ſeminis ſui repromiſſionẽ. Contra uero Saul
1.Regũ.15. in ſubuerſione Amalechitarum obſurdeſcens ad dei pͨeptum &
4.Regũ.5 illud præuaricatus:regio deiectus eſt ſolio,factuſq; reprobus. Rur
ſum Naaman Syrus uoci propheticæ tandem obſecutus, ad mo-
deſtam ſeruoꝝ ſuorũ ſuggeſtionem:cũ ſepties in Iordane ſe ablue
ret,mundatus eſt à lepra. Populus uero Iſraëliticus ſæpius deo re-
bellis & ad obmurmurandũ propenſus,immo & ducem ſibi cõſti-
Nume.11 tuere conatus ut reuerteretur in Aegyptũ cõtra diuinã conſtituti
Nume.14 onem:plurimis eiſdemq; grauiſſimis plagis in deſerto eſt afflictus.
Hiere.35 Præterea filĳ Ionadab de domo Rechabitarum, quoniã paterno
obſecuti præcepto abſtinuerunt à potu uini:benedictionem à deo
conſecuti ſunt,atq; promiſſionem continuæ in ſua poſteritate ſuc
ceſſionis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſionis. E diuerſo prophetes ille miſſus ad increpandũ Hierobo 3.Regũ.13.
am regẽ Iſraël, quia eo in loco comedit & bibit, quod ſibi à dño fue 3.Regũ.19
rat uetitum: à leone in uia ſtrãgulatus eſt. Quid Heliſeũ itidẽ dñi
prophetam cõmemorem (qui pallio Heliæ humeris ſuis impoſito,
prompte uocãtem ſecutus: demũ & ipm̃ ſui magiſtri palliũ & du- 4.Regũ.2
plicẽ eiuſdẽ ſpiritum eſt cõſecutus. Neq; minorem obtinuere gra Mat.4.
tiã diſcipuli Chriſti, per ipſum figurati: qui uocanti dño obtempe-
rantes, incunctanter adhæſerunt. Cætera exempla (nã complura
ſuperſunt) alijs perquirenda relinquimus. ¶ Paupertas etiam, ſecũ III.
da uirtus, cui obſeruandæ ſe uoto obligant monaſticæ inſtitutiõis
alũni: ſuum ex euangelicis uerbis ſumit fundamentũ & põdus, ubi
Chriſtus dixiſſe legitur adoleſcenti. Si uis perfectus eſſe: uade & Mat.19
uende omnia quę habes & da pauperibus, & ſequere me. Reddit
enim illa inclyta uirtus expeditũ hominem & promptũ: ut ſine im
pedimẽto ſarcinaq; diuitiarũ greſſus mentis ratardãtium, Chriſtũ
libere ſequatur, pauperem pro nobis factũ: conteſtatumq; ſe non
habuiſſe, cũ hic uitã ageret, ubi caput reclinaret. Cuius pauperta- Mat.8
tem inſpectandã pariter & imitandã, nobis proponit beatus Pau-
lus: cum ita ſcribit ad Corinthios. Scitis gratiã dñi noſtri Ieſu Chri 2.Corin.8
ſti: quoniam propter uos egenus factus eſt cũ eſſet diues, ut illi⁹ in
opia uos diuites eſſetis. Rurſum commendat ultroneã illam pau-
pertatem quæ in bonorum terrenorũ abdicatione conſiſtit, Chri
ſtus: cũ ait. Omnis qui reliquerit domũ, uel fratres aut ſorores, aut Mat.19
patrẽ aut matrẽ, aut uxorem aut filios, aut agros, propter nomen
meum: centuplum accipiet, & uitam æternã poſſidebit. Eandemq;
uoluit arcte obſeruari dñs noſter à ſuis diſcipulis: cũ eos miſit ad p̃-
dicandũ euãgeliũ regni, dicẽs eis. Nolite poſſidere aurum neq; ar Mat.10
gentum, neq; pecuniã in zonis ueſtris: non peram in uia, neq; duas
tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam. Dign⁹ eſt enim mercenari
us cibo ſuo. Quod quidẽ dñi inſtitutũ uſqueadeo accurate ſunt ex
ecuti eius diſcipuli: ut de ipſis merito dixerit beatus Iacobus. Audi
te fratres dilectiſſimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo: Iacobi.2
diuites in fide & hæredes regni, quod repromiſit deus diligentib⁹
ſe: Aſtipulatur etiã p̃dictis ſcripturæ ſacræ teſtimonijs & beatus Auguſtinus.
Auguſtinus: dicẽs in libro de eccleſiaſticis dogmatibus, Bonum
eſt, facultates cum diſpenſatione pauperib⁹ erogare: ſed meli⁹ eſt

pro intentione ſequēdi dñm,eas in ſimul donare,& abſolutū ſolici
tudine cū Chriſto egere. Et merito hoc poſterius,ibidē melius eſſe
Mat.5 dicitur:quandoquidē à Chriſto beati eſſe pauperes ſpiritu prædi-
Lucæ.6 cantur,quoniā ipſorū eſt regnum cæloꝝ. Et apud Lucam ait dñs
ad diſcipulos ſuos. Beati pauperes: quoniam ueſtrū eſt regnū dei.
IIII. ¶ Cæterum quanta commendatione digna ſit hæc uirtus,& quā
ſublimem illū cōſtituat apud deū,qui eā fuerit ultronee amplexa-
Chryſoſtomus. tus:non inutile fuerit hoc loco ex Chryſoſtomo audire,qui in ho-
melia quadrageſima ſeptima ſuper Matthæū:ait. Si uolueris uide
re amātis aurū,animā:quēadmodū ueſtimentū à decē milibus cor
roſum uermibus,& nihil habens ſanū:ita inuenies perforatā eam
undiq; à ſolicitudinibus,& à peccatis putrefactā,& erugine plenā.
Sed nō anima inopis uoluntarij,talis eſt:ſed fulget quidē uelut au-
rum,ſplēdet aūt uelut margarita,floreſcit autē uelut roſa. Non eſt
illic tinea,non eſt illic fur:non eſt illic ſolicitudo uitę huius negocio
rum,ſed ſicut angelus ita cōuerſatur. Nō ſubiacet dæmonibus,nō
aſſiſtit regi:ſed aſſiſtit deo,& nō militat cū hominibus:ſed cū ange-
lis. Nō habet theſaurū terrā:ſed cælū.non indiget ſeruis:magis aūt
habet ſeruos poſſeſſiones,& cogitationes quæ rebus dñant. Quid
igitur paupere hoc melius eſt unq̄? Pauimentū deniq; habet cælū.
Si autē pauimentū tale eſt:excogita tectū.Sed nō habet equos &
1.Theſſa.4. currum. Quid autem ei opus eſt:qui ſuper nube uehi debet & eſſe
cum Chriſto? Hæc Chryſoſtomus. ¶ At ſi quis fortaſſe dixerit,ſe
paupertatē quidē capeſſere libenter uelle:niſi obſtaret timor futu
ræ omniū rerū penuriæ,deſuturiq; demū uictus & amictus ob ex
tremam inopiā. Hūc uanū timorē trepidāq; formidinē diſijcit Au
Auguſtinus. 3.Regū.17 guſtin⁹ in opuſculo de eleemoſyna dicēs. Helias in ſolitudine cor
Danie.14 uis miniſtrantibus paſcitur:& Danieli in lacu ad leonū prædā iuſ-
ſu regis incluſo, prādiū diuinitus apportatur. Et tu metuis:ne ope
ranti & etiā apud dñm promerenti deſit alimentū,cum ipſe in euā
Mat.6 gelio ad exprobrationē eoꝝ quoꝝ mens dubia & fides parua:con
teſtetur & dicat. Aſpicite uolatilia cæli,quoniā nō ſerunt neq; me
tūt,neq; cōgregāt in horrea:& pater ueſter celeſtis paſcit illa. Nō-
ne uos pluris eſtis illis? Volucres deus paſcit:& uolucribus alimē-
ta diurna pſtātur.& quibus nullus diuinæ rei ſenſus eſt:eis nec ci-
bus nec potus deeſt.& tu Chriſtiano,tu dei ſeruo,tu bonis opibus
dedito.

dedito,tu dn̄o ſuo charo:aliquid exiſtimas defuturū? An eis terre
na deerunt:quibus cæleſtia & diuina tribuunt? Vnde hæc incre=
dula cogitatio:unde impia & ſacrilega iſta meditatio? Quid facit in
domo dei:pfidū pectus? Quid qui Chriſto omnino nō credit: ap=
pellat & dicitur Chriſtianus? Hæc Auguſtinus. Sed nūc ad alia
tranſeundū. ¶ Demū caſtitas,tertia uirtus, ad quā obſeruandā ſe V.
uoto aſtringūt religionis monaſticæ cultores:haud minus atq; re=
liquæ duæ,ex ſacra ſcriptura accipit authoramentū & robur,ut po
te ex illis dn̄i noſtri uerbis in euāgelio,de tertio eunuchoꝝ gene-
re. Sunt eunuchi:qui ſe caſtrant propter regnū dei, cultro ſcilicet Mat.19
ſpirituali repreſſionis libidinū. Et ne quis arbitretur illud omnibus
eſſe præceptū,ſed ultronee uolētibus id arduū uirtutis iter aggre=
di, conſilium:continuo ſubiungit. Qui poteſt capere:capiat. Quod
& beatus Paulus aperte teſtatur:ita ſcribēs ad Corinthios. De uir 1.Corin.7
ginibus,præceptū dn̄i non habeo:conſiliū autem do,tanq̄ miſeri- Apoca.14
cordiam conſecutus. Præterea in ſacra Ioannis deo dilecti diſcipu
li uiſione,qui cum mulieribus non ſunt coinquinati ſed uirgines p
māſerunt:dicuntur in præmium tātæ uirtutis,ſine macula eſſe an
te thronū dei, nouumq; cantare canticum coram deo & agno, &
agnum ſequi quocūq; ierit. Apud Eſaiam quoq; dominus eunu= Eſaiæ.56
chis ſpontaneis & uoluptatum carnis refrenatoribus, ampliſſimā
repromittit mercedē:dicēs. Et nō dicat eunuchus: ecce ego lignū
aridum. quia hæc dicit dominus eunuchis. Qui cuſtodierint ſab-
bata mea,& elegerint q̄ ego uolui,& tenuerint fœdꝰ meū:dabo eis
in domo mea & in muris meis locū,& nomē melius à filijs & filia-
bus,nomē ſempiternū dabo eis quod nō peribit. Commendāt in=
ſuper eandem uirtutē ſacri doctores,ut angelicæ uitæ æmulā:red
dentemq; homines angelis dei propemodū puritate cordis & cor
poris pſimiles. Vt ſacer Hieronymus:in ſermone de aſſumptione Hieronymus
beatæ Mariæ uirginis. Bene angelus ad uirginē mittitur:quia ſem
per eſt angelis cognata uirginitas. Profecto in carne p̄ter carnē ui
uere:nō terrena uita eſt,ſed cæleſtis. Vnde in carne angelicā glori
am acq̄rere:maioris eſt meriti,q̄ habere. Eſſe eīn angelū: felicitatis
eſt. eē uero uirginē:uirtutis.dum hoc obtinere nititur cū grā:quod
habet angelus ex natura. Vtrūq; tamē,& eſſe uirginē, & eē ange
lū:diuini muneris eſt officiū,non humani. Hæc ille. Cui reſpōdet

 & beatus

& beatus Ambroſius: in libro de uiduis dicens. Supergreditur uir
Ambroſius ginitas cõditionẽ humanæ naturæ: per quã hoĩes angelis aſſimilã
tur. Maior tamẽ eſt uictoria uirginũ: ꝗ angeloꝝ. Angeli em̃ ſine
VI. carne uiuũt: uirgines uero, in carne triumphant. ¶ Conſonat eidẽ
Bernardus & beatus Bernardus in ep̃la ad Henricũ archiepiſcopũ Senonen-
ſem: (quæ inter cæteras eſt quadrageſima ſecunda: & admodũ lu
culenta) cũ ait. Differũt quidẽ inter ſe, homo pudicus & angelus:
ſed felicitate, nõ uirtute. Sed etſi illius caſtitas felicior: huius tamẽ
fortior eſſe cognoſcit᷑. Rurſum idẽ in eodẽ loco. Quid caſtitate de
corius? quæ mundũ de immũdo conceptũ ſemine: de hoſte dome
ſticũ, hominẽ deniq; angelum facit. Iterũ idem ſubnectit ibidem.
Sola eſt caſtitas: quæ in huius mortalitatis & loco & tẽpore, ſtatũ
quendã immortalis gratiæ rep̄ſentat, in qua nec nubent nec nubẽ
tur. Hæc ibi. Sanctus quoq; Cyprianus in libello de ſingularitate
clericorũ, miris caſtitatẽ extollit præconijs, eo præſertim loco in ꝗ
poſt enumerata grauiſſima & plurima incõmoda, quæ ex cõtuber
Cyprianus nio clericoꝝ cũ fœminis oboriunt᷑: ſubiungit. Tot itaq; & tantas
ſtrages calamitatis, et ſtrages peſſimæ cõuerſatiõis nemo ꝓſternit,
nemo calcat, nemo funeſtat: niſi ſingularis caſtitas ſola, quæ muni
men inuictũ eſt ſanctimoniæ & expugnatio fortis infamiæ: fortitu
dinis firmitas, & laſciuiæ petulantis infirmitas, probitatis præſidiũ,
& improbitatis excidiũ, animę uictoria, & corporis præda, ubertas
gloriarũ & captiuitas criminũ, pronuba ſanctitatis, & repudiũ tur
pitudinis. ſyncæritatis indiciũ, & abolitio ſcandalorũ. exercitiũ cõ
tinentiæ, & euacuatio tota luxurię. pax ſecura uirtutũ, & debella
tio inquieta uitiorũ, puritatis culmen & libidinis carcer. honeſtatis
portus & ignominiæ naufragalis locus. uirginitatis mater & hoſtis
immunditiæ. lorica pudoris & ſpoliũ probroſitatis. corruptionis ex
itiũ, murus rigoris & deſtructio uulgaritatis. ſeueritatis gladius tri
umphator, et diſſolutionis occiſor. armatura uiriũ et exarmatura
fluxaꝝ. Hæc ille, et multo plura, continuo contextu ſubſequẽtia
in ampliſſimã caſtitatis pariter et uirginitatis cõmendationẽ. Inſu
per idem celeberrimus author (Cyprianũ dico) in ſuo tractatu de
habitu uirginũ: cœtũ uirginalẽ et uirorũ et mulierũ magnificis ꝓ
ſequitur laudibus, nitidumq; uirginitatis candorẽ eximijs adornat
titulis. Qui totus admodum ſalutarem continet doctrinã: et lectu

dignißimus

dignisſimus eſt. ¶ Demũ omitto de induſtria, cætera uirginitatis præconia, et præclara ſane et inſignia: quæ à beato Hieronymo contra Iouinianũ, ab Auguſtino in libro de bono uirginali, ab Am broſio in libro de uirginibus, et in alijs ſuis operibus: necnon et cæ teris celeberrimis authoribus copioſe et luculenter ediſſeruntur.

¶ Alias inſuper cœnobiticas cõſtitutiões: et ſacrisliteris eſſe conſentaneas, et aiarũ ſaluti apprime cõducibiles. Ca. IX

NEc ſolum tres prædictæ uirtutes, circa quas præci pue conſiſtunt uota monaſtica, ex diuinarũ literaꝝ fontibus hauriuntur: ſed et cætera uitæ monachalis inſtituta deprehendunt magna concinnitate, ſacro rum eloquiorũ authoritati cõſonare, et ad expedite ambulandũ in uia domini, admodũ conducere. ¶ Siquidem ſecre- I.
tio illa & ſequeſtratio à cõmuni hominũ turba quã cœnobitæ in ſuis habent domicilijs, habitaculis & conuerſatione; magnã eis adi mit materiam uitiorũ, occaſionesqꝫ præcidit malorũ, quibus cum graui plærũqꝫ periculo ſalutis obijciuntur, qui diuerſant in ſeculo.
Quippe cum defecerint ligna: extinguitur ignis, ut ait Sapiens in Prouer. 26
prouerbijs, & cum ſublata fuerint fomenta peccatorum, quæ in ru inam præcipitare multos ſolent: haud magno negocio et ipſa ſucci duntur, deuitanturqꝫ peccata. Planum eſt autẽ, non tot & tantas offerri atqꝫ ingeri malorũ occaſiones ijs qui monaſteriorũ occlu- duntur ſeptis, & in ſolitudine quodã modo demorantur: ſicut alijs qui in media hominũ turba uitam agũt. Haud ſane diſſimili mo- do, atqꝫ non tantis agitatur fluctibus nauis, in longo receſſu tutaqꝫ portus ſtatione quieſcens: uti ea quæ medio in pelago procelloſis pulſatur aquarũ uorticibus, uarijsqꝫ iactatur tẽpeſtatibus. Enim- uero qui in ſecreto monaſterij ſilentio, regularis diſciplinæ obſer- uatricẽ degunt uitam: propemodũ in portu quodam myſtico na- uigant, atqꝫ in quieta tranquillaqꝫ conſtituti ſtatione, quaſi ſubdu- ctis in terrã nauibus, tuti deliteſcunt, neqꝫ tantis agunt malorum procellis: ut cæteri homines. Qui aũt uerſant in ſeculo, eiusqꝫ im- plicãtur negocijs: tanq̃ in tẽpeſtuoſo fluctuant mari, & undiqꝫ tur bido uitiorũ æſtu quatiunt, ſæuos etiã uentoꝝ ſuſtinent turbines, & quaſi naufragiũ facturi ſæpenumero periclitant: ut rara ſit eis à turbulẽto ſeculi tumultu quies. ¶ Quod ut probatiſſimi autho II

ris teſtimonio euadat credibilius: audiendus eſt in pſentia Chryſo-
ſtomus, qui in tertio libro ſui o pis aduerſus uituperatores uitę mo
naſticæ: de illis cœnobiticæ inſtitutionis calũniatoribus loquẽs, ait.
Chryſoſtom⁹ Nec ſane peccabit: qui iſtos, naturæ totius inimicos appellauerit, q
in aliorũ perniciẽ coniurant: & doctrinis ſceleratis ac impuris mori
bus, eos qui ſecũ hoc in uitæ ſalo nauigãt, demergunt. Atqui nihil
horũ: penitus in monaſterijs inuenies. Verũ quanq̃ procella tanta
tantiq; fluctus deſæuiũt: ſoli & in tranquillo portu & ſecuritate
ſumma reſidentes, ueluti ex cælo ipſo, cæterorũ naufragia proſpe-
ctant. Nanq; cõuerſationẽ plane cæleſtem elegerũt: nihilq; dete
rius angelis affecti ſunt. Hæc ille, & reliqua cõtinuo conſequẽtia:
quibus oñdit cõuerſationẽ religioſorũ in monaſterio, angelicorũ
ſpũum feliciſſimę cõditiõi, quantũ ad charitatis & cõcordiæ ſtudiũ
eſſe perſimilẽ, quæ oĩa: ſane ſunt lectu digniſſima. Deinde nõnul
lis interiectis, in eodẽ libro differẽs de periculis uitæ & morũ: quæ
Idem parentes filijs temere haud immerito debent, ſubiũgit. Nam ſi me
tuendũ fuiſſet: nõ utiq; eſſet illis metuendũ, qui fluctus & procel-
las fugerent, atq; omni ſtudio ad portũ feſtinarẽt: ſed eis, qui hye
me ingẽti & turbine inuoluti iactarent. In uita eñi ſeculari: & plu-
ra ſunt & paratiora naufragia. ꝙ et plura ſint quæ perturbent, et q
eã uitã degũt: negligẽtiores atq; ideo inualidiores ſunt, q̃ ut aduer-
ſus ea ſtare poſſint. In monachoꝝ aũt uita, profecto et fluctus tãti
nõ ſunt: ſed cõtra penitus ſerenitas ſumma et tranquillitas. et ſtu-
diũ lõge excellentius aduerſus eam fluctuum rabiem pugnaturo-
rũ. Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus eſt perſpicuũ, tranquilliorem
à procellis ſeculi quietiorẽq; uitã agi in ſolitudine monaſtica, ſecre
toq; à turba populari loco: q̃ in medio plebis et uulgi ſtrepitu. Vn
de et beatus Ioannes Baptiſta, aduentus dominici præco: à teneris
Lucæ 1. annis in deſerto uitã tranſegit. Et Chriſtus dominus noſter diſci-
pulos ſuos ſimul et turbã copioſam crebro in deſertũ traduxit lo-
Marci 8. cum, et ſeuocauit ab urbibus et pagis in ſolitudinẽ: cum eis diſcipli-
Ioann. 6. næ cęleſtis documenta eſſet traditurus. ad inſinuandũ, ipſam ſegre
gationẽ à ſtrepitu populari publicoq; tumultu, maiorẽ in modum
conferre: ad uitã recte cõponendã, ad pręſtandũ etiã deo pleniorẽ
famulatũ, et deniq; ad capeſſendã liberius ſalutarẽ Chr̃i doctrinã.
II. ¶ Inſuper ipſa monaſterij clauſura, qua coërcẽtur monaſticæ reli

gioni

gioni addicti, ne paſſim diuagent̃ promiſcueq́; cõmiſceant̃ turbæ
ſeculari in quotidiana congreſſione: quot (putas) amputat & præ-
cidit malorũ fomites atq; alimenta? à quot etiã & quantis malis a-
uertit eos: qui huiuſmodi clauſtris, cũ corpore tũ animo, libenter
ſponteq́; continentur? Haud aliter plane, q̃ oues ſeptis ſtabuli cõ
cluſæ, à morſibus luporũ tutæ ſunt. quorũ paterent faucibus: ſi re-
licto ouili, remoto peſſulo, & oſtio recluſo, errarent palãtes in me
dijs ſyluis. Nimirum urbs patens & abſq; murorum ambitu: facile
hoſtili occupatur manu, direptioniq́; exponitur. Ita & domus mo
naſtica nullis obſepta clauſtris, quibus eius incolę cõſtringant̃ arcti
us, & à ſeculari turba ſequeſtrent̃: haud magno impendio decidit
à regularis obſeruãtiæ integritate, & in grauẽ præcipitatur ruinã,
morumq́; corruptelam. Quinimmo et monachalẽ: profeſſi uitam,
ex quotidiana cũ laicis uiriſq; ſecularibus cõſuetudine familiarita-
teq́; eorũ mores induerẽt, aſſumerentq́; ſibi cõditiões uitæ om̃ino
ſecularis, nihil in ſe religiõis habentes reliquũ: niſi ueſtẽ, cultumq́;
exteriorẽ. Quemadmodũ de Hebræis inter Chananæos in terra
Paleſtina diuerſatis, abominationeſq́; & impietates illorũ cõſecta
tis in ſacrilego idolorũ cultu & ſuperſtitionibus: dicit propheta in
pſalmo. Commixti ſunt inter gentes: & didicerunt opera eorum. Pſalm̃. 105
¶ Sed & ipſum ſilentiũ certis tenendũ horis & locis: nõne multoꝝ III.
maloꝝ ſyluam materiamq́; ſubmouet? cũ dominus noſter in euan
gelio conteſtetur, ꝙ de omni uerbo ocioſo quod locuti fuerint ho- Matth. 12
mines: reddent rationẽ in die iudicij. admoneatq́; beatus Iacobus
oẽm hominẽ uelocẽ eſſe debere ad audiendũ: & tardũ ad loquen Iacobi. 1
dũ. Et ſi quis in uerbo nõ offendit: hunc perfectũ eſſe uirũ, idem Ecci. 14
affirmet. A Sapiente quoq; perhibeatur eẽ beatus uir: qui nõ eſt
lapſus uerbo ex ore ſuo. Certe hãc ſilentij diſciplinã ſe accurate ob
ſeruaturũ propoſuit propheta: dicẽs in pſalmo. Dixi, cuſtodiã uias Pſal. 38
meas: ut nõ delinquã in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiã: cum
cõſiſteret peccator aduerſum me. Idem quoq; à dño poſtulauit ſi-
bi gratiã diſcreti ſilentij impartiri: hanc alio in loco orationẽ illi pro
fundẽs. Pone dñe cuſtodiã ori meo: & oſtiũ circũſtãtiæ labijs me Pſal. 140
is. Innumeris itaq; malis per linguæ loquacitatẽ oboriri ſolitis: mo
naſteriale ſilentiũ uiã obſepit, aditum denegat, & iter intercludit.
¶ Nocturnæ præterea uigiliæ religioſorũ ad matutinũ officium IIII. Pſal. 118

quotidie

quotidie decantandũ:approbãtur eo dicto prophetico. Media no
cte ſurgebã ad cõfitendũ tibi:ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ, cõforman
turq́ꝫ laudatiſſimis illis excubijs:quas egerũt in hora natiuitatis dñi
Lucæ.2 cæ paſtores Hebræi, cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ:
cũ annũciatus eſt illis angelico præconio, exortus noſtri ſaluato-
ris in mundũ. Referunt etiã uigiliæ illæ monaſticę, indefeſſam illã
Lucæ.6 Chriſti in orando uigilantiã:qua (ut ſcribit Lucas) erat pernoctãs
V. in oratione dei. ¶ Inſuper dura lectiſternia, ueſtiumq́ꝫ aſperitas &
uilitas, quã ſuſtinẽt mõachicã uitã ꝓfeſſi:arma ſunt ſpũalia, loricę
& thoraces ad debellandũ carnẽ, ne ebulliat in uoluptates incon-
ceſſas. His etiam tanquã exteris, corporiq́ꝫ circumpoſitis armoꝝ
munimentis:edomatur caro, & in ſeruitutẽ ſpiritus redigitur, ne in
ſoleſcat:ne'ue petulantia ſua more ferocientis equi iugũ caſtitatis
abijciat, & proruat in libidinem. Nẽpe ut teſtatur ſanctus Augu-
Auguſtinus. ſtinus, inter omnia certamina Chriſtianoꝝ, duriora ſunt prælia ca
ſtitatis. nam ibi continua eſt pugna:& rara uictoria. Cui accedit et
Hieronymus beatus Hieronymꝰ:ita ad Furiã ſcribens. Grandis uirtutis eſt &
ſolicitæ diligentiæ:ſuperare id quod quis natus eſt, in carne nõ car
naliter uiuere, ſecum pugnare quotidie: & incluſum hoſtẽ, Argi
(ut ferũt fabulæ) cẽtũ oculis obſeruare. Hęc ille. Quãto aũt uiolẽ
tior eſt & fortior, hoſtis ille iternꝰ:tãto pluribꝰ opus ẽ armaturis ad
eũ proſternẽdũ. Cõueniẽtia uero & huic utilia negocio, ſunt ea q̃
modo nominauimus:q̃ꝫ extrinſecus applicata corpori: refrenãt eiꝰ
VI. in ſpũm rebellionẽ. ¶ Nec tamen ſufficiunt illa, ſed interioribꝰ in-
ſuper armis eſt opus, ieiunio, parſimonia ciborum, uictusq́ꝫ tenui-
tate quibꝰ incẽdia carnis reſtinguãtur, ſublatisq́ꝫ fomẽtis refrigerẽ
Idem. tur. Ut enĩ ſcribit beatus Hieronymus ad Saluinã: noſtrũ eſt, uo-
luptatis ardorẽ maiore Chriſti amore reſtinguere, & laſciuiens iu-
mentũ frenis inediæ ſubiugare. ut nõ libidinẽ ſed cibos quærat ac
deſideret: & ſeſſorẽ ſpiritũ ſanctũ moderato & cõpoſito portet in-
ceſſu, multoq́ꝫ melius eſt ſtomachũ dolere q̃ mentẽ:imperare cor
pori q̃ ſeruire:greſſu uacillare q̃ pudicitia. Hæc ille. Recte igiť ad
cuſtodiẽdã caſtitatis uoto promiſſę integritatẽ: inſtituta ſunt in re
gulis uitę monachalis ieiunia, certis exercẽda tꝑibus & determina
to ciboꝝ genere, frenãdis corpoꝝ uoluptatibꝰ multũ accõmoda.
Ut his tanq̃ armis ſpũalibus ſuccincti lumbos, milites Chriſti ua-
lentius

lentius inteſtinū ſuū hoſtē & urbis ſuæ mœnibus incluſum oppu-
gnēt, & tandē adiutrice dei uirtute expugnēt. ¶ Neqꝫ huiuſmodi VII.
armorū genera iā dicta: carēt diuinæ ſcripturæ approbatiōe & cor
roboratione. Cōmendať enim beatus Ioannes baptiſta à Chriſto Mat. 11
apud turbas: ꝙ mollibus nō eſſet ueſtitus, more eoꝝ qui in domi-
bus regū ſunt. Et ſancti euāgeliſtę in eiuſdē ſcribūt p̄coniū: ꝙ ha- Mat. 3
bebat ueſtimētū de pilis cameloꝝ, ꝙ locuſtas & mel ſylueſtre co-
medebat, quodqꝫ uinū & ſicerā nō biberit. Pręterea, ſacra libri Re Lucæ. 1
gū narrat hoſtoria: ꝙ cū Achab rex Iſraël impius in deū & crude
lis in Naboth innoxiū, audiſſet ſermōes Heliæ cōminatorios diuinę 3. Regū. 21
ultiōis, ꝓpter cædē Naboth & uiolētā uineę illiꝰ iniuſtāqꝫ poſſeſſio
nē: ſcidit ueſtimēta ſua & operuit cilicio carnē ſuam, ieiunauitqꝫ &
dormiuit in ſacco, uñ promeruit ipſe dilationē iræ dei: in tēpus fu-
tuꝝ. quēadmodū declarant uerba dñi ad Heliā prophetam: paulo
poſt eodē in loco ſubiuncta. Nōne (inquit) uidiſti Achab: hūiliatū
coram me? Quia igiť humiliatus eſt mei cauſa: nō inducā malū in
diebus eius. Et de rege Niniue ſcriptū eſt in Iona ꝓpheta. ꝙ poſtq̃ Ionæ. 3
ad aures eius ꝑuenit p̄dicatio Ionæ, de futura ſuæ urbis euerſione:
abiecit ueſtimētū ſuū à ſe, & indutꝰ eſt ſacco & ſedit in cinere. utqꝫ
alij idē facerēt: publico edicto p̄cepit. Quod magno eſt argumēto:
aſperitatē ueſtiū, ad agendā pœnitētiam admodū cōferre, deoqꝫ
gratā eſſe. quoniā ꝑ illā, indictūqꝫ cōmune ieiuniū: rex ipſe & po-
pulus euis auerterūt à ſe impendentē dei irā. Ad hæc, cū Chriſtꝰ
in euāgelio dicit: ꝙ ſi in Tyro & Sidonæ & Sodomis factæ eſſent Mat. 11
uirtutes, q̄ in ciuitatibus Galilęæ, quibus exprobrat ingratitudinē
& duritiā cordis, per ipſum factę fuerāt: olim in cinere & cilicio e-
giſſent pœnitentiā, his uerbis plane inſinuat: auſteritatē uitæ & a-
ſperitatē ueſtium, agendæ pœnitētiæ accomodam eſſe, deoqꝫ ual
de acceptā. Quod & beatus Hieronymus confirmat: ita ſcribens Hieronymus
ad Ruſticū monachum. Sordes ueſtiū: candidæ mētis indicia ſunt.
Vilis tunica: contemptū ſeculi probat. ita duntaxat ne animus tu-
meat: ne habitus ſermoqꝫ diſſentiant. Rurſum, cōmendatur & ſpe
ctabilis illa uidua, Anna filia Phanuel: cū iuſto Simeone etiam te
ſtis, nati & in tēplo oblati ſaluatoris mundi, ꝙ non diſcedebat de tē Lucæ. 2
plo: ieiunijs & obſecratiōibus ſeruiens nocte ac die. Apoſtoli quo- Actuū. 13
qꝫ cū ablatus ab eis fuit ſponſus: ieiunarūt, ut futurū eis Chriſtus p̄- Mat. 9

Q dixerat.

2.Corin.6 dixerat. Admonet etiã nos diuinus apoſtolus: ut exhibeamus nos
2.Corin.11 dei miniſtros in ieiunijs multis. & quod alios admonuit: ipſe prior
impleuit. Quæ omnia, iam ex ſanctæ ſcripturæ prõptuario prola-
ta: manifeſte conuincunt commendãdam eſſe in religioſis uilitatẽ
ueſtium & aſperitatem, necnõ ieiuniorum crebram obſeruationẽ,
VIII. ¶ Porrò de cæteris uitæ cœnobiticæ inſtitutis & ſanctionibus, cõ-
ſimili ratione promptum fuerit oſtendere: ea omnia, ex ſacrarum
literarum uerbis pariter & exemplis eſſe deſumpta: & ad deo ſer-
uiendum plenius in libertate ſpiritus, mirifice conducentia. Eſſent
& hoc in loco afferenda ſanctorum patrum teſtimonia, q̃ faciũt ad
monaſticæ inſtitutionis cõmẽdationẽ & approbationẽ: niſi id mi-
nime neceſſariũ, & pene ſuperuacuũ exiſtimaretur. Enimuero be
atorũ Hieronymi, Auguſtini, Ambroſii, Gregorij, Chryſoſtomi,
Bernardi, & cæterorum ſanctorum patrũ uolumina: ſententiarũ,
id monaſticæ uitæ genus approbantiũ, & ingentibus efferentium
p̃conijs, ſunt refertiſſima. ut in lectione librorũ, à clariſſimis illis ec
cleſiæ catholicæ patribus elucubratorũ, uerſanti: protinꝰ obuia oc-
currãt & plurima & ampliſſima huius rei teſtimonia. Quocirca ab
his in præſentia adducendis ſuperſedentes: ad retũdenda Luthe-
ri tela, quæ cõtra profeſſionem religionis monaſticæ iaculatur: nos
deinceps accingemus.

¶ Inſtitutiõem monaſticã: nõ eſſe doctrinæ Chriſti cõ-
trariã, nec omnia quæ in ſacro cõtinẽtur euãgelio: dei
præcepta dici debere. Cap. X.

S V perior quidẽ ſermo noſter hactenus demõſtra-
uit: arcem monaſticæ religionis innixam eſſe ſolido
fundamẽto, extructãq; ſupra firmã petrã Chriſtũ,
necnon munitionibus fortiſſimis ſacrarum litera-
rum: & illuſtrium uirorum authoritate exemplisq;
undiquaq; circũſeptam. Nunc reliquum eſt: crebra iacula, quæ à
Canti.4 Luthero ex uallo prędicti libri, de uotis monaſticis inſcripti, cõtra
turrim iſtam fortiſſimam (ex qua, mille pendent clypei: omnis ar-
matura fortium) erecto uibrantur: retundere, quãq; ſint imbellia
I. » ac hebetato mucrone, pateſacere. ¶ Itaq; prima eius obiectio eſt.
Mat.17. » Chriſtus ſolus eſt uia quam tenere debemus: de quo, nobis dictum
» eſt à patre. Ipſum audite. Idcirco quicquid ultra, citra & præter

Chriſtum ſiue proprie præſumitur, ſiue à ſanctorum exempliset »
inſtitutis petitur: hoc uelut humanum, diuina authoritate prohibi »
tum ac damnatum eſt. Vota igitur omnia monaſtica, regulæ & or »
dines, tanquã ſtatuta humana omnino uetita ſunt: & merito cun- »
ctis improbãda. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Verum id ſane eſt, »
Chriſtum ſolũ eſſe uiam primariã & præcipuã: per quã nobis eſt
ꝓgrediundũ in patriã claritatis æternæ. quippe qui de ſeipſo dicit.
Ego ſum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrẽ: niſi per me. Et Ioan. 14
qui uitæ monaſticæ genus inſtituerũt: non aliam ſibi quæſierunt
uiam ꝙ Chriſtũ: qua peruenirent ad regnum cælorꝫ. Verũ ijdem
directore deo cõpendiarias ſibi parauerũt ſemitas, multifidosq; cal
les: non qui à Chriſto abducerẽt uiatores, ſed qui cõmodius & ex
peditius ad ipſum adducerent, & ad principalem illam uiam recte
tenendam ferrent ſuppetias: præſidiumq; darent. Et omnium illo
rum ſcopus ad quem tendebant, fuit Chriſtus: quẽ & audierunt,
& alijs audiendum eſſe, & uerbo et exemplo docuerunt. Quod ſi
intelligat Lutherus, quicquid ultra, citra & præter Chriſtum ab
hominibus conſtituitur, id eſt contra ea quæ Chriſtus præcepit &
docuit, id eſſe damnandum & reijciendum: id perꝗ libenter recipi
mus. Quoniam quæ doctrinæ Chriſti aduerſa ſunt: nõ modo fal-
ſa, ſed & impia & ſacrilega debent haberi. Atqui ordines monaſti
ci & regulæ eorum, nõ hoc pacto ſunt præter Chriſtum et contra
eius doctrinam: quinimmo illi maxime quadrãt ac cõſentiũt. quẽ-
admodum in capitibus præcedentibus hui⁹ libri, præſertim duo-
bus proximis: affatim eſt demonſtratũ. Sin uero intelligat Luthe-
rus, quicquid præter Chriſtũ, id eſt ultra ea quę in euangelio ſunt
aperte à Chriſto præcepta, conſtituitur ab hominibus, hoc diuina
authoritate prohibitũ eſſe & penitus reijciendum: id omnino ab-
nuimus, quoniã à ueritate prorſus eſt alienũ. Cõplura nanq; ſunt
ex ſanctiõe orthodoxorꝫ patrũ & ſuggerẽte ſpiritu ſctõ cõſtituta
in republica eccleſiaſtica: q nequaꝗ in euãgelio ſunt manifeſte cõ-
ſcripta. quẽadmodũ in primo opis hui⁹ libro multifariã eſt mõſtra Cap. 3 & 4
tũ. De illorũ autẽ numero, eſt uitæ monaſticæ genus: nõ quidẽ cõ-
textu euãgelici codicis palàm præceptum, nec humeris hominum Ex 25. cap.
impoſitũ: ſed ex ſacris euãgeliorũ fontib⁹ deductũ. Nõ eñ omnia primi libri.
in quibus deo gratum præſtatur obſequiũ, ſunt plane exarata in

 euangelio.

euangeliorũ uolumine: ſed permulta eorũ, inſpiratione diuini nu
minis ſuggeſta ſunt piorũ mẽtibus, aut ex ſanctorꝝ patrũ (qui mira
uitæ ſanctimonia quondã floruerũt) exẽplis petita, atq; ad imita-
III. tionẽ aſſumpta. ¶ Porro ſi quis pergat ea o ĩa improbare, q̃ facta
ſunt aut fieri poſſunt ultra ea q̃ expreſſe cõtinet euãgeliũ: dãnãdi
profecto eſſent eximij patres anachoritæ, ſolitudinis incolæ, mon-
tiumq; & ſpeluncarꝝ deſertis urbibus habitatores, de quibus ſupra
in quinto libri huius capite, factus eſt ſermo. Damnandi inquã eſ-
ſent: q̃d illud uitæ inſtitutũ ſunt amplexi, q̃d nequaq̃ in euãgelio p̃
ceptũ eẽ legit̃. Neq; enĩ in toto euãgelij ambitu id ſcriptũ offen-
des: à deo præceptũ eſſe, quod relinquatur hoĩm frequentia et cõ
uictus, atq; in uaſta eremo uita tranſigat̃: in nuditate, auſteritate ui
ctus & amictus, atq; ſolitudine Si igit̃ probatur anachoritica pri-
ſcorꝝ patrũ uita, q̃uis eius inſtitutio nõ ſit in euãgelio clare digeſta
q; haud dubie à ſpiritu domini fuit occulte inſpirata pijs hominũ
cordib⁹, & potiſſimũ exemplo beati Ioannis Baptiſtæ ad alios tra
ducta: cur eodem iure non probabitur uita monaſtica, quæ ex ere
miticæ profeſſionis radice eſt exorta, & ad eius exemplũ efforma
ta? ¶ Poteſt & ad primã hanc cauillationẽ Lutheranã ſuccincti-
or & aptior aſſignari dilutio: quod uota monaſtica, regulæ & ordi
nes, non ſunt ultra, citra & præter Chriſtum: quoniã ipſe in euan
gelio religiones om̃es inſtituit, & eminẽter in ſeipſo ſeruauit unà
cũ ſuis diſcipulis, quẽadmodũ in quinto huius libri capite diffuſe ẽ
monſtratũ. Non ſunt ergo inſtituta prima monachorũ habenda
tanq̃ humana ſtatuta, ut contendit aduerſarius: ſed tanq̃ à deo
primo authore profecta, & in euãgelico contextu expreſſe repoſi
IIII. » ta. ¶ Secũda obiectio. Monaſticæ uitæ approbatores dicũt, in euã
Math. 5 » gelio cõtenta diuidi in cõſilia (qualia ponunt̃ Matthæi quinto ca.
» de non reſiſtendo malis: ſed percutienti unã maxillã, eſſe præben-
» dã alterã, & cætera id genus) & præcepta, explicata decimonono
» Matthæi ca. Monaſtici aũt, cõſilia ſequunt̃, ut dicũt: & uulgus, p̃
» cepta. Sed hic peſtilẽs eſt error (ait Lutherus) & pernicioſus. Nã
» om̃ia quæ in euãgelio cõtinent̃: uniuerſaliter ſunt p̃cepta, et nulla
» cõſilia. Immo quæ ab alijs cõſilia dicunt̃: ſunt uere p̃cepta. q̃a à do
» mino ita uocant̃, ſcilicet mandata: & docent̃ ab eo. facientibus itẽ
» ea promittit̃ præmiũ: et pœna cõminat̃ tranſgrediẽtibus, et in euã
gelio

gelio continent: ad cuius obſeruationē tenent om̄es. Fundamen- »
tū igit uotoꝶ monaſticoꝶ (ait) eſt impietas, blaſphemia et ſacrile »
giū: tollendaq́; ſunt om̄ino uota monaſtica de ſub cælo, et om̄ibus »
qui ea uouerūt: redeundū eſt ad coēm uitā Chriſtianoꝶ à Chriſto »
inſtitutā. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Quod primo hic loco pro » V.
ponitur, eſt admittendū: quoniam uero eſt cōſentaneū. Quod au-
tē deinde aſſumit & ſecūdo cōſtituitur ordine, omnia ſcilicet quæ
in euāgelio continētur, eſſe præcepta, & nulla cōſilia: omnino refu
tandū eſt ac repudiandū, quoniā falſa eſt ea aſſertio, peſtifera & im
pia. Si enim prꝫcepta ſunt oīa quæ cōtinēt euangeliū: tunc cæliba-
tus etiā de numero eſt p̃ceptoꝶ, cū de eo dictū ſit. Qui poteſt ca- Matth. 19
pere: capiat. Cur ergo annitit in toto ſuo (quod improbamus) ope
re Lutherus damnare cōtinentiā monaſticā: ſuadereq́;, ꝙ ea (quā-
uis uoto pomiſſa ſit deo: etiā ſolenni profeſſione) reiecta, tranſeun
dū ſit religioſis ad nuptias? Cur etiā grauiter nō delinquerēt & di
uino cōtrairēt p̃cepto, uitæ ſecularis uiri: qui uxores ducūt, connu-
bioq́; ſibi iungūt, ad procreādā ex eis in legitimo thoro ſobolem?
nā cælibatū & cōtinentiā (quæ ſecundū Lutherū in euāgelio p̃ci
pit: nō cōſulit) tales nō obſeruāt. ¶ Præterea, legit in euāgelio dn̄s VI.
dixiſſe adoleſcenti diuiti. Si uis perfectus eſſe: uade & uēde om̄ia Matth. 19
quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Quod quidē uerbū
ſi p̃ceptū eſſet, quicūq; domos haberēt in ſeculo & poſſeſſiones, di
uitijsq́; abūdarent: illius eſſent p̃cepti tranſgreſſores, grauiterq́; de
um offenderēt. Sed quis adeo delirus fuerit & excors: ut illud af-
firmet? ¶ Inſuper in euāgelio dictū eſt à dn̄o: ꝙ nō ſit om̄ino iurā VII.
dū, neq; per cælū, neq; per terrā, neq; per aliud quodcūq; iuramē Matth. 5
tū. Quod ſane uerbū ſi p̃cepti loco ſit habendū: quomodo prophe
ta in pſalmo dicit eū habitaturū in tabernaculo dn̄i & requieturū Pſalm. 14
in mōte ſancto eius, qui iurat proximo ſuo & nō decipit? Quomō Pſal. 64
etiam alio in loco dicit deiloquus pſaltes. Rex uero lætabit in deo:
laudabunt oēs qui iurant in eo? Si eñ laudabunt iurantes in deo:
nō p̃uaricant prꝫceptū eius ita iurantes, ꝙ nō debeat quis ob trāſ-
greſſionē diuini mandati laudibus affici. Deniq; quo pacto præci
pit dn̄s populo Iſraël. Reddes aūt domino iuramēta tua. ſi om̄ino Nume. 30
habeat illicitū, diuinoq́; ſit cōtrariū præcepto: iuramentū aliquod
præſtare? Cur etiam eidem dicit populo. Dominū deum tuum ti- Deute. 6. et 10

mebis;& per nomẽ illius iurabis, ſi quoduis iuramentũ ſine diſcri-
VIII. mine: uetitũ ſit & prohibitum? ¶ At hæc omnia (dicet quiſpiam)
ad ueteris teſtamenti pertinẽt conditionẽ & ſtatum. In nouo uero
adijcitur ſuper antiquũ ea perfectio: qua prorſus omne interdicĩt
iuramentũ. Verũ illi reſpondendũ eſt, materiã iuramẽti non ad ri
tus & cærimonias legis ſpectare, neq; ad iudicia populi Iſraëlitici:
ſed ad mores, & dei honorificentiã aut inhonorationẽ, reſpicereq;
præcipue ſecundũ decalogi præceptũ. Atqui eadem ſunt p̃cepta
domini, ſacra decade cõprehenſa, in ueteri & noua lege: approba
taq; à domino in euãgelio. Quo igitur modo licitũ erat iuramentũ
tẽpore ueteris inſtituti & legis ſcriptæ; eodẽ itidem modo cenſen-
dum eſt eſſe licitũ in noua lege. q̃uis in hac ſuperadditũ ſit conſiliũ
de uitando iuramẽto: ne quis ex eius conſuetudine & aſſuefactiõe
ꝓlabat̃ in piuriũ. Et plane cõſimile oĩno iudiciũ debet ferri de iu-
ramento: ꝙ ad noui etiã teſtamẽti tempus traductũ eſt tanq̃ lici-
tum, modo debitis definiatur circunſtantijs: ſicut de uoto ante di-
ctum eſt in ſecundo libri huius capite, ipſum etiam ad nouã legem
pertinere. Habent nanq; inter ſe magnam conformitatẽ, uotum
Pſal. 131 & iuramentũ: unaq; cõiungũtur in pſalmo. Sicut iurauit domino:
uotũ uouit deo Iacob. & in alijs nonnullis diuinæ ſcripturæ locis.
IX. ¶ Ad hæc. Si illud domini uerbũ apud Matthæum. Si quis te per
Matth. 5 cuſſerit in unã maxillã: præbe ei & alterã. eſt pręceptoriũ, & tenẽ
dũ pro diuino mãdato: fuiſſet ipſe Chriſtus illius trãſgreſſor p̃ce-
pti, cũ ſeruo pontificis Annæ, incutienti illi alapam, nõ obtulit alte
Ioann. 18 terã maxillã percutiendã: ſed modeſte reſpondit eidẽ. Si male lo-
cutus ſum: teſtimoniũ perhibe de malo. Si aũt bene: quid me cæ-
dis? Quomodo ergo uerum eſſet illud uerbũ Chriſti ad phariſæ-
Ioann. 8 os: de patre ſuo cæleſti? Ego quæ placita ſunt ei: facio ſemper. Et
Ioann. 15 illud etiam eiuſdẽ uerbũ: ad diſcipulos ſuos. Manete in dilectione
mea: ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius di-
lectiõe. Fuiſſet et beatus Paulus eiuſdẽ diuini præuaricator man-
dati: cũ iuſſu Ananiæ principis ſacerdotũ percuſſus in faciem, non
alteram obuertit cædendam maxillam: ſed illi fidenter reſpondit.
Percutiet te deus: paries dealbate. Et tu ſedẽs iudicas me ſecundũ
Actuũ. 23 legem: et cõtra legem iubes me percuti? Quis autem recte dixerit
tunc beatũ Paulũ alicuius peccati labẽ incurriſſe: aut præuaricati-
oni

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oni diuini præcepti fuiſſe obnoxiũ: ¶ Planum eſt igiť, illud Chri- X.
ſti uerbum, nouiſſimo adductum loco ex Matthęo, eſſe conſilium:
ſicut & plæraq; alia in euangelio contenta. Neq; illa, à domino ap
pellantur præcepta: ut falsò aſſerit Lutherus. neq; ab eo docenť
ut mandata: ſed tantũmodo tanq̃ conſilia, quæ proponuntur ĳs q
arduum uirtutis illius callẽ uolunt inambulare. Et facientibus qui
dem ea conſilia: præmium promiſit Chriſtus. ſicut uendenti om̃ia Matth.19
quæ habet dantiq; pauperibus & ſequenti ſe: pollicitus eſt ꝙ ha-
bebit theſaurũ in cælo. Et relinquenti patrem aut matrem, uxorẽ Ibidem.
aut filios, domũ aut agros propter nomẽ ſuũ: perhibuit dominus
noſter, ꝙ centuplum accipiet & uitam æternã poſſidebit. At non
facientibus ea quæ tanq̃ conſilia proponit: nullam prorſus cõmina
tur Chriſtus pœnã cuius oppoſitã partẽ perperam aſtruit Luthe
rus, quandoquidẽ eorũ prætermiſſio nõ infert homini alicuius cul
pæ reatũ. Demũ cõtinentur huiuſmodi cõſilia in euãgelio: ut con
ſilia quidem, non autẽ ut præcepta, & ad euangelĳ obſeruationẽ
obligant oẽs: quantũ ad ea quę in eo cõtinenť ut præcepta, nõ aũt
quantũ ad om̃ia & ſingula particulatim in eodẽ collocata. quando
quidẽ non ad ea obſtringuntur obſeruanda: quæ in ipſo euange
lio reponuntur tantum ut conſilia.

¶ Quæ ante uotum conſilia fuerũt: facto iam uoto tranſire
in præcepta, & eſſe tunc obligatoria. Cap. XI.

TErtia Lutheri obiectio. Chriſtus uirginitatem non » I.
conſuluit: ſed potius deterruit ab ea. monſtrauit eã »
ſolum & laudauit: ſed & auocauit dicens. Non o- » Matth.19
mnes capiunt uerbum iſtud. qui poteſt capere: capi »
at. Quibus uerbis neminem inuitat & uocat: ſed tã »
tum oſtendit. Et Paulus dicens, conſilium autem do, non inuitat » 1. Corin.7
quenquam ad eam: quin magis deterret & auocat, neq; ſuadet ne »
q; diſſuadet: ſed in medio relinquit. Quod ſi uirginitas conſilium »
eſt: quid ergo monaſtici faciunt ex illo præceptum, cum per uotũ »
ad eam ſeruandam perpetuo ſe aſtringunt? In quo, omnino faci- »
unt contra euangelium. quia quod in euangelio conſilium eſt: »
ipſi per ſuum uotum faciunt præceptum. Hæc Lutherus. »

¶ Reſponſio. Admirãda certe eſt hoc loco uel potius ridẽda Lu-
theri theologia: quæ uirginitatem neq; ſub p̃ceptis contineri euan II.
gelicis

gelicis, neq; ſub cõſilijs cenſet. Sub p̄ceptis quidẽ eam non contine
ri: recte ſentit. ſub cõſilijs aũt euangelicis eandẽ non cõprehendi: p
perã autumat. quod ipſa bonũ ſit in numero agendoꝝ: ad quod
non uoluit nos deus ſuo p̄cepto obligari. Ad illud aũt aſtruẽdũ, uir
ginitatẽ inquã non eſſe de numero cõſilioꝝ euãgelicoꝝ: adigit̃ ipſe
Lutherus. quoniã ſi id admitteret: cũ dixerit prius (licet falſo) ꝗ ab
alijs conſilia dicuntur, eſſe p̄cepta euãgelica: protinus cõpelleretur
admittere uirginitatẽ ad p̄cepta euangelica pertinere, quod fatet̃
eſſe (ſicuti & uere eſt) incõmodũ. Eſſet itaq; à Luthero ꝑcontan-
dũ: qua in parte euãgelicoꝝ documentoꝝ reponẽdã putat eẽ uir-
ginitatẽ, quã neq; ad p̄cepta neq; conſilia euangelica exiſtimat p
tinere. Vtrũ ne uelit eandẽ in numero uetitoꝝ collocari: ꝙ ſimpli-
citer quidẽ mala ſunt & noxia. ut furta & fornicationes, & ſimilia
opa tenebraꝝ: diuini p̄cepti præuaricatoria. Quæ ſiquidẽ in euã
gelio continent̃, noſtros formantia mores: aut præcepta ſunt, aut
conſilia, aut eoꝝ ꝙ praua habentur prohibitiones. Sed credo Lu-
therũ non eò inſaniæ progredi uelle: ut omnino prohibitã dicat eẽ
uirginitatẽ in euangelio, tanꝗ humanæ ſaluti exitialẽ. Et cum eã-
dem dicat etiã nõ eſſe præceptam: cogitur ex ſufficientis diuiſiõis
ratiocinatione admittere ipſam eſſe de conſilio. atq; in euangelio
III. cõſuli, quod & uerum eſt. ¶ Attamẽ ut ſuũ ſtabiliat placitũ, ipſam
ſcilicet uirginitatem non eſſe de conſilio: uerba Chriſti in euange
lio, & Pauli in prima ad Corinthios epiſtola, ſuæ contraria aſſertio
ni, detorquet in obiectione modo adducta, ad ſenſum uſqueadeo
Mar. 19 abſurdum & ineptũ: ut nullus ſanæ mentis, talem ſcripturę interp
tationẽ receperit unꝗ. Quis enim rectæ ratiõis cõpos, animoq; ſe
cum integre conſtans, dixerit hæc Chriſti uerba. qui poteſt cape-
re: capiat, eſſe deterrentis ab amplectenda uirginitate: & nõ potius
inducentis ad eam benigna ſuaſione; relinquẽtis tamẽ id arbitrio
1. Corin. 7 alterius: & dantis optionem, utrũ uelit, faciendi. Quis item hoc bea
ti Pauli uerbũ, conſilium autẽ do, recte dixerit eſſe deterrentis uer
bum, & auocantis à capeſſendo uirginitatis propoſito: & nõ poti⁹
conſulentis ac inuitantis ad tã inſigne bonũ; Id certe perinde eſt:
atq; ſiquis dixerit hanc orationẽ, dono te hoc munere, non eſſe do-
nantis uerbum: ſed recuſantis donum, quod ab eo petitum fuerit.
IIII. ¶ Cum uero ſubnectit in hac obiectiõe Lutherus, ſi uirginitas eſt
de

de cōſilio,eorumq; in numero bonorū quæ cōſuluntur,non etiā p̄
cipiūtur:perperā facere uiros monaſticos,qui cōſiliū illud commu
tāt in præceptū,obſtringentes ſe uoto ad illā perpetuo ſeruādam,
ſuam plane ignorantiā prodit & inſcitiā:ꝙ neſciat diſcrimē conſti
tuere inter primā ipſius uoti emiſſionē atq; æditionem,& inter uo
ti iam facti adimpletionē. Quæ tamē duo:magno inter ſe diſtāt in
teruallo.ꝙ illud,cuiq; ſit liberū,& de cōſilio:hoc uero,neceſſariū,et
de præcepto. Enimuero nullus diuino obſtringit̄ mādato aut alio
quouis uinculo:ut caſtitatis aut alterius cuiuſpiam rei uoto ſe alli=
get.ſed quiſq; liber eſt ad ſubijciendū ſe illi ſacramento:uel ad recu
ſandū id iugū ſi uoluerit. Poſtq̄ uera ſponte ſua quiſpiā ſe cōſtrin=
xit eo uoto: iā nō ampliꝰ liberꝝ eſt ipſi,pedē ab eo reuocare,ſed diui
no obligatur pręcepto ad uotū illud perficiendū.quēadmodū mul
tis ſcripturaꝝ teſtimonijs in ſecūdo huiꝰ libri cap.eſt oſtenſum: & Malachiæ.1
illo dn̄i uerbo per Malachiam prophetā inſuper corroborari po=
teſt,interminantis illi maledictionē:qui uoto ſuo integre nō ſatiſfe
cerit. Maledictus(inquit)doloſus,qui habet in grege ſuo maſcu=
lum:& uotū faciens,immolat debile domino. Cōprobat etiam eā= Auguſtinus.
dem ſententiā:& hoc Auguſtini dictū. Ante uotū,liberū erat red
dere:ſed neceſſariū ſaluti,poſt uotū. Voto nāq;,cōſilia:uobis facta
ſunt præcepta,& libera:neceſſaria. Cui aſtipulatur & Innocētius
tertius in epiſtolis decretalibus:titulo de uoto & uoti redēptione,
cap.licet uniuerſis.dicens. Licet uniuerſis liberum ſit arbitrium in Innocētius tertius.
uouendo:uſqueadeo tamē ſolutio neceſſaria eſt poſt uotū, ut ſine V.
propriæ ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire. Hæc ibi. ¶ Ean=
dem quoq; ſententiam corroborat beatus Bernardus,in libro de p̄ Bernardus
cepto & diſpenſatione:his uerbis. Vt ſentio ego:regula ſancti Be
nedicti omni homini proponitur,imponitur nulli.prodeſt,ſi deuo-
te ſuſcipitur & tenetur:nō tamē ſi non ſuſcipitur,obeſt. Quod au
tē in uolūtate eſt ſuſcipiētis,nō in poteſtate proponētis:uoluntariū
merito dixerim,nō neceſſariū. Attamē hoc ipſum quod dico uolū
tariū,ſiquis ex propria uolūtate ſemel admiſerit,& promiſerit de=
inceps tenendū:profecto in neceſſariū ſibi,ipſe cōuertit. nec iam
liberū habet dimittere:quod ante tamē non ſuſcipere,liberꝝ habu
it. Ideoq; quod ex uolūtate ſuſcepit:ex neceſſitate iam tenebit, ꝗa Pſalmo.65
omnino neceſſe eſt eū reddere uota ſua quæ diſtinxerūt labia ſua,

Mat.12 & ex ore ſuo aut cõdemnari iam aut iuſtificari. Cæterũ felix (ut q-
dã ſctõꝝ ait) neceſſitas: q̃ cogit in melius. Hæc Bernardus ibidem.
Hinc beatus Petrus Ananiæ offerenti unã tantũ partē precij a-
gri uenditi: cũ totum offerre debuiſſet ad ſubeundē regulã apoſto
licã, ait. Anania, cur tētauit ſanatas cor tuũ: mētiri te ſpiritui ſancto
& fraudare de precio agri? Nõne manēs tibi manebat: & uenũda
tum in tua erat poteſtate? Quibus uerbis p̄ſertim poſtremis ſignifi
Actu.5 cauit Petrus, liberũ fuiſſe Ananiæ: non uēdere agrũ, aut uēditi p̄-
cium ſibi ipſi aſſeruare in proprios uſus, & non afferre ad pedes a-
poſtoloꝝ. Vbi uero per uotũ paupertatis ſeipſum ſubegit formæ
uiuendi apoſtolicæ: non potuiſſe illũ quicq̃ illius precij ſibi ipſi re-
Deute.23. tinuiſſe. Similiter in Deuteronomio (quod & pri⁹ eſt adductũ) dñs
per Moyſem ait ad populũ Iſraēliticũ. Cũ uotũ uoueris dño deo
tuo: nõ tardabis reddere, quia requiret illud dominus de⁹ tuus. Et
ſi moratus fueris: reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri:
abſq; peccato eris. Quod autē ſemel egreſſum eſt de labijs tuis: ob
ſeruabis. Ecce apertiſſimũ teſtimoniũ, oſtendēs cuiq; liberũ eſſe,
uouere: neceſſarium aũt, uotum iam factum reddere. Quod & ex
Auguſtinus. uerbis Auguſtini amplius innoteſcit: dicentis in libro ad Pollenti-
um. Quod cuiq; anteq̃ uouiſſet licebat: cum id ſe nunq̃ factuꝝ uo
uerit, nõ licebit, ſi tamē id uouerit quod uouendũ fuit, ſicut eſt p̄-
petua uirginitas, uel cõtinētia poſt experta cõnubia: ſolutis à uincu
lo cõiugali. uel ex cõſenſu uouētibus & carnalia debita ſibi inuicē
relaxantibus, fidelibus caſtiſq; cõiugibus: ubi alterã ſine altero uo-
uere fas nõ eſt. Hæc ergo, & ſiqua alia ſunt q̃ rectiſſime uouētur,
cũ homines uouerint: nulla cõditione rũpēda ſunt, q̃ ſine ulla cõdi-
tione uouerunt. Quia & hoc ipſum, dñm p̄cepiſſe intelligēdũ eſt:
Pſal.75. ubi legitur. Vouete, & reddite dño deo ueſtro. Hæc Auguſtin⁹.
¶ Sic ſane in optiõe uiri cuiuslibet, nullo adhuc ſacramēto uoti aut
eccleſiaſtici ordinis aſtricti, deuinctiq;, ſed omnino liberi, cõſtitutũ
eſt: ut ducat uxorē, aut cęlibē agat uitã. Poſtq̃ uero quiſpiã fœde-
ra ſubijt connubialia, & alligatus eſt uxori: nõ amplius ei liberũ eſt
ſine uxore uiuere, ſed diuino obſtringitur p̄cepto, manere cũ ea.
Sic & ante promiſſionem factam, liberum eſt cuiq;: p̄mittere q̃c-
quã amico, aut non promittere. Vbi uero promiſerit: iam obliga-
tus eſt ſuo ipſius ore ad ſatiſfaciendũ illi promiſſo. Nõ ergo mona

ſtici

ſtici quod in euangelio conſiliũ eſt, ipſi per uotum ſuũ faciunt præ
ceptum: ut eis impingit Lutherus. ſed quod euangelicum eſt conſi
liũ, ſcilicet ante uoti promiſſionẽ obſtringere ſe uoto: dicũt eẽ cõſi-
liũ, & ut tale amplectunt. Quod uero euãgelicũ eſt preceptũ, ut po
te poſt uoti æditionẽ ſatiſfacere uoto: cenſent eſſe ꝑceptũ, & ut di-
uinũ mandatũ ſtudent pro uiribus exequi.

¶ Religionis monaſticæ ſtatũ, nõ ſtatim à principio eſſe omnino perfectũ: ſed per obſeruationẽ inſtitutoꝝ illius uitæ, ad perfectionẽ aſſequendã tendere. Cap. XII.

QVarta Lutheri obiectio. Monaſticæ uitæ prędica I.
tores, Chriſtianorũ ſtatũ in geminas diſſecant par- »
tes, ut puta in ſtatũ perfectionis, cõſiſtentem in con »
ſilioꝝ euãgelicorũ impletione, quẽ ſibi aſſignãt. & »
in ſtatũ imperfectionis, in diuinorum ꝑceptorũ exe »
cutione ſubſiſtentẽ: quẽ laicis & ſecularẽ ducẽtibus uitã deſignãt. »
Illud autem eoꝝ dictum, arrogantiæ plenũ eſt: ꝙ ſibi ſtatũ perfe- »
ctionis (quẽ in conſilijs euãgelij agendis reponunt) uẽdicẽt, ſeq́ꝫ a- »
lijs, tanq̃ in ſublimiore iuſtitiæ gradu ſint collocati, ꝓferũt. ¶ Inſup. »
nec uouentur aliqua à ſubeunte profeſſionem monaſticã, nec uo- »
ueri poſſunt: quàm ea quæ in baptiſmo ſunt uota, deoq́ꝫ per uotũ »
tunc promiſſa excepta cõtinentia. Dicet enim uouẽti deus. Quid »
ſtulte uoues? non habes uota quę mihi reddas: ſatis multa? Memẽ »
to eorum quæ in baptiſmo uouiſti: & illa exple. Sunt igitur uota i- »
ſta monaſtica: omnino damnanda. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. » II
Qui hanc ſtatus Chriſtianorum partitionem aſſignant, quod hic
perfectus ſit, ille uero imperfectus aut minus perfectus, uiri doctri
na & authoritate percelebres: monaſticã inſtitutionẽ nõ dicũt eẽ
ſtatum perfectũ, quoniam illam amplectens iam ſit omnimodã ui
tæ perfectionem aſſecutus, ſed quia per regularẽ diſciplinã tanq̃
uiam quandam cõuenientem: tendat ad perfectionẽ obtinẽdam.
Non enim Chriſtus dominus noſter: in euangelio dixit adoleſcẽ- Mat. 19
ti. Si es perfectus: uade & uende omnia quæ habes, & da pauperi
bus, & ſequere me. ſed ſi uis perfectus eſſe: uade & uẽde. hiſce uer
bis non obſcure innuens: bonorũ temporaliũ abdicationẽ eſſe me
diũ quoddã compendiarium, & inſtrumentum ad conſequendam
perfectionem necdum habitam. Quod & confirmat Origenes in Origenes.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prædicti loci euangelici expoſitiõe: dicens: Ille qui mutauit pro di
uitijs paupertatem, ut fiat perfectus: non in ipſo tẽpore quo tradi-
dit bona ſua pauperibus, fiet omnino perfectus: ſed ea illa die incipi
et ſpeculatio dei adducere eũ ad omes uirtutes. Hæc ille. Quo cir
ca in religione monaſtica haud minus inueniunt incipientes pro-
gredi in ea uia dñi, & proficiẽtes: q̃ in quouis alio Chriſtianoꝝ ſta
tu. Sicut & in ſecularis uitæ actione inueniunt in ſuo gradu uirtu
te perfecti: nõ minus q̃ in monachalis inſtituti profeſſione. Aſtipu
Caſſianus lat aũt eidẽ ſententiæ modo propoſitæ, apud Caſſianũ in collatio-
nibus patrũ abbas Moyſes: de religioſis ita loquens. Ieiunioꝝ ine
diã, uigilias, labores, corporis nuditatẽ, lectionẽ, cæteraſq́; uirtutes
debere nos ſuſcipere nouerimus: ut ad perfectionẽ charitatis, iſtis
III. gradibus poſſimus aſcendere. Hæc ibi. ¶ Non igit arrogantiæ ſu
perciliũ præfert hæc denominatiõ: qua profeſſio monaſterialis ap
pellat ſtatus perfectionis, ſecundũ intelligentiã modo explicatam:
ſed potius modeſtiæ & humilitatis gerit inſigne. Siquidẽ ea appel
latione inſinuant ſe uitæ illius cultores, nõ iam perfectionẽ ipſam
attigiſſe: ſed abrenũciatione ſeculi, triũ uotoꝝ obſeruatiõe, & cæ-
teris inſtitutis, tanq̃ inſtrumentis quibuſdã cõgruis, anhelare ad eã
capeſſendã: elaborareq́; pro uiribus in eo pœnitentiæ loco (mona
ſteriũ dico) ut eã perfectionẽ (quã necdum ſe tenere, ingenue fa-
Lucæ 18. tentur) quotidiano exercitio demũ adipiſcant & apprehendant.
Neq; ſeipſos, cũ phariſæo orante in templo & publicanũ ſecũ præ
ſentẽ aſpernante, cæteris præferũt religioſi ex ipſa religionis mo-
naſticæ cõditiõe atq; natura. quãuis ex propriæ uoluntatis prolapſi
one (ꝙ dũ uitã hic agimus: nullus ſit omni ex parte beatus) id non
nulli facere quidẽ poſſent, pro fragilitate humana. Sed nõ ſunt ui
tia religioſoꝝ particularia & perſonalia: ipſi religiõis ſtatui ſuapte
natura ſalutari, aſcribẽda nec imputãda. Quinimmo ea ipſa ſtatus
monaſtici ſuſceptiõe, cõſcios ſe declarãt uiri religioſi, ſuæ imperfe
ctionis: pœnitentiaq́; ſe indigere ad uitæ ſuæ emendationẽ profi-
tent. Quã ut cõmodius agãt: elongant ſe fugiẽtes, & ſubducunt à
ſeculi ſtrepitu, manentq́; in ſolitudine: totã reliquã uitã ſuã in pœ-
IIII. nitentiæ loco & dura auſteritate tranſigẽtes. ¶ Porro in eo q̊d de
uotis in baptiſmo factis deinceps in hac obiectiõe affert Lutherꝰ:
plane declarat ſe ignorare, quidnã ſit uotũ in ꝓpria ſua acceptiõe.

Si enim

Si eñ cognouiſſet aut ſaltẽ animaduertiſſet, uotũ nequaq̃ fieri de
ꞁs quæ neceſſaria ſunt ad ſalutẽ & à deo præcepta nobis: minime
aſſeruiſſet nos quippiã uouere deo in baptiſmo. Enimuero ſuſcipi
entes illud ſctm̃ regeneratiõis ſacramentũ: fidẽ catholicã profitent:
abrenũciant ſatanæ & operibus eius, aſcribũturq́ꝫ familiæ Chriſti:
cuius mãdata ſe impleturos promittũt. At in his om̃ibus: q̃d dabit
nõ ad ſalutẽ neceſſariũ? Non certe fides, cũ dictũ ſit ab apoſtolo: ꝙ Hebræ.11
accedentẽ ad deũ oportet credere quia eſt, & ꝙ inquirẽtibus ſe re
munerator ſit. q̊d itẽ ſine fide: impoſſibile eſt quenq̃ placere deo.
Neqꝫ ſatanæ abrenunciatio: aſſignari poteſt nõ eſſe neceſſaria ad
ſalutẽ. quia teſte beato Paulo: nõ eſt cõuentio Chr̃i ad belial, neqꝫ 2. Corin 6
ſocietas luci ad tenebras. Neqꝫ dabitur inſertio in numerũ filiorũ
dei & adhæſio ad Chriſtum: tanq̃ non neceſſaria fideli ad ſalutẽ. Actuũ.4.
quoniã ſecundũ Petri uerbũ ad principes ſacerdotũ: nõ eſt in aliq̃
alio (quàm Chriſto) ſalus. neqꝫ eñ eſt aliud nomen datũ homini-
bus ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Neqꝫ demũ manda-
torũ dei impletio: dici poſſet non eſſe ad ſalutẽ credenti neceſſaria,
cũ ſcriptũ ſit & æternæ ueritatis dictũ uoce. Si uis ad uitã ingredi: Matth.19
ſerua mandata. Et qui facit uoluntatẽ patris mei: hic intrabit in re Matth.7
gnũ cælorũ. Hec eſt aũt uoluntas patris cæleſtis: ut cuſtodiamus
mandata eius. Hinc & diſcipulis ſuis, atqꝫ per eos nobis omnibus: Ioann.14.
dixit Chriſtus. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Nulla itaqꝫ ab
ꞁs qui ſignaculũ fidei ſuſcipiũt in ſancto baptiſmi lauacro, fiũt uo
ta: ſecundũ propriã uotorũ rationẽ. ¶ Quod ſi Lutherus hanc for V.
taſſe ratiocinationẽ cõtexere pergat. Qui baptizatur, promittit ſe
fidem integrã & dei mandata exacte obſeruatutũ: ergo uotũ facit
deo. om̃ino ſe imperitũ eſſe dialecticæ, eo prodit ratiocinio. quod
à ſuperiore cõmunioriſq́ꝫ rationis dictione, ad inferiorẽ cõtractio-
riſq́ꝫ ambitus: affirmãdo progrediat. quod argumentãdi genus, q̃
artẽ diſſerẽdi percallent: oĩno mancũ & inualidũ eẽ norũt. Nẽpe
quicũqꝫ aliquid uouet: idẽ etiã promittit, ꝙ hoc latius ſit & diffu-
ſius illo. At nõ contra res agitur: ut quicũqꝫ promittit quippiã, idẽ
& uoueat. quãdoquidẽ promittere poſſumus nos ea facturos: quæ
ad ſalutẽ æternã nobis ſunt neceſſaria, quæq́ꝫ deus fieri à nobis prę
cepit. Non tamẽ unq̃ recte dicemur ea uouere: iuxta eã uoti ſigni
ficationẽ, quę in protrito eſt uſu probatiſſimoꝝ authorũ. Secũdũ

quam, illa ſub uoto cadere cenſentur: quæ non ſunt à deo præce
pta, neqꝫ ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria, ſed quæ ultra dei man
data ſupererogantur, ultroqꝫ à nobis agenda ſuſcipiuntur. Cæte-
rum q̃uis ex promiſſione facta in baptiſmo, obſtringamur ad mã
data dei adimplenda, quæ tamẽ uix bene adamuſſim cuſtodimus:
nihilo ſecius uota monaſtica quæ ſuperadduntur dei mandatis, nõ
exiſtimari debent ſuperflua aut ſuperuacua. Nam ipſa monaſti-
cæ inſtitutionis uota nequaquam dei mandatis repugnant: ſed ma
xime conſentiunt, & quadrant. neqꝫ impedimento ſunt obſeruan
dis huiuſmodi præceptis: ſed magno adiumento atqꝫ adminiculo
ut expeditius commodiuſqꝫ dei præcepta à nobis perficiantur, re
motis obſtaculis quæ ſatanas, mundus & caro ſuggerere ſolent ijs
qui uerſantur in ſeculo, quæqꝫ abducunt ſæpius homines à recta
VI. mandatorum dei ſemita in præcipitia uitiorum. ¶ Demum nõ eſt
hoc loco prætereundum id ſilentio, Lutherum in ſuis dictis pau-
lo ante citatis non ſatis ſibi conſtare: ſed diſſidere ſecum, & pugnã
tia ad inuicem enunciare. Nempe in præſente obiectione (quæ
nunc diſſoluta eſt) ſubinſinuat continentiã nequaq̃ ſub dei mãda
tis contineri: neqꝫ ipſam à deo nobis eſſe præceptam, cũ ait. ꝙ nõ
uouentur aliqua à religioſo nec uoueri poſſunt: q̃ ea quæ in bapti
ſmo ſunt uota, excepta continentia. ubi continentiam, innuit non
eſſe de numero eorũ q̃ in baptiſmo promittunt deo: & proinde eã
ſub præcepto nõ cõtineri. quandoqdẽ quæcũqꝫ præceptorũ dei
ambitu cõprehendunt: promittunt in baptiſmo accurate cuſtodi
enda. Et hoc ipſum, continentiã inquã & cælibatũ non eſſe diuini
præcepti ſed tantũ conſilij: in alijs etiã ſuorũ operũ locis aperte fa
tetur: neqꝫ ea in parte aberrat à uero. uerũtamen in ſecunda obie-
ctione ſupra adducta capite huius libri decimo, aſſeuerat oĩa quæ
in euãgelio cõtinent: uniuerſaliter eſſe p̃cepta & nulla cõſilia. im
mo quæ ab alijs conſilia dicunt: uere eſſe præcepta. Et quoniam
Matth.19 continẽtia cælibatuſqꝫ cõtinet in euãgelio: ſub his uerbis. Sunt eu
nuchi: qui ſe caſtrãt propter regnũ dei. & ſub iſtis ſequentibus eti
am, nõ oẽs capiũt uerbũ iſtud. qui poteſt capere capiat. cõſequẽs ẽ
utiqꝫ & continentiã atqꝫ cælibatũ ſub præcepto contineri. Quod
quomodo priori dicto cohæreat: uiderit ipſe Lutherus. non eñ
ex oppoſito pugnantia (ut hæc duo) coaleſcere unq̃ poſſunt.

¶ Diſciplinæ

¶ Diſciplinę monaſterialis uota, nequaq̃ fidei repugnare: ne
q̃ oino dãnandã eẽ in bonis operibus fiduciã. Cap. XIII. I.

QVinta Lutheri obiectio. Monachalis profeſſionis
uota repugnant fidei: nõ igitͤ debent cẽſeri recta nec
rationabilia, cũ dicat Paulus. Omne quod nõ eſt ex Roma. 14
fide: peccatũ eſt. In qua quidẽ propoſitione data, ſi
fides ſumatur pro conſcientia, ut multi accipiendam
putant: uota monaſtica ſic nõ ſunt ex fide, quia faciens opera uoti,
dubitat utrũ illa ſint grata & accepta deo: & ergo conſcientiã non
habet q̃ placeant deo, ideoq̃ peccat. Si quis uero fidẽ capiat pro
fiducia in ſolo deo habenda: etiã uota monaſtica nõ ſunt ex fide, id
eſt ex fiducia ſola in deũ, ſed ſunt ex operibus & meritis: in quibus
potiſſimũ habent confidentiã monaſticæ uitæ obſeruatores, & nõ
in deo. & ideo rurſum peccant. Hęc Lutherus. ¶ Reſponſio. Se- II.
cundũ quancunq̃ acceptionẽ ſumatͤ fides in adducta beati Pauli
propoſitione: ſemper abnuendũ eſt, uota religioſorũ repugnare fi
dei, & nõ eſſe ex fide. Si enĩ fides ibidẽ accipiatur pro uirtute fidei,
qua q̃s credit in deũ: clarũ ẽ utiq̃ talia uota nõ repugnare fidei, im
mo illi tanq̃ ſolidæ baſi inniti, & ſic ipſa eſſe ex fide: quoniã fide-
les ſunt & Chriſtianiſmũ profeſſi, qui uotis monaſticis ſeipſos deui
ciunt. Sin uero pro cõſcientia ſumatͤ inibi nomẽ fidei: & hoc etiã
modo ex fide ſunt uota monachalia, quoniã nõ ſunt contra conſci
entiam. Siquidem qui uotorũ ſacramẽto ſe obſtringũt, monacha
tum profeſſuti: nequaq̃ habent cõſcientiã illi operi reluctantem,
aut iudicãtẽ: uotorũ promiſſionẽ, deo in uitæ cœnobiticæ profeſ-
ſione fieri ſolitã, eſſe noxiã animæ ſaluti, aut aduerſam. Nempe ſi
quis huiuſmodi haberet animi iudiciũ, cui firmiter adhæreret quã
do uotũ æderet deo: haud dubie grauiter peccaret, quoniã ut uul
gata eſt ſententia: ex prædicta deiferi Pauli propoſitiõe, non incon
grue deducta. qui facit aliquid cõtra ſuam conſcientiã: ædificat ad
gehennam. Porro religioſus faciens opera uoti: quãuis non omni-
modã habeat certitudinem, q̃ talia opera eius grata ſint & accepta
deo. quoniã cũ beato Iob uereri debet omnia opera ſua; ne quid Iob. 9
forte in illis ſit quod diuinæ maieſtatis oculis diſpliceat. attamẽ ha
bere poteſt quandam probabilitatẽ moralem & cõiecturam pro-
babilem, cum fiducia diuinæ bonitatis; q̃ illa ſint ipſi deo grata,
quoniam

quoniam teſtimoniȷ̃s ſanctarũ ſcripturarũ ſunt conſona, exẽplisq́;
ſanctoꝝ patrũ conformia:& talibus circumuallata actionũ circũ-
ſtantiȷ̃s,q̃ ad operationẽ bonã expoſcuntur. Eiuſmodi aũt certitu
do probabilis ſufficit:ad diiudicandũ aliquod opus noſtrũ eſſe bo
nũ. Verũtamẽ hæc illatio Lutherana,quã in hac ſubtexit obiecti
one:prorſus inualida eſt & futilis. Hęc inquã. Faciens opera uoti,
addubitat utrũ illa ſint grata deo:nec habet cõſcientiã ꝙ placeant
deo.ergo ipſe facit contra ſuã cõſcientiã:& peccat. Nullus enim ha
ctenus diffiniuit(niſi forte Lutherus:primus fuerit huius diffinitio
nis author)agere cõtra cõſcientiã,id eſſe: quod agere aliquod opꝰ,
quod ſubdubitet operator eſſe gratũ deo.quãdoquidẽ hoc pacto,
omne ferme opus noſtrũ eſſet contra conſcientiã:cũ nemini certo
conſtet ſuũ opus(quantũlibet bonũ uideatur)eſſe acceptum deo.
III. ¶ Demũ ſi in citata circa obiectionis huius principiũ ſancti Pauli
propoſitione, fides capiatur pro fiducia habenda in deo : ipſa uota
monaſtica etiam ſunt ex fide,quoniã ea nequaq̃ tollũt confidentiã
primo loco reponendã in deo. Quippe ea ipſa uota,cõſiliȷ̃s Chriſti
obtẽperãdo,fiunt:& cũ ſpe certa,ꝙ qui uouendi propoſitũ animo
inſpirauit:ſuã cõferet gratiã(niſi per hominẽ ponatur obſtaculũ)
Pſal.144. qua promiſſioni tã piæ,is qui uouit:integre ſatiſfaciat,ſuũq́; com-
pleat uotũ. Et quãuis ſecundo atq; conſequẽter collocetur in ope
ribus uotorũ fiducia,ſpesq́; cõcipiatur animo: ꝙ ꝓ illis deus(qui in
ſuis promiſſis uerax eſt & fidelis)reddet mercedẽ, ſi modo ad finẽ
uſq; uitæ in ipſis recte perſiſtatur:id tamẽ nõ impedit fiduciam pri
mariam ac principalẽ in deo reponi,qui ſolus eſt ſpes noſtra præci
pua,& anchora ſalutis noſtræ firmiſſima. Vnde uidetur hoc in lo-
co ſubindicare Lutherus,in ſolo deo ſic habẽdã eſſe fiduciã: quod
in nulla alia re debeat aliquo pacto cõſtitui etiam inferiore gradu
fiducia noſtra,quod non eſt omniquaq; uerũ. Sed ſentiendũ poti-
us in ſolo deo primã & ſummã eſſe debere fiduciã noſtrã:tanq̃ no-
ſtræ ſalutis authore ſupremo. In aliȷ̃s autẽ rebus ſub deo, ut operi
bus bonis, habẽdam eſſe fiduciam ſecundariã & acceſſoriã:quod il
lorũ adminiculo & exercitio cõſequemur participationẽ æternæ
hæreditatis. Si quis enim hanc in ſolo deo collocaret fiduciã,quod
ſine aliquoꝝ bonoꝝ operũ ſtudio & actione , per ſolã eius miſeri-
cordiã aſſequeretur uitam æternã:quis nõ uidet hanc fiduciã eſſe
temera-

temerariā ꝑſumptionē,& nimiā de diuina bonitate cōfidentiā? Si
quis item ꝓcipuā in ſuis opibus cōſtitueret fiduciā:exiſtimās ex di-
gnitate atq; natura eoꝝ,obligatū eſſe deū ad elargienda ſibi æter-
næ uitæ pręmia,meritoq́; ſibi deberi ex opeꝝ ſuoꝝ conditione et
qualitate mercedē ſempiternā:is etiā ſuperbię ſpiritu inflatus iure
haberetur,ſibi placēs,plus æquo ſibi tribuēs,& arrogantiæ plen⁹.
Et huiuſce generis atq; modi eſſe religioſos,diſciplinæq́; regularis
cultores:ementitur Lutherus in hac obiectione,cū dicit,monaſticę
uitæ obſeruatores potiſſimū habere cōfidētiā in ſuis meritis & o-
perib⁹:& nō in deo. Quod utiq; falſum eſt:& calūniandi magis ſtu
dio q̃ uera ꝓferendi,dictū. Cæterū ſi qui tales fuerint monachi,q̃-
les hic deſcribit Lutherus:idipſum propria eorum obuenit culpa,
& nō ex ipſius cœnobiticæ profeſſionis inſtitutiōe. ¶ At uero ſi qs IIII.
primā ac ſummā ſuam fiduciā reponit in diuina bonitate & miſeri
cordia,ſecūdariā uero & poſteriore loco in ſuis operibus,tanq̃ me
dijs à deo ordinatis atq; inſtrumētis ad ꝑueniendū in requiē beati 2.Timo.2.
tudinis æternæ:ſperans ex promiſſiōe largitatis diuinæ,& ueritate
uerboꝝ eius qui fidelis eſt et ſeipm negare nō poteſt, ſe ꝑ talia opa
ut adminicula mediaq́; cōuenietia à deo ordinata (quæ adiutrice
eius gratia facere cōſtituit:& ad finē uſq; uitæ in illis perſiſtere) ade
pturū perpetuę ſalutis brauiū:quis hunc (oro) iure carpſerit aut in
crepauerit? cum diffiniatur ſpes eſſe certa expectatio futuræ bea
titudinis:ex dei gratia & meritis proprijs proueniens. An reprehē
ſioni obnoxius eſt quiſpiā:ſi quoniā ab apoſtolo didicit,ꝙ unuſq́ſ- 1.Corin.3.
q; propriā mercedē accipiet ſecundū ſuū laborem,cōfidat per du-
ros labores in agone huius uitæ exantlatos,atq; per uirtutū opera,
ſe acceptuꝝ mercedē repromiſſam? Nihilo certe magis:q̃ is qui cō
fecto per totum ſtadiū curſu,ante omnes metā conſecutus,cōfide
ret ſe propter exacti curſus celeritatē habiturū id brauiū: quod in
illo currēdi certamine,primo omniū attingenti metā & finē ſtadij 1.Corin.9.
eſſet cōſtitutū.aut q̃ is,qui quoniā ſibi pacta eſſet merces ob laborē Mat.20
diurnū in uinea:cōpleto totius diei labore,ſperaret cōfideretq́; ſe à
dño uineæ accepturū ob operā præſtitam denariū ſibi ꝓmiſſum.
Auguſtinus itidē in libro de uera innocentia,regula ducenteſima
nonageſima ſeptima: dicit. Debetur merces bonis opibus ſi fiant: Auguſtinus.
ſed gratia quæ non debetur,præcedit ut fiāt. Ex quo uerbo liquet,

deũ alia liberalitate dare hominibus primã gratiã iuſtificatiõis:& a-
lia reddere præmiũ pro opib⁹. Illa enim, omnino gratuita eſt:& ex
ſolo eius beneplacito. Hæc uero: ex pacto & promiſſione, à ſe be-
nigniter facta. Quis aũt improbauerit, fiduciã cũ debita moderatio
V. ne in ijs reponi: q̃bus ex diuina pollicitatiõe debet̃ merces? ¶ Neq;
ſine ſacrarũ literarũ teſtimõio aſtruere cõnitimur: hãc ſub deo ha
bendi in bonis operibus fiduciã: dũmodo p̃cipue innitatur diuinæ
largitati, bonitati et ueritati. Quippe beat⁹ Petr⁹ ubi audiuit à dño
uiam ad perfectionẽ obtinẽdã eſſe, relinquere omnia bona exter-
na pro Chriſto & ipſum ſequi: hanc ei propoſuit interrogationẽ,
Mat. 19 Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te. quid ergo erit no-
bis? In quibus uerbis innuit ſe fiduciã habere conſequendi alicui⁹
p̃mij, ob idipſum: q̄ cũ condiſcipulis ſuis dimiſerit quæ poſſederat,
Hieronymus & Chriſtũ uocantẽ ſit conſectatus. Quod & ſacer Hieronym⁹ cõ
firmat: ita locum illum euãgelicũ exponens. Grandis fiducia. Pe-
trus piſcator erat: diues nõ fuerat, cibos manu & arte quærebat, &
tamẽ loquitur confidenter: reliquimus omnia. Hæc ille. Beatus
etiã Paulus, hanc laudabilẽ bonoꝝ operũ fiduciã ſæpiuſcule in ſu-
2. Timo. 4. is exprimit epiſtolis: ut cũ ſcribit ad Timotheũ. Bonũ certamẽ cer
taui: curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mi-
hi corona iuſtitiæ: quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iu-
2. Timo. 1 dex. Et rurſum ad eundẽ. Scio cui credidi, & cert⁹ ſum: quia potẽs
eſt depoſitum meũ ſeruare in illum diem. Ecce cũ quanta loquit̃
apoſtolus ipſe fiducia, aſſequendi ob bona opera à ſe peracta: im-
VI. marceſſibilem æternæ gloriæ coronam. ¶ Rurſum Ezechias rex
Iuda, pius & uerus dei cultor, cum graui morbo decũbens, ab Eſa-
4. Reg. 20 ia propheta intellexiſſet mortẽ ſibi imminere: orauit dñm cum la-
chrymis dicẽs. Obſecro dñe, memento quæſo: quomodo ambula-
uerim corã te in ueritate & in corde perfecto, & quod placitũ eſt
corã te, fecerim. Nõne & hic meritorũ, bonorũq; operum ante a-
ctorũ fiducia exprimitur: quorũ cõtẽplatione, rex laudatiſſim⁹ &
optimus petijt à deo uitam ſibi prorogari? Vſq; adeo tamẽ accepta
fuit deo hæc oratio, prijs cõiuncta lachrymis: ut diuinę bonitatis lar
gitas quindecim annorũ ſpaciũ, uitæ eius adiecerit, atq; priſtinã illi
inſtaurarit ſanitatem. Non eſt igitur omnifariã dãnanda in bonis
operibus fiducia: & ob ea, expectatio præmij. ut neq; improbãdus

agrico-

agricola:qui ex larga ſemēte amplam expectauerit meſſem. Quæ Gala.6
enim ſeminauerit homo:hæc & metet. Et qui parce ſeminat:par 2. Corin.9.
ce & metet. & q ſeminat in benedictiōib⁹:de benedictiōibus & me Sapien.3
tet.quādoqdē bonoꝝ laborū,teſte Salomone, glorioſus eſt fruct⁹.
& nulla prohibitū lege nouimus,ex ipſis ſudorib⁹ ſperare naſcētē
fructū:& in ipſis cōfidere laboribus,ꝙ uia ſint & adiumētū ad col
ligendum lucrum,ex illis conſurgere ſolitum.

¶ Vota monaſtica minime aduerſari libertati Chriſtia-
næ:ſed eam potius reddere perfectiorem. Cap. XIIII.

SExta aduerſarij obiectio. Monaſticę pfeſſionis uo I.
ta: repugnant libertati euāgelicæ ſeu Chriſtianæ. »
quæ non ſolū eſt ea libertas in ſpū regnans (inquit »
Lutherus) qua ſoluit conſcientia ab operibus:ſed »
etiā ea,qua ſublata ſunt uniuerſa hominū mādata, »
& quicquid externis cærimōijs ſeruari poteſt. ut ſunt omnes cibi, »
omnes ueſtes,omnes pſonæ:omnes geſtus,omnia loca,omnia ua- »
ſa,omnes dies.ut ea liceat obſeruare & nō obſeruare:quādiu, ubi, »
& quomodo,quando & quoties placuerit,aut res ipa obtulerit. Et »
omnino quicquid non eſt mandati diuini:abrogatum,& libertate »
donatum eſt. At uouendi inſtitutum: nonne meriſſime humanū »
eſt?nōne ſitum eſt in raſura,ueſte,cibo,potu,diebus,locis, geſtibus, »
& alijs cærimonijs? Vbi aliquod illorum præcepit deus?ubi prece »
pit eam paupertatem,eam obedientiam,eam caſtitatem? Quid igi »
tur adhuc dubitas:ea nec licere nec licuiſſe uouere? Libera ſunt di »
uinitus:quæ tu neceſſaria facis humanitus. Sunt itaq; uota mona- »
ſtica,contra libertatem euangelicā:& diuinis mandatis omnino ꝓ »
hibita,eſtq; uotorum inſtitutum,ſeruilis hominū doctrina: nequa »
q̄ toleranda. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Tot et tanti complicā » II
tur in hac obiectione execrandi errores:ut à quo eorū refellendo
ſumi debeat exordium,uix ſatis conſtet. Quę tamē in primo huius
operis libro ante dicta ſunt de cōſtitutionibus eccleſiaſticis obſer
uandis,magnum afferent ad hanc rem momentū & pondus. quo
niā iiſdem ferme uijs promptū fuerit oſtendere:& conſtitutiones
monaſticas ab ijs ad unguē obſeruari debere,qui illi profeſſioni ſe
addixerint. In primis itaq; negandum eſt, illam eſſe libertatem e-
uangelicam & Chriſtianam:quam in ſuperiore deſcriptione,circa

prẽſentis obiectiõis initiũ poſita, proponit Lutherus. ſed talis liber
tas, effrenis eſt uiuẽdi ſine lege & regula recta, licentia : & uera ſer
uitus peccati, ex inſoleſcente in ſpiritũ carne & inobedientiæ ma
lo enaſcẽs, ꝓ per eã fiat homo mancipiũ uitiorũ : & ex dei hoĩmq́;
contẽptu, ſeruus ſuarũ cupiditatũ. Quod ſi eã, libertatẽ uocare lu
bet (etſi tam præclaro nomine, profecto ſit indigna) uocet̃ quidẽ
libertas: ne ad nomẽ ipſum cõtentioſi uideamur, nõ tamẽ Chriſti
ana aut euãgelica: qm̃ & ſanctis Chriſti inſtitutis & euãgelicis præ

Libertas Luthera na: et an tichriſti ana.

ceptis om̃ino repugnat, ſed appellet̃ dũtaxat libertas Lutherana:
à ſuo authore. ꝓ inter cæteros ſuos minime tolerandos errores: &
hanc libertatẽ Chriſto aduerſam, euangelioq́; contrariã inuexerit
hac noſtra tẽpeſtate Lutherus. Quinimmo uocet̃ etiã (ſi libitũ fue
rit) libertas antichriſtiana: quoniã Chriſtianæ pietati ac religiõi pe
VII. nitus eſt oppoſita. ¶ Siquidẽ per hanc libertatẽ, regnantẽ (ut Lu
theri uerbis utar) in ſpũ, nõ quidẽ humilitatis, ſed ſuperbiæ & in
ſolentiæ : abſoluit̃ authoritate & ſentẽtia Lutherana, cõſciẽtia hu
mana ab operibus, ut ſola ei fides operibꝰ uacua : ſufficere putetur
à Luthero, ad ſalutẽ æternã conſequendã. Illud aũt: quis nõ uide
at prorſus obluctari & cõtraniti diſciplinæ Chriſti; qui euãgelicis
documẽtis & inſtitutis nos obligauit ad opera bona, fidei ſuperad
denda: requiritq́; à nobis ex ſacrorũ eloquiorũ teſtimonio nõ fidẽ
nudã, ſed & opera bona illi ſocia, cõſortioq́; ſancto cõiuncta, quẽ
admodũ in uiceſimoſexto capite primi libri: plurifariã eſt à nobis
oſtenſum. Per eandẽ quoq́; libertatem ſuã, ſubmouendas conten
dit Lutherus oẽs humanas conſtitutiones: & quicquid in externis
obſeruationibus, cærimonijs & ritibus teneri poteſt. ut nõ ſit diſcri
men aliquod inter eſum carniũ & piſciũ: aliorum'ue eſculentorũ.
Nihil etiã interſit inter ueſtes ſacras benedictioneq́; ſacerdotali cõ
ſecratas: & inter non ſacras. nihil itidẽ ſit diſcerniculi inter pſonam
eccleſiaſticã ſacriſq́; initiatã ordinibus: & laicã. In celebrãdo quoq́;
diuino officio & præſertim ſacro miſſæ myſterio nulli fiant geſtus
in genuflexionibus, inclinatione capitis, ſignaculis crucis: aut om̃es
promiſcue ꝑmittant̃. Nulla præterea habeat̃ locorũ differẽtia: ne
q́; ſint aliqua ſacra, & alia non ſacra, nihil inſup ſit diſcriminis inter
uaſa miniſterijs tẽpli deputata: & alia, q̃ in culina aut mẽſa humãis
accõmodãt̃ uſibꝰ. Deniq́; nihil ſit diſcrepãtię inter dies feſtos & nõ

feſtos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

feſtos: & ita habeatur dies dominicus, ut unus aliorũ quorũlibet di
erũ ipſius hebdomadæ. Sed quis tam emotæ eſt mentis & inſanę
qui nõ uideat hæc oĩa Lutheri placita, ſuæqꝫ libertatis documenta
ſacris literis et rectę rationi penitus aduerſari? cũ in ueteri lege co
gnoſcamus deũ: locorũ, perſonarꝫ, uaſorũ, dierumqꝫ diſcernicula
cõſtituiſſe ad ſuũ cultũ, certoſqꝫ ritus et cærimonias iuſſiſſe obſer-
uari in hoſtiarꝫ oblatiõibus. et ex eo argumentũ ducere debeamus
nõ qdẽ prorſus eadẽ, ſed cõſimilia diſtinctionũ gñra in nouo teſta-
mẽto eẽ obſeruãda: habẽdumqꝫ diſcrimẽ ſuo mõ, et legi euangeli
cæ cõueniẽte, inter loca et loca, perſonas et perſonas, uaſa et uaſa,
dies et dies. ¶ Deinceps permittit Lutherus in declaratione ſuæ li IIII.
bertatis ante deſcriptæ: laxas habenas omnibus, illã ſuã libertatẽ
amplecti uolẽtibus. Ut ſcilicet quæcũqꝫ in eccl'ia ſunt cõſtituta cir
ca diſcretionẽ ciborũ, locorꝫ, ueſtiũ, uaſorũ, dierũ, & cæterorũ id
genus, obſeruẽt fideles: quãdo, & ubi, & quã diu uoluerint. Cũ ue-
ro animo eorꝫ nõ ſederit, ampli' illa obſeruare: impune & ſine pec
cati reatu, pro ſolo ſuo arbitratu illa prætermittãt. Sed quid hoc ali
ud eſt: q̃ cuiqꝫ facultatẽ indulgere, præuaricandi quęcũqꝫ ab initio
naſcẽtis eccl'iæ ſunt rectiſſime inſtituta, cõtẽnendiqꝫ eccl'iam & pa
tres orthodoxos: qui illa deo authore ſanxerũt? Nõne idipſum, eſt Matth. 18
plane deũ cõtẽnere: qui iuſſit audiendã eẽ eccl'iam, & p̄poſitis obe Matth. 23
dientiã præſtandã? Demũ ut uno aperiat uerbo Lutherus, qd il-
la ualeat ſua libertas: uult illius authoritate abrogari in toto Chr̃ia
niſmo, quicquid decalogo illo diuinorũ p̄ceptorꝫ expreſſe non eſt
cõprehẽſum, & fideles oẽs ea donari libertate, ut q̃ nõ ſunt hoc mõ
diuini p̄cepti, & manifeſte nõ iubent̃ à deo: nullo pacto obligentur
exequi aut facere, ſed pro ſuo nutu aut faciãt ea aut p̄termittãt, ſi-
ne aliqua peccati labe. Quod ſi qs admittat: nõne protinus diuina
oĩa humanaqꝫ cõfundit & proculcat? Planũ eſt itaqꝫ hãc libertatẽ
Lutheranã optimo iure nõ Chr̃ianã dici debere, ſed antichriſtia-
nã: qꝛ ſit Chr̃o maxime aduerſa. ¶ Sed nũc ad ea q̃ aſſumit ſecũdo V.
loco in hac obiectiõe: paucis reſpondeamus. in primis inficiantes:
uouẽdi inſtitutũ eſſe meriſſime humanũ. cum in ſecũdo, tertio &
quarto capite huius libri multipliciter oñderimus: huiuſmodi uo-
torũ inſtitutũ à deo eẽ profectũ, piorumqꝫ mẽtibus inſpiratũ. Illud
aũt, nequaq̃ præcipue conſiſtit in raſura, ueſte, cibo & potu, & reli

quis cærimoniiſ: q̃tũ ad ſubſtantiã et principalẽ uotoꝝ integritatem. ſed in obediẽtiæ, caſtitatis, ac paupertatis promiſſione ſolẽni: et integra obſeruatione, qñquidẽ raſura, ueſtis, cibus et pot⁹, et reliqua id genus: apud diuerſas domos monaſticas ſunt diuerſa & uaria. Inſtitutũ aũt uouẽdi. & ad cõſimilia tria uota eſſentialia obligatio: in omnibus penitus eſt eadẽ. Verũtamẽ in omni domo cœnobitica, ipſum uiuendi inſtitutũ habet has cõditiones, raſurã, cibum & potũ, ueſtes, cæteroſq; ritus ac cærimonias, ſibi annexas & appẽdices: tanq̃ acceſſorias & adminicularias ad perfectã triũ præcipuorum uotorũ completionẽ. Vt niſi quis iſtas qualitates addititias & mores domus monaſticæ in uictu, ueſtitu, & reliquis tenuerit: nõ poterit ille tribus præcipuis uotis præſertim obedientiæ, ſatisfacere. Proinde & illa ſecundo loco digeſta atq; acceſſoria: etiã cuiq; religioſo ſecundũ ſui monaſterij conſuetudinẽ ſeruanda ſunt. At nihil iſtorũ (inſiſtit Lutherus) præcepit deus. Eſto nihil horũ particulatim & ſpeciatim iuſſerit, tamẽ cũ obedientiã parentibus eſſe exhibendã præcepit & maioribus obtẽperandũ: quodq; horum quodam cõſequio præcepit. Cũ eñ diuino præcepto iubet religioſus patri monaſterij obſequi: etiã præcipit cõſequenter & ea uti ueſte, raſura, uictu, & cæteris: quibus monaſterij pater utendũ eſſe conſtituit. Et q̃uis aperto præcepto atq; ſpeciali nõ ſanxerit deus iſtas cõſtitutiões monaſticas, q̃ in diuerſis religiõib⁹ ſunt uario mõ, laudabiliter tamẽ et ob cauſam rationabilẽ inſtitutæ: haud tamen idcirco floccipẽdẽdæ ſunt aut abijciendæ. Nam inſpiratore deo, à primis ipſis monaſterioꝝ authoribus ſunt pie religioſeq; ordinatæ: diuerſæ illæ ſanctiões et per diutinũ uſum in hũc uſq; diẽ in ſua incolumitate obſeruatæ. Neq; diuinis p̃ceptis illæ regulæ uiuẽdi ulla ex parte repugnãt: quinimmo ad ea plenius cuſtodienda, maximo ſunt adiumẽto. Vnde uenerabilis ille pater, Thomas Waldẽ, ſæpius añ citat⁹, in nonageſimo ſecũdo libri ſui de ſacramẽtalibus ca. contra Vicleſi oblatratiões in ſtatũ religioſoꝝ, egregie diſſerit de habituum monachaliũ diuerſitate: diffuſe declarãs ex ſcriptura et ſctõꝝ patꝝ teſtimonijs, q̃ rõnabilis ſit et cõgrua, huiuſmodi ueſtiũ

Thomas Vualden

VI. uarietas. ¶ Deinde ꝟo nequicq̃ percõtat Lutherus circa obiectionis huius finẽ: ubi p̃cepit deus eã paupertatẽ, obedientiã et caſtitatẽ, cui obſeruandæ, religioſi uoto ſe alligãt. Quoniã non eſt illud

ad

ad ſtabiliendã inſtitutionẽ monaſticã à quopiã unq̃ propoſitũ:deũ
ea ipſa uirtutũ gña ut uoueant obſeruãda, in euãgelio præcepiſſe,
ſed conſuluiſſe tantũ. Religioſos aũt,tale conſiliũ tanq̃ ſalutare,ul
tro amplecti:q͏̃ cõparandæ animarũ ſuarũ ſaluti apprime cõducat.
Falſum eſt itidẽ q̃d poſtea ſubinfert,nec licuiſſe unq̃ eos nec licere
talia uouere:cũ ſupra ſit diffuſe oſtenſum,& licita eſſe talia uota,et Cap. 7. & 8.
exẽplo ſctõrũ patrũ primũ inducta, Neq; p illa, facit uouẽs humãi
tus ea neceſſaria,q̃ diuinitus ſunt libera: ut obiectat Lutherus.ſed
quæ diuinitus libera ſunt :etiã apud hoïes ſunt libera. ſcilicet ipſa
uouẽdi, aut à uoto faciẽdo ſuperſedẽdi facultas:anteq̃ fiat uotũ. Et
quæ humanitus neceſſaria ſunt : etiã in hac uotorũ materia apud
deũ neceſſaria ſunt,atq; de neceſſitate ſalutis obſeruari debẽt. ut-
pote uotorũ iã ſpõte factorũ perſolutio atq; cõpletio. Demũ ex his
oĩbus iã dictis dilucidũ eſt:uota ipſa, cõtra libertatẽ euãgelicã &
uerã etiã libertatẽ Chrĩanã,primi libri capite uiceſimotertio expli
catã, nequaq̃ pugnare,quin poti⁹ eadẽ reddere illã auctiorẽ et, am
pliorẽ: per elongationẽ à ſeculi ſtrepitu,& abdicationẽ curarũ hu-
ius mũdi. Neq; ipſa uota diuinis prohiberi præceptis:ſed cũ illis mi
ra concordia atq; harmonia cõſpirare, atq; ad ea melius perficiẽda
magnũ præſtare adiumentũ. Nec etiã uotorũ inſtitutũ, ſeruilẽ eẽ
hominũ doctrinã,nequaq̃ tolerandã:ut in totius obiectionis calce
obſtrepit Lutherus,ſed dei potius eſſe doctrinã,admonitoria tãtũ
& cõſiliũ proponẽte uoce traditã, ueræ libertatis aſſertricẽ atq; in
totũ orbem Chriſtianum propagandam.

¶ Satisfactionẽ per bona opera de peccatis commiſſis:homi
ni ad ſalutem animæ eſſe neceſſariam. Cap. XV.

AT uero ex hac ſua libertate tanq̃ uirulẽta & noxia
radice: Lutherus multos educit ramos nõ min⁹ pe-
ſtilẽtes, & ex quibus tetra malorũ enaſcit colluuies.
In primis ſiquidẽ ex huiuſmodi licentioſę libertatis I.
ſtirpe uenenoſa,in pręſenti quod improbamus ope
re ſuo de uotis monaſticis : damnat ſatisfactionẽ pœnitentiariã de
peccatis perpetratis,per bona opera, hiſce uerbis. Hic uides, q̃ im- »
piæ ſint leges de ſatisfactiõibus: quibus docemur per bona opa de »
lere peccata. ¶ Verũ ſi impiæ ſunt ille ſatisfactionũ leges o Luthe » II.
re:cur p̃cepit Chrs leproſo mũdato: Vade oñde te ſacerdoti,et of Math. 8
fer

fer munus tuū ad altare:quod pręcepit Moyſes in teſtimoniū illis.
Vbi per ſui oſtenſionē ſacerdoti faciendā,confeſſio ſecreta pecca
torū:& per oblationē muneris ad altare,ſatiſfactio per bona opera
cōfeſſionē comitantia, ſecūdū ſacros interpretes myſtice deſigna
III. tur.¶ Inſuper,altiloquus Chriſti præco Ioānes baptiſta,poſtq̄ ſcri
barū & phariſæoꝝ ad ſe uenientiū crimina acriter corripuit:medi
camētum quo uulnera eoꝝ curarent ſubiunxit,dicēs.Facite ergo
Lucæ.3. dignos fructus pœnitētiæ:ut poſſitis fugere à uētura ira. Qui aūt
ſunt digni pœnitentiæ fructus:niſi uitæ prioris in meliorē frugem
cōmutatio,& bonoꝝ operū ad abolenda præterita peccata,ſuſti-
nendāq; pro illis ſatiſfactoriā aliquā afflictionē exercitiū:quēad-
modū in homelia,illius loci euangelici expoſitoria(q̄ legit in ſabba
to quatuor tēporū aduentus dn̄i) p̄clare demōſtrat beatus Grego
IIII. rius.¶ Ruſum,ad huiuſmodi bonoꝝ operū ſtudiū,quæ pc̄torum
Danie.4 atrā detergant rubiginē:ſanctus Daniel propheta dn̄i exhortatus
eſt regē Babylonicū,dicēs.Peccata tua eleemoſynis redime:et ini
quitates tuas miſericordijs pauperū.Cui cōſonat illud in libro To
Tobiæ.12 biæ dictū.Eleemoſyna à morte liberat:& ipſa eſt quæ purgat pec
Ecci.3. cata,& facit inuēire uitā æternā. Et illud uerbū Eccleſiaſtici. Ignē
ardentē extinguit aqua:& eleemoſyna reſiſtit peccatis. Deniq; et
illud ſalubre Chriſti monitū in euangelio. Verūtamē quod ſuper-
Lucæ.11 eſt,date eleemoſynā:& ecce omnia mūda ſunt uobis. At quomo-
do peccata eleemoſynis redimuntur? nunquid ut erogatis in pau-
peres pecunijs:impune poſtea ꝑpetrent peccata? Nequaq̄, nā im
punitatē illā peccatoꝝ cōmittēdoꝝ:nullo quis poſſit cōparare pre
cio. Et ſtolidæ mētis eſſet atq; inſulſæ:qui ita redimi poſſe peccata
arbitraret. Sed redimunt miſericordijs pauperū,peccata:qn̄ pœna
pro illis etiā à deo dimiſſis debita,exoluit per huiuſmodi largā bo-
noꝝ in pauperes diſtributionē. Haud diſſimili ratiōe eleemoſyna
purgat peccata:quoniā ſuꝑſtites in anima peccatoꝝ iam dimiſſoꝝ
per cōtritionē & cōfeſſionē,reliquias abradit:& pœnā tēporariā ꝓ
V. illis exoluendā tollit & aufert. ¶ Ad hæc,Si impię ſunt leges de ſa
tiſfactionibus,ut proponit ſuperiorib⁹ uerbis Lutherus: cur poſt
humilē ſui criminis perpetrati in numeratione populi toti⁹ regni,
confeſſionē atq; remiſſionē:iuſſus eſt Dauid per Gad prophetam
2.Regū.24 extruerę altare dn̄o in area Areuna Hiebuſei,& ſuper illud offer

re holocauſtum,ad placandum diuinæ ſeueritatis iram? Nõne ſi-
gnificatur uera ipſius regis de peccato illo cõmiſſo cõtritio : pariter
& cõfeſſio,cũ dicit ibi ſcriptura? Percuſſit ergo cor Dauid,eũ:poſt
quã numeratus eſt populus. Et dixit Dauid ad dominum. Pecca-
ui ualde in hoc facto,ſed precor domine ut trãſferas iniquitatem
ſerui tui:quia ſtulte egi nimis. Quid præterea humilius illa propriæ 2.Regũ.24
iniquitatis confeſſione:quæ paulo poſt ſubditur his uerbis? Dixit-
que Dauid ad dominum:cũ uidiſſet angelũ cædentem populum.
Ego ſum qui peccaui:& ego inique egi. iſti qui oues ſunt:quid fe-
cerunt? Vertatur obſecro manus tua contra me:& contra domũ
patris mei. Quid ergo adhuc opus erat oblatione holocauſtorũ &
pacificorũ : poſt dimiſſum iam peccatum? certe in ſatiſfactionem
pœnæ:cui Dauid erat obnoxius pro huiuſmodi peccato,ut & illa
adhuc debita:per ſacrificium tale exolueretur. Quis igitur nõ ui-
det ex hoc exẽplo:poſt dimiſſam à deo culpã, regri adhuc ſatiſfa-
ctionem pro illa,per bona opera ſedulo faciendã? ¶ Adde,ꝙ ple- VI.
rũqꝫ culpa perpetrata,à deo homini remittitur:pœna tamẽ tẽpora 2.Regũ.11
ria pro illa infligenda,in futurũ tẽpus reſeruatur. Vt ipſius Dauid
exemplo dilucide cõſtat. Qui poſt ꝑpetratũ adulteriũ & homicidi
um à Nathan propheta increpatus:cũ humiliter ſuũ cognouiſſet 2.Regũ.12
peccatũ dicẽs. Peccaui domino.audiuit & illius peccati remiſſionẽ
ſibi à domino factã,uoce prophetica:cũ illi reſponſum eſt benigni-
ter à Nathan. Dominus quoqꝫ tranſtulit peccatũ tuum.nõ morie
ris. Attamẽ Dauid poſtea grauiſſimas perpeſſus eſt moleſtias,erũ 2.Regũ.13
nas & calamitates à filijs ſuis:Amnõ in uiolatiõe ſororis ſuæ Tha- 2.Regũ.15.
mar,& Abſalon in cæde doloſa fratris ſui,in rebellione cõtra man 2.Regũ.16
ſuetiſſimũ patrẽ,uxorũ ſuaꝝ ſtupratione,& ignominioſa demum 2.Regũ.17
ipſius Abſalon tãtoꝝ maloꝝ authoris morte. Et hęc quidẽ omnia 2.Regũ.12
aduerſitatũ fulgura atqꝫ tonitrua perpeſſus eſt Dauid:in expiatio-
nẽ utriuſqꝫ criminis iam dicti,per eũ lõge ante tpe perpetrati. quẽ 2.Paral.33
admodũ Nathan propheta etiã futurũ ei ꝑdixerat. Similiter Ma-
naſſes rex Iuda filius Ezechiæ:ante actorũ à ſe maloꝝ ueniã fue-
rat cõſecutus per ſalutarẽ uitæ ſuæ emẽdationẽ,integrãqꝫ ſui & ue
rã ad dñm cõuerſionem. In illoꝝ tamẽ ſcelerũ ſuoꝝ iã dimiſſoꝝ
punitionẽ & pœnã,diſperdidit dñs populũ Iuda:& ciuitatẽ Hieru
ſalẽ ſub Sedechia rege aliquãto poſt tpe tradidit in manus Chal-

dæorũ,ut liquido teſtatur ſcriptura. ¶ Enimuero quartus liber re
2 Paralip. 36. gum capite uiceſimoprimo,hęc refert. Locutus eſt dominus in ma
nu ſeruorũ ſuorũ prophetarũ:dicẽs. Quia fecit Manaſſes rex Iu-
4 Regum 21. da abominationes iſtas peſſimas,ſuper omnia quæ fecerũt Amor
ræi ante eũ, & peccare etiam fecit Iuda in immundiciis ſuis:pro-
pterea hæc dicit dominus deus Iſraël. Ecce ego inducã mala ſuper
Hieruſalẽ & Iudã:ut quicũq; audierit, tinniant ambæ aures eius.
Et extendã ſuper Hieruſalẽ funiculũ Samariæ,& pondus domus
Achab:& delebo Hieruſalẽ ſicut deleri ſolẽt tabulæ. Delẽs uer-
tã & ducã crebrius ſtilũ ſuper faciẽ eius. Rurſum eiuſdẽ libri uice-
ſimoquarto capite,cũ deſcribit immiſſio diuerſoꝝ latrũculoꝝ alie
nigenaꝝ ſub Ioachim rege Iuda in terrã eius:ad deuaſtandã peni
tus illã,ſubiungũtur hæc ſacrę hiſtorię uerba. Factũ eſt autẽ hoc,
4 Regũ 24. per uerbũ dñi contra Iudam: ut auferret eũ corã ſe,propter pecca
ta Manaſſe uniuerſa q̃ fecit,& propter ſanguinẽ innoxiũ quẽ effu
dit,& impleuit Hieruſalẽ cruore innocẽtiũ:& ob hãc rẽ noluit deꝰ
propitiari. Hæc ibi. Et tamẽ cũ illa uiceſimiquarti cap. acta cõple-
rentur:iã pridẽ Manaſſes facta ſalutari pœnitẽtia,erat pie in dño
(ut credere fas eſt) defunctus. Inſuꝑ Hieremiæ decimoquinto ca.
Hieremiæ. 15. dñs de populo Iuda exterminãdo loquẽs:ait. Et uiſitabo ſuper eos
quatuor ſpecies:dicit dominus,gladium ad occiſionẽ,& canes ad la
cerandũ:& uolatilia cæli & beſtias terræ,ad deuorandũ & diſſipã-
dum, Et dabo eos in feruorẽ uniuerſis regnis terræ : propter Ma-
Hieronymus naſſem filium Ezechiæ regis Iuda,ſuꝑ omnibus quæ fecit in Hie
2 Paralip. 33. ruſalem. Quem prophetæ locum exponẽs beatus Hieronymus
in ſuis ſuper Hieremiã commentariis:inquit. Legimus in dierũ uo
lumine,Manaſſem poſt captiuitatẽ & pœnitẽtiã reuerſum in Hie
ruſalem:atq; regnaſſe. Sed quomodo ſanctorũ merita deſcendunt
ad poſteros,ſicut Dauid & cæterorũ:ſic peccatorũ flagitia, ſi liberi
nepoteſq; ſimilia geſſerint,ad poſteros perueniũt. Quod aũt dicit:
dabo eos in feruorẽ ſiue cõmotionẽ,& anguſtias uniuerſæ terræ.
& ſub Babyloniis ex parte cõpletũ eſt:& nũc expletur in toto.qñ
4 Regum 21. peſſimum regẽ, & ꝗ repleuit Hieruſalẽ à porta uſq; ad portã cruo
re iuſtorum:populus imitatus eſt impius. Ex quo diſcimus, regum
ac principum & præpoſitoꝝ ſcelere:populos plerũq; deleri. Hæc
Hieronymus. Manifeſtũ eſt itaq; ex prædictis,ꝙ dimiſſa ꝑ dei mi
ſericordiã

ſericordiam culpa etiã graui peccatoris:plerũqꝫ reliqua eſt pœna
temporaria,quæ ſecundũ diuinæ iuſtitiæ leges eſt perferẽda in o=
mnimodã illius delicti expiationẽ. Cur igitur ad ſuſtollendã eã pœ
nam tẽporalẽ,quæ debetur adhuc pro peccato iam deleto quan=
tũ ad labem:non fient bona opera ſatiſfactoria, ad perficiendã ſa=
lutarẽ pœnitentiã?¶ Ad hæc, Leuitici quarto capite,& quinto,iti VII.
dem & ſexto: determinatur à dño particulatim hoſtia, ꝓ diuerſita Leui. 4
te peccantiũ aut peccatorũ offerenda in ſatiſfactionẽ. Enimuero
quartũ libri illius caput ſingillatim explicat:quænã fuit faciẽda ob
latio pro peccato ſacerdotis,pro peccato itidẽ multitudinis:pro pec Leui. 5
cato quoqꝫ principis,& deniqꝫ pro peccato ſingularis ꝑſonæ. Quin
tũ uero eiuſdẽ libri cap. latius ediſſerit:q̃ fuit hoſtia in ſatiſfactio=
nẽ offerenda pro peccato procedente ex uehementi affectiõe in
aliquẽ,pro peccato itidẽ cõmiſſo ex negligẽtia aut ignorãtia, & de Leui. 6.
mũ pro peccato circa ſacroꝝ abuſum perpetrato. Sextũ autẽ cap.
prędicti libri ſpeciatim explanat, quo ſacrificij genere ſatiſfactorio
expiandũ erat peccatũ: ex electione, præmeditationeqꝫ & propo
ſito admiſſum. Cõſtat igitur apertiſſime ex eo ſcripturæ loco:ſatiſ=
factionẽ pro peccatis, eſſe iuris diuini, ipſamqꝫ à deo eſſe primũ or
dinatã. Neqꝫ hic obſtrepat quiſquã hæc omnia oblationũ ueteris
legis genera,cũ illa,iã olim eſſe abolita:& ergo per ipſa nõ poſſe fir
miter & efficaciter oſtẽdi,ſatisfactionẽ à deo eſſe ſancitã. Quoniã
tãetſi illæ ſatisfactionũ ſpecies ibidẽ explicatæ, ſint antiquatæ:atta
mẽ ſatisfactio ipſa in genere & ſecũdũ uniuerſalẽ ſuã rationẽ, ꝑma
net integra, incolumis & ſemꝑ ſtabilis, atqꝫ perpetua. Pertinet enĩ
ipſa, ad dei honorificẽtiã:ſecundũ æquitatis legẽ, illi offenſo exhi=
bendã. & ergo in noua lege nõ min⁹ habet roboris & loci:q̃ habuit
in antiqua. ¶ Deinceps. Integra & ꝑfecta pœnitẽtia, ſecũdũ tradi VIII.
tionẽ eccleſiaſticã, orthodoxoꝝ patrũ ſentẽtijs conſentaneã:nõ ſo
lum duabus cõſtat partibus, contritiõe & cõfeſſiõe ſacramẽtali: ſed
tertiã inſuper exigit,ut conſummata habeatur & completa. ſatiſ=
factionem inquam pro peccatis : per iniuncta à ſacerdote piorum
operum officia. Qui igitur hanc tertiam partẽ tollit & negat:nullũ
relinquit cõſummatæ abſolutæqꝫ pœnitẽtiæ faciẽdæ locũ aut mo
dũ. Nec me fugit, Lutherũ in alijs quoqꝫ ſcriptis ſuis iam per alios
acerrime confutatis:hanc tertiã pœnitentiæ partẽ, utpote ſatisfa=

ctionē negare.ut pſpicue liquet ex quinto articulo ipſius: interu-
nū & quadraginta articulos,à Leone decimo,bonę memoriæ,pro
ximis ante annis ſummo pōtifice,authoritate pontificia publice da
mnatos,eo ordine repoſito.Quoniā tñ pro more ſuo Lutherus di
uerſos libros ſuos ijſdē reſpergit erroribus,tanq̃ uenenum ſparſim
diſſeminās,quo plures inficiant: & in hoc(quē impugnandū ſuſce
pimus)libro ſuo de uotis monaſticis,eandē aſtruit impietatē,ſatisfa
ctionis pœnitētialis abnegatoriā:hæc tātilla,ad p̄dictæ improbita
tis deſtructionē,aſſertionēq; ſatisfactiōis,protulimus: quib⁹& hęc
IX. pauca ſubijciem⁹. ¶ Neminē ſane id addubitare reor, beatū Petrū
Lucæ. 22 cū cōuerſus dñs reſpexit eū oculo pietatis & miſericordiæ:obtinu-
iſſe tū ueniā trinæ negatiōis à ſe paulo añ factæ. Et tamē cōtinuo
egreſſus foras fleuit amare: ut ſcribit Matthæus. Nec tantū uno
Matth. 26 aut altero fleuit die, ſed q̃diu uita illi fuit ſupſtes: audito gallicinio
dicit in pias erupiſſe lachrymas, criminis illius admiſſi expurgato
rias.Sed nonne tā uberes illę lachrymæ:ad ſatisfactionē ptinebāt?
X. ¶ Amplius.Cum quis reus criminis læſæ maieſtatis aut humana
cæde pollutus: publico ſecundū leges & iura ciuilia afficiendus eſt
ſupplicio, obtinet aūt à regia maieſtate remiſſionē illi⁹ admiſſi cri-
minis: per illā quidē ueniā à rege impetratā liberat à morte perfe-
renda,quæ illi ſecundū decreta legū fuiſſet infligēda. Verūtamē
in reparationē illatæ iniuriæ, & læſæ parti utcunq; ſatisfacere ad-
huc debet: aut ſolennē aliquā & publicā emendationē exoluere.
Neq; aliqua in parte,iuſtitiæ aut miſericordiæ prætergredit offici
um rex iuſtus & clemēs: ſi poſt indultū ipſi reo mortis,munus uitæ
expoſcat ab illo tēporariā aliquā ſatisfactionē. Quis igit recte pu-
tauerit,deū ipſum regē regū et dominū dominantiū,inique nobiſ-
cū agere: ſi poſt cōdonatā culpā (ob quam æternæ morti eramus
obnoxij) exquirit à nobis ſatisfactoriā aliquā operationē,in perſo-
XI. lutionē aliquantulā pœnæ,propter eā culpā adhuc debitæ? ¶ De
Rom. 6 mum,beatus Paulus ad Romanos iā dei grā iuſtificatos ſcribens
ait. Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immūditiæ & iniqui-
tati ad iniqtatē:ita exhibete mēbra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſancti
ficationē. Quib⁹ ūbis ſalubriter eos admonet, ut corpa ſua per ſa
tisfactionē condignā exhibeant inſtrumēta bonorū operum: ſicut
prius ea exhibuerunt organa grauiſſimorum ſcelerum. Nullum
autem

autem ſatisfactionis genus,illo eſt præſtantius: q̃ cū per quæ quis
peccarit,per eadem punire in ſe peccata atqꝫ eluere ſtudeat.Idem Actuū.20.
quoqꝫ in actis apoſtolicis perhibet ſe teſtificatū eſſe Iudęis atqꝫ gē
tilibus,in deū pœnitentiā:& fidem in dominū noſtrū Ieſum Chri
ſtum. Vbi non ſolum fidem ſe dicit annunciaſſe ijs quibus euāge
lizauerat: ſed & pœnitentiam in deum. Quæ aūt eſt in deū pœni
tentia,& ſalutaris: niſi ea ipſa,qua per ſedulū bonorū operū exer-
citiū ſtudent reſipiſcentes diluere maculas uitæ præteritæ: & pra
uos conuerſationis priſtinæ mores,in meliores conuertere cómuta
reqꝫ? Hoc ipſum aūt : nonne ſatisfactio eſt pœnitētialis? Conſtat
igitur,non eſſe impias: ſed maxime ſalubres & rectas, ſatisfactiōis XII.
leges. ¶ Cæterū obſtrepet hoc loco fortaſſe quippiā: ſententiæ hu
ic Lutheranæ addictus, nimiumqꝫ in ipſam propenſus. Chriſtus in
cruce, acerbiſſima ſua paſſione & morte ſatisfecit pro peccatis no-
ſtris.nō quidē ſolum pro peccato protoplaſtorū, quod totā huma
nam propaginē detruſerat in damnationē mortis:ſed et pro pecca
tis ſingulorū hominū particularibus,immo & ſingulis. Ipſe eñi eſt Ioan.1
agnus dei: qui tollit peccata mundi,& eſt propitiatio pro peccatis 1.Ioann.2
noſtris,non pro noſtris aūt tantū:ſed etiam totius mūdi. Quod &
Eſaias propheta conteſtatur: dicens de Chriſto.ꝙ dominus poſuit Eſaiæ.53
in eo iniquitatē omniū noſtrū: & ipſe peccata multorū tulit,& pro
tranſgreſſoribus orauit.Idem etiam beatus Petrus confirmat:cum 1.Petri.2
ait de domino noſtro. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpo-
re ſuo ſuper lignum: ut peccatis mortui,iuſtitiæ uiuamꝰ, cuius liuo
re ſanati eſtis. Atqui huiuſmodi ſatisfactio per Chriſtū facta pro
nobis,qua ſuſtinuit pœnam pro peccatis noſtris: fuit ſufficiētiſſima
deoqꝫ acceptiſſima. Nō igit debet ulla à nobis fieri ſatisfactio pro
quibuſcūqꝫ peccatis noſtris : ſed ſimul atqꝫ remittitur culpa, delet
& oīnis pœna culpæ debita, neqꝫ ſupereſt aliqua exoluēda pœna:
pro qua abolēda,fiant opa ſatisfactoria. Alioqui iniurius eſt Chri
ſto, quiſquis poſt tam exuberantē & dignā ſatisfactionē eius pro
oīnibus hominū peccatis: ſuam uult adijcere ſatisfactionē, eo ipſo
inſinuans,minus ſufficienter Chriſtū pro nobis ſatisfeciſſe. ¶ Ve XIII.
rum huic reddenda eſt reſponſio. Chriſtū quidē doloroſa ſua paſ-
ſione ſatisfeciſſe pro omnibus & ſingulis mūdi peccatis, ut aſtruūt
teſtimōia ſcripturaꝝ modo adducta : ſed certo quodā ſatisfactiōis

 modo,

modo, quo pœnã æternã peccatis noſtris debitã ſuſtulit, eamq́ȝ in tpalẽ tantũ, cõmutari obtinuit. Proinde q̃ties fit homini à deo peccatoꝝ remiſſio & cõdonatio: tum uirtute efficaciæ paſſionis Chriſti, ignis æterni pœna (cui peccator erat ante obnoxius) cõmutatur in tẽporariã, aut in hoc ſeculo aut in altero perferendã. Supereſt igitur poſt acceptã à deo peccatoꝝ remiſſionẽ, adhuc aliqua pœna tpalis: ex diuinæ iuſtitiæ rectitudine, debita illis peccatis, pro q̃ exoluẽda, debet fieri ſatisfactio: ad integrã pœnitẽtiã agendã. Illius aũt pœnæ partẽ aliquã tollit adimpletio prõpta pœnitẽtiæ: per ſacerdotẽ cui detecta ſunt peccata, iniunctæ pœnitẽti. quæ nõ eſt à quoq̃ reijciẽda cũ ſupcilio aut negligẽda: ſed cum humilitate atq́ȝ ſubmiſſione animi libẽter ſuſcipiẽda, & ocyus peragẽda: qm̃ antidotũ eſt ſalutare contra uirus mẽtis inuſtũ. At quoniã nõ eſt cuiq̃ cõpertũ: an opus illud bonum, iniũctũ confitẽti à ſacerdote, æqua lance reſpondeat illi pœnæ tẽporali debitæ, eamq́ȝ totã exoluere ſufficiat. & plærũq́ȝ cõtingit, cõpleta ea pœnitẽtia; adhuc reliquã eẽ aliquã partẽ illius tẽporariæ pœnæ, quę necdũ eſt perſoluta. Idcirco cõmẽdabile eſt, laudeq́ȝ dignũ: ultra illã ſatisfactoriã pœnitẽtiã ſupaddere & alia bona opa, orõnes, eleemoſynas aut ieiunia: p omnimoda pœnę illius tpalis exolutiõe, utq́ȝ cõpleta fiat ſatisfactio. Non igit̃ iniuriã deo facit: qui bonoꝝ operũ obſequijs ſatisfactionũ pro admiſſis peccatis exercet & perficit. ſed q̃d à deo, & per eũ ab eccl'ia catholica ordinatũ eſt, reuerẽter amplectẽs & exequens: magna ipſum ueneratiõe, honoreq́ȝ ingenti proſequitur.

¶ Aliorũ inſuper Lutheri errorũ, ex libertate ſua (quã ſtatuit) emanantiũ: explicatio & confutatio, et potiſſimũ æqualitatis omniũ bonorũ operũ: in perfectione. Cap. XVI.

I. EX peſtifera itidem ſuæ libertatis, in decimoquarto libri huius capite latius explanatæ, radice: et hunc deducit noxiũ ramũ Lutherus, circa hunc ſui libri de uotis monaſticis locũ, eum qui fidẽ habet: nullis operibus malis damnari poſſe aut accuſari apud deum, cum ait.
» Credentis in Christum nulla ſunt tam mala opera: q̃
» eum poſſunt accuſare et damnare. Rutſum nulla tam bona quæ
» poſſunt eũ defendere et ſaluare. ſed omnia opera noſtra nos accu
» ſant et damnãt: ſolius aũt Chriſti nos opera defendunt et ſaluant.

Cuius

Cuius q̄dē dicti prima particula, q̄ ſit abſona, ueritatiq; cōtraria: Ezechi.18
oſtendit Ezechiel propheta, cōteſtans impiū cū fecerit iniuſtitiā,
in ea q; pſtiterit:in ſua impietate interiturū,& ꝙ anima q̄ peccaue=
rit ipſa morietur. Beatus itē Paulus idē declarat:in epiſtolis ſuis cre 1.Corin.6
bro affirmans,fornicatores,immūdos,fures,rapaces,maledicos:re Gala.5
gnū dei nō poſſeſſuros. Neq; illis proderūt bona Chriſti opa:ut ſal Ephe.5
uentur.quoniā ea nō cōmunicant niſi ijs:qui fide per dilectionem
operante Chriſto ſunt coniuncti,illiq; per charitatis glutinū cohe
rent & coadunantur,quādoquidē in extremo iudicij die: dicturū Matth.7
ſe illis profeſſus eſt. Amē dico uobis:neſcio uos, diſcedite à me oēs
operarij iniquitatis. Secunda uero p̄dictæ Lutheranæ ſententiæ
pars:omnino etiā interimitur & cōuellitur per eiuſdem prophetæ
Ezechielis teſtimoniū,de iuſto in ſua iuſtitia perſiſtente, necnon
de impio auertente ſe à ſua iniuſtitia operanteq; iuſtitiam: ꝙ uita Pſalm̄.14
uiuet & nō morietur. & per pſalmographi ỷbū illud:quo ꝓhibet
eum qui ingreditur ſine macula & opatur iuſtitiā:habitaturū in ta
bernaculo domini,& requieturū in mōte ſancto eius. quo etiā aſtru
it,illū qui fecerit ea uirtutū opera quæ ante deſcripſit:non commo
uendū in æternū. Quā abſurdum autem ſit illud Lutheri dictum
continuo ſubiunctum,omnia opera noſtra eſſe peccata: in primi li II.
bri uiceſimoſeptimo capite, ſatis ſuperq; eſt oſtēſum. ¶ Præterea
ex eadem diſſoluta libertate: Iudæorū ac Turcarum, immo quo
rumnis ueræ fidei expertium mores ac ritus permittit Chriſtianis
Lutherus: cū eodem in loco ait. Poteſt Chriſtianus omniū homi »
num leges,ritus, mores obſeruare, & ſeſe eis accōmodare: modo »
non ſint aduerſus diuina mandata,nec in eis fiduciam conſcientiæ »
ponat. Quod ſi ita,ut his uerbis aſſerit Lutherus,ſe haberet: lice=
ret & nunc uiris Chriſtianis ſuſcipere circūciſionē,celebrareq; ſe=
ptimo q̊q; die hebdomadæ ſabbatū, & decimaquarta luna primi
Iudæorū mēſis manducare ritu Hebraico agnū paſchalē,& in u=
niuerſum totā Hebræorū legem inſtaurare: modo ſpes & fiducia
in eis nō collocaret,ꝙ eſſent neceſſaria ad ſalutē. Nihil em̄ horum
diuino præcepto in euāgelio expreſſo,legit̄ eſſe prohibitū. Sed qs
uſqueadeo fuerit amens & imposanimi: ut ita ſentiat: cū altiſonā
Pauli tubā audiat: Galatis clare intonantē. Si circūdimini: Chriſtus Gala.5
uobis nihil proderit, nec non in diuerſis ſuarum epiſtolarum lo= Philip.3 Coloſſ.2
cis:

Actu.15 cis:obſeruationem rituum legalium cum magna inclamatione o-
mnino damnantem quando etiam in apoſtolorum concilio intelli
gat,circa principium naſcentis eccleſiæ eſſe decretum:quod nō eſ-
ſet quicquàm oneris Moſaicæ legis,credentibus in Chriſtum im-
ponendum:niſi abſtinentia à ſuffocato & ſanguine. Prædictū au
tem Lutheri uerbum:totam Moyſi legem reſuſcitat atq; reuocat
in uſum,quinimmo & Saracenicos ritus, Turcarumq; abomina-
tiones & ſacrilegia: Chriſtianos impune exercere poſſe definit.
Quo certe nihil execrabilius: aut magis deteſtandum. Non eſt e-
nim conuentio Chriſti ad Belial;neq; ſocietas luci ad tenebras, p
2.Corin.6 hibetq; nos diuinus apoſtolus ducere iugum cum infidelibus:& ali
quam cum eis ſacrificiorum aut rituum communicationem habe-
re. Quæ enim participatio(inquit)iuſtitiæ cum iniquitate? aut quę
pars fidelis cum infideli? quis autem conſenſus templo dei cum i-
dolis? Omitto,quod idipſum,ſine graui ſcandalo proximi fieri non
poſſet. nam obſeruatio illa ritus Machometici aut Iudaici: uidere-
tur quædam illius legis approbatio & Chriſtianiſmi abnegatio.
III. ¶ Inſup,ex eadē effrēata libertate ſua: Luther⁹ bonorū omnium
„ æqualitatem,quantum ad dignitatem & gradum, cum Iouiniano
„ aſtruit:cuius hac in parte eſt aſſecla, cum ait. Vna uita melior eſt
„ ſuper alias: quod coram hominibus, non coram deo uerum eſt.
„ Prærogatiuam itidem aureolæ quæ uirginitati aſſignatur,tanquā
„ nugas & mendacia ad fallendum concinnata ſubſannat: his uer-
„ bis. Prærogatiuæ aureolæ,& id genus nugæ,quæ prædicantur,q-
„ bus alliciantur ad uirginitatem Chriſtiani: quid ſunt niſi mera ſa-
„ tanæ mendacia,quibus ad ſuperbiam & corrumpendam conſci-
„ entiæ uirginitatem concitantur? Beatum quoque patrem Hiero-
nymum,quod contra Iouinianum agens uirginitatem nuptijs p̄-
tulerit: indignis inceſſit contumelijs, amariſq; reſpergit conuitijs,
Lutherus in ſanctū Hieronymū oblatrans. „ cum inquit. Fertur uir ſanctus(quod nemo negare poteſt) impe-
„ tu & feruore humano,& nimio ſtudio obſequendi amicis:& in pri
„ mis ſuæ Euſtochio, magiſq; premit Iouinianum authoritate quā
„ ſolida eruditione. Id quod probat parum conſideratus ardor corra
„ dendi undique teſtimonia ſcripturarum, congrua & incongrua,
„ magno ludibrio futurus:ſi paris authoritatis antigoniſtam ſortitus
„ fuiſſet. Nam eos locos quos principes habet, in quibus cardinem
uictoriæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uictoriæ locat : torquet, ne dicam deprauat. Deinde ſubiungit. »
Quis ſcit(inquit)ſi Hieronymus hac parte fuerit unus illorum: de » Ezechi.14
quibus in Ezechiele dicit dominus. Propheta cum errauerit & »
mendacium locutus fuerit: ego dominus qui decepi prophetam i- »
ſtum. Hæc Lutherus. Audiſtis candidi lectores rabulam ipſum et
blateronem : in ſanctiſſimum iuxta ac doctiſſimum uirum Hiero-
nymum tartareo rictu (uti quondam Cerberus, ut ferunt fabu
læ, in Herculem) oblatrantem: uerbaq́ꝫ non modo relatu ſed & au
ditu indigna, plena probrorum & contumeliarum euomentem.
Et mihi certe hanc (ſiqua eſt) culpam condonari impenſius oro:
quod huiuſmodi uerba, perpetuo damnanda ſilentio, hic in auras
protulerim. Quod tamen eo factum eſt animo: ut ex illis tanquam
aperto quodam argumento cognoſcant omnes, quàm contume
lioſus eſt in patres orthodoxos, lucida eccleſiæ luminaria, ſolidasqꝫ
baſes Lutherus: ubi ſuæ repugnant ſententiæ. Quoniã enim Io-
uinianum (in cuiꝰ uerba iurauit hac in parte Lutherus) telis ſuis a-
cutiſſimis confodit Hieronymus : id illi maxime dolet. eoq́ꝫ demũ
ueſaniæ ipſum perpellit: ut eo in opere & erraſſe Hieronymũ, &
ſcripſiſſe mendacia atqꝫ deceptum fuiſſe, plane affirmet. Sed indi-
gna ſunt profecto quæ refellantur, ea uerba: in ipſum fidei ſanctæ
propugnaculum, malleum hæreticorum, uallumq́ꝫ eccleſiæ fortiſſi
mum eiaculata: ut tela imbellia ſine ictu & mucrone, in murũ ada
mantinum uibrata. ¶Cæterum ad hanc omnimodam operũ æ- IIII.
qualitatem deſtruendam, nuptiarũq́ꝫ cum uirginitate æquiparati-
onẽ: unus ſufficit agonithetes & athleta ſacer, ipſe Hieronymus
(qui dente Theonino tantaq́ꝫ mordacitate à Luthero impetitur)
in luculento illo opere: quod in Iouinianum duobus libris abſolu-
tiſſime elaborauit. Iiſdẽ nanqꝫ telis, & Lutherus aſſectator Iouini
ani: penitus traiectus confoſſusq́ꝫ iacet. Enimuero in primo operis Hieronymus in Iouinianũ
illius libro, & ſcripturarũ teſtimonijs & ſecularis literaturæ copio-
ſis exemplis, contra primam Iouiniani propoſitionem demonſtrat
beatus Hieronymus: uirginitatem nuptijs, dignitate & merito p̃-
ferri, ſingularemq́ꝫ ipſius prærogatiuã luculenter adaperit. de qua,
etiam infra, capite uiceſimonono : nonnihil pro loci oportunitate
ſumus dicturi. In ſecundo uero libro, contra quartam & extremã
Iouiniani propoſitionem oſtendit idem: inter opera bona, gradus

quoſdam eſſe ponendos &diſtinctiones,quantum ad dignitatem
V. & precium,de quo nũc obiter etiam aliquid ſubijciemus. ¶Sane idipſum,inæqualitatem inquam & diſcretionem quandam dignitatis inter opera bona,diuerſaq; uitæ electorum genera eſſe aſtruẽ
Mar.4 dam:oſtendit in primis trifariam diuerſus ille fructus,centeſimus, ſexageſimus atq; triceſimus,quem attulit ſemen iactum in terram bonam:ſecundum euãgelicã parabolam. Nempe centeſimus fructus,iuxta beati Hieronymi ſententiam,in ipſo pene ueſtibulo primi libri contra Iouinianum expreſſam:uirginali reſpõdet gradui, ſexageſimus:uiduali,triceſimusq;:nuptiali. Et ipſa inęqualitatis in illis numeris,centenario,ſexagenario & trigenario proportio: triũ
VI. illorũ ſtatuũ in dignitate & meritis diſſimilitudinẽ arguit. ¶Deſi-
Ioan.14 gnat idem:& illud Chriſti uerbum ad ſuos diſcipulos apud Ioãnẽ. In domo patris mei manſiões multæ ſunt. Quippe p has multiplices manſiones:diuerſa inſinuãt præmia, in regno cæleſti electis diſtribuenda:& non niſi diuerſis inæqualibusq; operibus & meritis,
VII. ſecundum diuinæ iuſtitiæ rectitudinẽ, reſpondentia. ¶Exprimit
Lucæ.19 itidem eandem ſententiam,& illud apud Lucam uerbum domini parabolicum:quod unius ſeruorum mna,decem mnas acquiſiuit, alterius autem:ſolummodo quinq;,quibus & diuerſa data ſunt pmia:ſecundum conſimilem operum in ipſa inęqualitate proportionem. Ille nanq;,ſuper decem ciuitates conſtitutus eſt princeps:hic uero,ſuper quinq;. Sed nonne hæc ipſa parabola:diuerſitatẽ et im-
VIII. paritatem bonorum operum,dilucide loquitur? ¶Accedit his,et il-
1.Corin.3 lud beati Pauli uerbum ad Corinthios:de ædificantibus ſupra fundamẽtum illud unum quod eſt Chriſtus, quod alius ſuperædificat aurum,alius argentum:et alius lapides precioſos. Per quos indicãtur,qui diuerſa faciunt opera bona:dignitate et qualitate diſparia. Haud aliter quã aurũ,argentũ et lapides precioſi, magnam quidẽ habent precij dignitatem:quodam tamen gradu et ordine diſtin-
IX. ctam. ¶Conſonat iiſdẽ: et illud eiuſdem apoſtoli dictum. Alia cla-
1.Corin.15 ritas ſolis,alia lunæ,et alia ſtellarũ:et ſtella à ſtella differt in claritate,ſic et reſurrectio mortuorum. Sed unde hęc cõſurget diuerſitas gloriæ in reſurrectione iuſtorum:niſi ob diuerſitatẽ bonorum operum in hac uita peractorum? ut qui excellentiora fecerint:conferãtur claritati ſolari,qui mediocria:lunari,qui uero inferiora:ſtellarũ
ſplendori.

ſplendori. ¶ Ipſe quoq; altiſonus Chriſti præco euangelicaq; tuba X.
Paulus, qui plus omnibus laborauit, & ab Hieruſalem uſque ad Il 1. Corin. 15
lyricum repleuit loca omnia euangelio Chriſti: nonne perfectiora Roma. 15
habuit & præſtantiora opera, iis qui non tantum impenderunt la
boris ad annunciandum mundo Chriſtum? aut qui nullum ſubie-
runt prædicandi euangelii laborem? cum in Daniele ſcriptum ſit: Danie. 12.
quod qui ad iuſtitiam erudierint multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in
perpetuas æternitates. ¶ Quis etiam ſuæ mentis compos inficiari XI.
auſit, opus martyrii longe eſſe præſtantius cæteris operibus bonis
minus arduis? cum dictum ſit à domino: quod maiorem charitatē Ioan. 15.
nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.
Hæc paucis perſtricta ſunt: contra hanc peſtiferā Lutheri de ope
rum bonorū æqualitate aſſertionē. Quā qui uoluerit amplius im
probatam perſpicere: ad liquidum beati patris Hieronymi fontem
iā monſtratū approperet, & de uiua illius aqua pleno cratere hau
riat fluenta ſanæ doctrinæ.

## ¶ Monaſticū inſtitutū, ſacræ ſcripturæ athuoritati haud quaq̄ aduerſari: & in bonis opibus homines etiā deo coagentes eſſe, nec ſolū paſſiue ſe habere. Cap. XVII.

SEptima Lutheri obiectio. Inſtitutio monaſtica re- I.
pugnat authoritati ſacrarum literarum: potiſſimū »
illi quam beatus Paulus ſcribit ad Timotheum, ta- » 1. Timo 4
xans peruerſam aliquorum doctrinam prohiben- »
tium nubere, & abſtinere à cibis quos deus creauit »
ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus. Hanc au- I.
tem doctrinam (inquit) ſequuntur monaſticæ uitæ cultores: indu- »
centes cælibatum & abſtinentiam à carnibus, & ita prohiben- »
tes nuptias: docentes'que abſtinere à cibis, humano generi in u- »
ſum à deo conceſſis. Aduerſatur etiam obſeruatio monachalis: il- »
li uerbo beati Pauli ad Coloſſenſes. Nemo uos iudicet in cibo aut » Coloſſ. 2
in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ aut ſabbatorum: quæ »
ſunt umbra futurorum. Et paulo poſt eodem loco. Si ergo mortui »
eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquā »
uiuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis, neq; guſtaueritis: neq; »
contrectaueritis, quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu, ſecundū p »
cepta & doctrinas hominum: quæ ſunt rationem quidē habentia »

» ſapientiæ in ſuperſtitiōe & humilitate. Nempe inſtituti monacha
» lis profeſſores delectū faciūt ciborum & diſcretionem ſecundum
» traditiones ſuas: quod in prædictis uerbis prohibet beatus Paulus,
» & in alijs multis ſuarū ep̃larū locis. Vetat etiam apoſtolus hiſce
» uerbis p̄dictis, credētes in Chriſtū decretis hoīm teneri: cōformis
Matth.15 » ea in re uerbis Chriſti, adducentis contra Phariſæorum traditio»
» nes illud dictum propheticum. Fruſtra autem colunt me: docen»
Eſaiæ.29 » tes mandata & doctrinas hominū. Idem quoq; admonet & Pau
Titum.1 » lus, ſcribens ad Titum & fideles adhortans: q̃ nō ſint intēdentes
» mandatis hominum auerſantium ſe à ueritate. At uero inſtituta
» cœnobitica nihil aliud ſunt: q̃ humana placita & mandata, q̃ ſuo
» ſenſu adinuenerunt homines, & ſuo arbitratu conſtituerunt. Non
» eſt igitur probandum hoc uitæ genus: quod tot & tantis ſcripturæ
II. » locis plane reluctatur & refragatur. Hæc Lutherus. ¶Reſpon-
ſio. His omnibus in præſente adductis obiectione: propemodum ſatisfactum eſt & abunde, in primo huius operis libro, præſertim in decimooctauo & uiceſimoprimo eius capite. Quoniam tamen hoc in loco adducunt etiam à Luthero: non pigebit in tranſcurſu de iiſdem adhuc aliquid diſſerere, ut lœtali ueneno præſentaneū ſit antidotum. In primis igitur ea Pauli uerba ad Timotheum, in
Taciani ipſa obiectiōis huius fronte citata: contra Tacianos dicuntur, da-
mnantes connubia in uniuerſum, tanq̃ humano generi illicita. &
Seueriani contra Seuerianos: improbantes uſum certorū ciborum, tanq̃ om̃i bus ſine diſcrimine uetitum. Monachi aūt & uitæ eorum inſtitutores, hoc modo nō prohibent nubere: quaſi nuptiæ omnino ſint etiam quibuslibet illicitæ. nec cibos intotum uetant & interdicunt: quaſi cuiuis hominum generi noxios. Sed docent nonnullos certū uitæ genus profeſſos: licite à nuptijs & certo ciborū gn̄e abſtinere, ad frenationem uoluptatū corporis & caſtigationem carnis. Quæ ſane doctrina: nec euāgelio nec apoſtolicis documentis nec ueritati repugnat. qm̄ nec diuina lex nec humana prohibet
1.Corin.9 quempiā ſponte ſua ab ijs abſtinere, quæ alijs ſunt conceſſa: utcaſtiget corpus ſuū cū apoſtolo, & in ſeruitutē ſpiritus redigat. Quis em̄ niſi prorſus impius, ſanctiſſimū Chriſti præconem Ioannē Baptiſtam reprehendendum duxerit: q̃ aliorū hominū more, uinum & ſiceram non biberit, & carnibus non fuerit uſus in cibum ob q̃d

ſane

ſane: clariſſimo eſt extollendus præconio. Quis item Rechabitis Hiere. 3.
id uitio dederit: q̄ præcepto parentes paterno, abſtinuerint perpe-
tuo ab uſu uini: ob quod apud Hieremiam mirifice cõmendãtur
à domino: tantæq; obediẽtiæ merces illis ampla repromittitur. Ne
q; eñ abſtemij fuerunt & temperarunt à potu uini, quoniã malũ
erat aut inſalubre uinum: ſed ut paternæ uoci obtẽperarent. Quẽ-
admodum è diuerſo primi parentes noſtri non offenderunt deũ
in eſu pomi uetiti: quoniã illud eſſet incolumitati corporis officiẽs
atq; incõmodans bonæ eorũ ualitudini, cũ idipſum mulier uiderit, Gene.
teſte ſcriptura, eſſe bonũ ad ueſcendum: & pulchrum oculis, aſpe-
ctuq; delectabile. Sed ex ea fructus uetiti manducatione grauem
incurrerunt culpã: quoniã contra dei legem ſibi præſcriptã & cõ
ſtitutã, illum comederunt. ¶ Ea uero beati Pauli uerba ad Coloſ- III.
ſenſes, ſecundo in hac obiectione adducta loco: intelliguntur de
diſcretione ciborũ ritibusq; & cærimonijs ueteris legis. quæ oĩa
coruſcante legis euangelicæ luce uim ſuã & efficaciã deperdide-
runt. Neq; per religionis monaſticæ cultores, reſuſcitatur eorum
rituum uſus: aut profertur in auras. ſed noua facta ſunt inſtituta
circa ciborũ uſum: nulla habita ad ueterẽ legem aut eius conſtitu-
tiones ratione. Quare hæc omnia quæ ad Coloſſenſes ſcribuntur
perperã hic applicat Lutherus ad delectũ ciborũ, qui in profeſſi-
one monachali conſtitutus eſt, nec non ad ritus & cærimonias: in
diuerſis religioſorũ domibus uario modo atq; rationabiliter inſtitu-
tas. In his eñ omnibus: ſcripturæ peruertit intelligentiã: & uerba
apoſtolica ad ſuum detorquet ſenſum, à recta illorũ ſententia lon-
ge abhorrentẽ. Quod & in cæteris etiã facit ſcripturarũ locis: in
præſenti obiectione, tertio citatis ordine, & prætendentibus decre
ta hominũ minime eſſe ſeruanda. Nẽpe & illud beati Pauli dictũ
ad Coloſſenſes quod hic affertur, & uerbũ Eſaiæ, itidẽ & Pauli
ad Titũ: accipienda ſunt de mandatis & doctrinis hominũ, quę dei
doctrinæ præceptisq; aduerſantur. quales erant Phariſæorũ tra-
ditiones: diuinis mandatis contrariæ. Non aũt debent intelligi de
conſtitutionibus humanis, diuinæ legi cõcordantibus: magnamq;
præſtantibus opem, ut mandata dei integrius & ſyncerius obſer-
uentur. Atqui religioſorũ ſtatuta & leges: nullam habent cum di-
uinis præceptis diaphoniam atq; diſcordiam, quinimmo illis ma-

gna concinnitate & harmonia cōcordant. Neq; humano tantum
ſenſu adinuenta cenſeri debent ea monaſticæ uitæ inſtituta: ſed
ſpiritu ſancto ſuggerēte ea cordibus ſanctorum patrum, primum
ſancita certisq; regulis digeſta, quinimmo & ex ipſo euangeliorū
liquido fonte (ut prius eſt oſtēſum) deducta. Non ergo ut huma
na placita, contēnenda ſunt: ſed ut à deo authore primario profe-
IIII. cta, commendanda. ¶ Cæterum non eſt in præſentia ſine excri-
bratione prætereundū id Lutheri uerbum: circa hunc locū, ſuo.
» (quem nūc improbamus) libro inſertū. Debemus (inquit) nos deo
» ductiles præbere: ut ipſe in nobis operetur, nō nos operemur, &
» ergo relicta operū fiducia: inniti ſoli fidei ac fiduciæ dei. Quo qui-
dem in uerbo ſubinſinuat Lutherus improbū illud dogma & ſcri-
pturæ ſanctæ aduerſum: in bonis operibus nos debere tantū paſſi-
ue (ut ita dixerim) noſipſos habere. ut nihil in illis agamus ipſi nec
V. operemur: ſed deus totum in nobis operetur. ¶ Si enī ita ſe res ha
beret: minus eſſemus operū illorū cauſæ, q̄ inſtrumenta artis aut
organa naturæ ſuarū operationū. Quāuis enī illa à præcipuo mo
ueantur agente, ut artifice aut forma ſubſtantifica: nihilo ſecius a-
liquā habent agēdi rationē, & coagentia dicuntur & coëfficientia:
ob ſecundariā operādi uim, illis ut organis inſitam. Noſtra uero uo
luntas & anima, non ſolum à deo ut pręcipuo moueretur authore
ad opus bonum: ſed ut toto & omnimodo authore, nobis nullo pa
VI. cto concurrentibus ad illius operis efficientiā. ¶ Quod ſi ita eſſet:
cur tale opus, noſtrum diceretur: qui nihil illius ageremus? Cur itē
deus ipſe opera bona quibus mādata illius obſeruaremus, donaret
præmio, & remuneraret ampla mercede cæleſtis gloriæ: ſi nihil in
illis noſtrū eſſet, quod ageremus? Quid in nobis (oro) coronaret
deus, & æternę felicitatis brauio dignaretur: ſi totū eſſet ſuū quod
in bono fit opere, & nos tanq̄ truncus iners, tanq̄ lapides & ſaxa, lu
men aut calorem (quē neutiq̄ efficiunt) ſuſcipientia: moueremur
VII. ad opus? ¶ Dictū eſt utiq; in pſalmo, eū in tabernaculo dei habita
Pſal. 14 turū: qui ingreditur ſine macula, & operať iuſtitiā. Et in fine eiuſ-
dem pſalmi ſubiunctum. Qui facit hæc non commouebitur in æ-
ternum. Operari autem & facere, ſecundum rectas grammaticę
leges: nonne agendi ſignificationem, & non patiendi, ſortiuntur.
VIII. ¶ Ruſum in euangelio dicit Chriſtus. Non omnis qui dicit mihi
domine,

domine,domine: intrabit in regnũ cælorũ, ſed qui facit uoluntatẽ Matth.7
patris mei qui in cælis eſt: hic intrabit in regnũ cælorum Et legiſ-
perito poſt enumerationem præceptorum decalogi quam recen-
ſuerat: reſpondit Chriſtus. Hoc fac; et uiues. Facere autem uolũ Lucæ.10
tatem patris cæleſtis,et facere mandata legis: actiuam nimirum ra
tionem, non paſſiuam in agentibus inſinuant. ¶ Et ut paucis agã; IX.
tota ueteris et noui teſtamenti pagina his ſcatet ſententijs: quæ ſi-
gnificant nos etiam bonorum operum authores eſſe et actores.
Quod ſi ex plurimis unam adhuc libet audire: cum dominus no-
ſter diſcipulis ſuis dixit in diuino illo ſermone poſt cœnam extre- Ioann.15
mam. Sine me: nihil poteſtis facere. nonne hanc ſubindicauit aſ-
ſertoriam. me adiutore: aliquid poteſtis facere? quemadmodum &
palmes in uite manens,& ab ea germinandi uim ſortitus: fructum
producit, ipſius uitis adiutorio. Poſſumus itaq; à deo adiuti bona
facere opera: quorum etiam ſimus authores & efficientes, nõ qui-
dem præcipui & primarij: cum deus ſit prima eorum cauſa, ſed ſe-
cundarij & ſubſequentes. ¶ Quare ſentiendum eſt inconcuſſe et X.
firmiter: diuinam in nobis gratiam & deum, præcipuam in noſtris
bonis operibus & primariam agendi uim habere. Noſtram autẽ
uoluntatem, diuino motam præſidio: etiam illorum operum cau
ſam eſſe operatricem atq; inſtrumẽtariam, ut quæ moueat & ui-
res animi intraneas & corporis membra in executionẽ operis. &
hoc ipſum à deo in nobis coronari: quod ei ſponte noſtra coopere-
mur. ¶ Quod etiam ex hoc uno Pauli uerbo aperte conuincitur, XI.
qui cum ad Corinthios ſcribens dixiſſet: ſe plus omnibus apoſto- 1.Corin.15
lis laboraſſe in annũciando dei uerbo, ne ſibi ſoli id opus bonũ ar-
rogaſſe uideretur: cõtinuo ſubiunxit. Non aũt ego: ſed gratia dei
mecum. Ecce dei gratiam, illius indefeſſi laboris cauſam præcipu
am: & Paulum illi cooperantem, eiuſdem cauſam effectricem ſe-
cundariam. ¶ Conſonat eidem & illud Eſaiæ uerbum. Domine XII.
dabis pacem nobis: omnia eñ opera noſtra, operatus es in nobis. Vbi Eſaiæ.26
planũ eſt, prophetam de bonis operibus facere ſermonẽ: quando-
quidẽ mala opera nequaq̃ operatur deus in nobis. At huiuſmodi
opera appellat Eſaias noſtra: q; aliquã efficiendi rationem habea-
mus in illis, & ſimus quodã modo illorũ cauſæ efficientes. Enimue-
ro ſi nihil actiuę uirtutis haberem⁹ ad ea opera, ſed tantũmodo dei

actionẽ

actionem in nobis ſuſciperemus,nihil ei coëfficientes:non deo di-
xiſſet propheta:omnia opera noſtra operatus es, ſed, omnia opera
tua operatus es nobis. Cum itaq; teſtetur propheta, deum omnia
opera noſtra eſſe operatum:conſtat profecto nos illorum operum
XIII. eſſe etiã effectores,ob quod, merito noſtra dicantur. ¶ Demũ &
oculus ipſe lumine phœbeo colluſtratus,& illius adminiculo colo
res diſcernẽs: idem dilucide pandit. Nempe in naturali illa uiſiõe,
oculus non ſolũ receptat in ſe lumen à ſole, ſuperne ſibi infuſum:
ſed & natiua uirtute perficit unà cũ lumine uiſionẽ coloris, & ipſi
cooperatur lumini. Si enim irradiatio illa ſolis dũtaxat oculo inful-
geret,non coëfficienti uiſionem:ſed ſopito & torpido,quemadmo
dum accidere ſolet ijs,qui apertis oculis & nullo palpebrarum ue
lamine adopertis,ſomnum capiunt:nulla tum fieret per oculũ di-
ſcretio colorum aut inſpectio,quod uis illa natiua oculi nõ eſſet ad
actionem uitalem excitata,ſed ligata,ſegnis & torpens: nõ aliter in
ſe lumen ſuſcipiens,quàm ſpeculum inanime & arte politum,ima
ginem,quam non diſcernit. Haud abſimili modo anima rationalis,
ad bonũ opus agendũ:& gratiam dei,ut fulgorem quendam ſpiri
tualẽ & calorificũ,in ſe admittit:& adiuta illi[9] ſubſidio, cooperatur
ipſi ad illius boni operis productionẽ. Quocirca nõ ſolum patitur
XIIII. ipſa:ſed & agendi illius operis uim quandã obtinet. ¶ Poſtremum,
Mat. 7 in euangelio frequenter homo bonus confertur arbori bonę:ſicut
& malus malæ. ut cum ait dominus noſter. Omnis arbor bona fru
ctus bonos facit:mala autem arbor malos fructus facit. Omnis ar-
bor quæ non facit fructum bonum:excidetur,& in ignem mitte-
tur. Atqui arbor ut fructum ſuum proferat:non ſolum à terra ſu-
ſcipit alimentum,& à ſolari uirtute uim uiuificatricem & produ
ctricẽ:ſed etiam genuina ui & intima formæ ſubſtantialis actione
coëfficit ad ipſius fructus æditionem. Igitur & homo,tanquã ſpi-
ritualis arbor plantata in horto dominico:cooperatur ſupernę gra
tiæ,ad fructus bonorum operũ largiter proferendos. ¶ Sed de his
hactenus. Quod autem ſubnectit in prædictis uerbis Lutherus,
nos relicta operũ fiducia,ſoli dei fiducię inniti debere:ſupra exceſ-
ſum eſt & improbatũ,capite huius libri decimotertio.

¶ Bonorũ ſpiritualiũ cõmunicationẽ,inter mẽbra corporis
myſtici fieri:& unius in alterũ diſtributionẽ. Cap. XVIII.

Sed

SEd nec illud eſt oſcitanter pertranſeundum: quod 1.
circa hunc locum ſubijcit Lutherus, damnans eos
atq; improbans, qui morituris peccatoribus cõmu-
nicant opera ſua bona: his uerbis. Ecce do tibi quic »
quid boni feci in uita mea, confidentes in ſuis operi »
bus: quaſi poſſint non ſolum ſibi, ſed & alijs prodeſſe ad ſalutẽ. At »
Chriſti ſolius proprium eſt (inquit) ſuis meritis & operibus iuuare »
& ſaluare alios. Cæterorum opera, nullis nec ſibi ipſis proſunt. qa »
ſtat ſentẽtia. Iuſtus ex fide ſua uiuet. Et paulo poſt. Chriſtiani dif- » Abacuc. 2
finitio eſt hęc. Credens ſolius Chriſti operibus ſolis, ſine proprijs iu »
ſtificari, à peccatis liberari & ſaluari. Chriſti diffinitio eſt, Qui ſal » Mat. 2
uum facit populum ſuum à peccatis eorum: donans illis uniuerſa »
ſua merita & uniuerſam iuſtitiam. Fides autem & opera: in re iuſti »
ficationis, extreme aduerſantur. Hæc Lutherus. ¶ In quibus qui » II.
dem uerbis: duo continentur errores peſtiferi. Primus aſtruens ali
quorum bona opera non poſſe alijs ad ſalutem prodeſſe, nec com
municari: excepto Chriſto, cuius iuſtitia prodeſt uniuerſis. Secun-
dus uero eſt, ſolam fidem ſine operibus ſufficere ad uitam: nec o-
pera noſtra ad ſalutem nobis ipſis quicquã conducere, quinimmo
fidẽ & opera in iuſtificatione hominis omnino repugnare. Verũ
quoniam huius ſecundi erroris ſæpius à Luthero etiam locis alijs
inculcati, impietas, monſtrata eſt in uiceſimoſeptimo capita primi
libri, & ſacris literis & rectæ rationi penitus aduerſari: non eſt cur il
li confutando amplius immoremur. Sed ad priorem illum eliden-
dum, negantem quempiam ſuorum bonorum participationẽ alijs
poſſe elargiri, cõmunicareq; conſortiũ: exacuẽda ſunt rationũ tela.
¶ In primis ſiquidẽ perſpicimus in toto naturæ opificio & ſingulis III.
eius partibus: hanc bonorũ in alia cõmunicationẽ elucere. Quip-
pe ſupremo collocati culmine angelici ſpiritus: acceptos (ut diuin⁹
ait Dionyſius) à deo ſine ullo interſtitio ſupernos fulgores traijciũt Dionyſius.
in eos, qui medio collocantur ordine. & hi eoſdẽ diſpartiunt in po-
ſtremos. In cæleſtiũ uero globorũ regione, nõ modo ſol: ſed & lu-
na & aſtra fulgida ſuã claritatẽ diffundũt in ſubiectũ aërem, cõmu
nicantq; oculis mortalium. Demũ in hac ſublunari & elementari
mũdi parte, ignis & ſuũ calorẽ & ſplendorẽ in proxima primũ cor
pora: deinde uero in diſtãtiora traducit. Quis igitur recte cẽſuerit

hominē (propter quē, ſenſibilis hæc mūdi machinā eſt cōdita) hūc ingenuū naturæ conatū in rebus omnibus exploratū, imitari non poſſe: nec quæ obtinet bona ſpiritualia, aliis cōmunicare. Certe ſi id daretur: eſſet homo, inanimis etiā corporibus abiectior, ſi qua ha
IIII. bēt: in alia cōmunicātibus. ¶ Rurſum. In corpore naturali non modo caput ſublimi ſitū faſtigio, cæteris mēbris cōmunicat influxum, uirtutē & motū: ſed & cætera etiam mēbra, præſertim cor & ſtomachus, qnimmo naturali q̄dā inſtinctu unūquodq; mēbrū alteri eſt pſidio: per ſolicitā eorꝫ quę obtinet bonorū diſpartitionē. Atq
Roma. 12 corporis myſtici caput, Chriſtus eſt: ſinguli autē (ut ait apoſtolus) alter alterius membra. Non igitur ſolū Chriſtus ſua bona nobis cōmunicat: ſed etiā quiſq; hominum ſpirituales bonorū operū diuitias aliis impartiri poteſt & diſtribuere. Alias perfectior eſſet mē
V. brorū corporaliū: q̄ ſpiritualiū, inter ſe habitudo. ¶ Præterea. Mēbra corporis myſtici maxime debēt eniti ad imitationē ſui capitis: in iis quæ mēbrorū cōditioni nō repugnāt, quoniā in hoc conſiſtit ſumma perfectionis mēbrorū: ſi q̄ proxime poſſunt, conformātur capiti. Et hinc beatus apoſtolus in ſuis epiſtolis tantopere nos hor
Ephe. 5 tatur: ut ſimus imitatores Chriſti. Atqui caput noſtrum Chriſtus: ſua bona cōmunicat benigno influxu membris ſuis, & huiuſmodi bonorum in alios cōmunicatio: nullo pacto aduerſatur mēbrorum qualitati & cōditioni. cum uideamus in fruticibus & arbuſtis, radicem, ſuſceptum alimentum & humorem deriuare in ipſum truncum: & deinceps truncū quod ſuſceperit nutrimentū diſpergere in ramos, & demum ramos in frondes, flores & fructus. Ergo ad imitationē capitis: & membra corpis myſtici poſſunt aliis ſua bona
VI. cōmunicare, & ad hoc debent generoſo animo eniti. ¶ Inſup beat⁹
Thomas Aquinas. Thomas Aquinas in opuſculo ſuo de expoſitiōe ſymboli apoſtolorū, cæteris eius opiſculis inſerto & annexo: explicās hūc articulū, Sanctorꝫ cōmunionē: ait. Sicut in corpore naturali, opatio uni⁹ mēbri cedit in bonū totius corporis: ita in corpore ſpirituali, ſcilicet eccleſia. Et quia omnes fideles ſunt unū corpus: bonū unius alteri cōmunicať. Nā ait apoſtolus ad Romanos duodecimo capite. Singu
Roma. 12 li aūt, alter alterius mēbra. Vnde & inter alia credēda q̄ tradiderūt apoſtoli: eſt ꝙ cōmunio bonorū ſit in eccleſia. & hoc eſt quod dicitur, ſanctorꝫ cōmunionē. Inter alia uero mēbra eccleſiæ, principa-

le

le membrum eſt Chriſtus:quia eſt caput. quemadmodũ ait Pau-
lus ad Epheſios primo cap. Ipſum dedit caput ſup omnẽ eccleſiã: Ephe.1
quę eſt corp⁹ ipſius. Bonũ ergo Chriſti cõmunicat̃ omnibus Chri
ſtianis:ſicut uirtus capitis, omnibus mẽbris. Et hęc cõmunicatio fit
per ſacramẽta eccleſiæ, in quibus operatur uirtus paſſiõis Chriſti:
quæ operatur ad cõferendã gratiã in remiſſionẽ peccatorꝝ. Hæc
Thomas. Ex quibus uerbis perſpicuũ eſt: hunc eſſe articulũ fidei
in ſymbolo apoſtolorũ inter cæteros cõprehẽſum, ꝙ cõmunio bo
norũ ſpiritualiũ & capitis in mẽbra, & mẽbrorũ in alia mẽbra: eſt
in eccleſia. qui quidem articulus explicatur hiſce uerbis, ſanctorũ
cõmunionẽ. Lutherus igitur, obdurata fronte negãs bona opera
unius fidelis poſſe alijs cõmũicari: deſciſcit ab integritate fidei, & p̃
dictũ negat articulũ. ¶ Ad hęc. Idem probatiſſimus author: circa VII.
finẽ expoſitionis prædicti articuli, ſubnectit. Sciendũ eſt etiã, ꝙ nõ
ſolum uirtus paſſionis Chriſti cõmunicatur nobis: ſed etiam meri
tum uitæ Chriſti, & quicquid boni fecerũt omnes ſancti, commu
nicatur in charitate exiſtẽtibus, quia omnes unum ſunt. Vnde ait
pſalmiſta. Particeps ego ſum omnium timentium te. Et inde eſt ꝙ Pſal.118
qui in charitate uiuit: particeps eſt omnis boni quod fit in toto mũ-
do. ſed tamen ſpecialius illi: pro quibus ſpecialius fit aliquod bonũ.
Nam unus poteſt ſatiſfacere pro alio: ſicut patet in beneficijs, ad
quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc
communionem conſequimur duo. unum ſcilicet: ꝙ meritũ Chri-
ſti cõmũicatur omnibus. Aliud: quod bonum unius communicat̃
alteri. Hæc Thomas. Sed q̊modo uir iuſtus erit particeps omni-
um timentium dominum, & cuſtodientium mandata eius: niſi fiat
bonorꝝ unius in cæteros communicatio, & mutua quædã atq; reci
proca bonorꝝ operũ inter fideles participatio? Ex ipſius igitur pſal-
mographi ſentẽtia: etiã aſtruitur hæc bonorũ unius in alterũ cõ-
munio. ¶ Amplius. Complura ſacrarũ etiã literarũ exempla: teſti- VIII.
ficantur hãc bonorꝝ cõmunicationẽ. Siquidem benedixit dñs ipſi
Laban ad introitum Iacob: in bonorum tẽporaliũ multiplicatiõe.
Benedixit item dominus domui Aegyptij: propter Ioſeph uẽditũ Gene.30 Gene.39
illi in ſeruum. Et cum arca dei tres mẽſes maneret in domo Obe- 2.Regũ.6
dedom: benedixit dñs domui hoſpitis ipſius arcæ. Quid ergo faci-
et arca uiua & animata: anima ſcilicet uiri iuſti? nõne maiora bona

3.Regũ.17 ſcilicet ſpiritualia:in alium transfundere poterit? Helias itidem pro
pheta, uiduæ Sareptanæ ſuſceptus hoſpitio: farinam eius multipli
cauit & oleum, inſuper & filium ipſius mortuũ ſuſcitauit. Et Heli
4.Regũ.4 ſeus propheta, mulieris Sunamitidis domo receptus:& filiũ illi im-
petrauit cum ante fuiſſet ſterilis, & deinde illũ extinctũ reuocauit
ad uitã. Si hæc beneficia tẽporalia cõmunicarũt ſancti patres alijs,
cum quibus diuerſabantur: nonne longe amplius ſpiritualia iiſdem
gratiarũ dona (ubi nullus erat obex) impartiuerunt? Demũ ſacra-
tiſſima uirgo Maria iam dei filio pro nobis incarnato oppignera-
ta, cũ uiſitauit Elizabeth:nonne merito ſuo id obtinuit atq; præſen
tia, ut exuberantia gratiæ (qua erat refertiſſima) transfunderetur
Lucæ.1 in ſanctã cognatã ſuã, et in filiũ ei⁹ utero adhuc materno clauſum?
ut ad primã ſalutationis eius uocẽ, & repleta fuerit ſpiritu ſancto
Elizabeth:& exultauerit in gaudio infans in utero eius. Sed quid
hoc aliud fuit: q̃ bonorũ deiparæ uirginis in alios propagatio atq;
IX. deriuatio? ¶ Occurrent facile cuiuis & alia q̃ plurima exempla in
ſacris conſcripta literis: quæ huius rei fidẽ faciant, cõmunionẽ ſcili
cet bonorũ unius in alios eſſe. ut de Abraã, Moyſe, Dauid & cæ-
Gene. 26 teris:promptũ eſſet oſtendere. Cur eñ dixiſſet dominus ad Iſaac,
ſe benedicturũ illi & multiplicaturũ ſemen illius propter Abraæ
obedientiã & iuſtitiã: niſi fuiſſet bonorum operũ Abraæ patris in
4.Regũ 20 Iſaac filiũ communicatio? Cur etiam Ezechiæ regi Iuda denunci
aſſet deus per Eſaiam prophetã: ſe protecturũ urbẽ Hieruſalem,
propter Dauid ſeruũ ſuum? nonne cõmemoratio illa priſcorum
patrũ: deſignat nobis eorũ merita poſteris profuiſſe, & impetraſſe
Exodi. 32 à deo bñficia? Cur etiam in oratione ſua Moyſes orans pro popu
lo Iſraẽlitico uituli cõflatilis adoratiõe cõtaminato, & Azarias in
Danie. 3 fornace Babylonica, recẽſuiſſent antiquorũ patrũ Abraã, Iſaac &
Iacob noĩa: niſi ut iuſtitiæ illorũ cõtẽplatione, deus poſteritati eorũ
bñfaceret? Cumq; Moyſes toti populo impetraſſet criminis illius
Exodi.33 ueniã: nõne q̃d in ſe erat bonũ, alijs (quos ſyncæro dilexit amore)
Actuũ.27 impartiuit? Similiter beatus Paulus cũ ducẽtas & ſeptuaginta ſex
animas ſibi à dño donatas ſeruauit incolumes ab impendente nau
fragio: nõne cõmunicabilitatẽ bonorũ in alios fieri poſſe oñdit? Ob
X. muteſcat igiť Lutherus: tot exẽplorũ teſtimonio cõuictus. ¶ De-
mũ, ſi nõ põt fieri bonorũ ſpũaliũ unius in aliũ cõmunicatio, ut con
tendit

tendit Lutherus: non eſſet igitur unq̃ pro aliȷ̃s uiuētibus faciēda
oratio, neq; offerendū altaris ſacrificiū, aliud'ue piū opus exercen
dū. ꝗ bona uiuētiū opa: nihil ſalutis aut fruct⁹ ſpūalis poſſent aliȷ̃s
etiā uiuētibus cōferre. Quinimmo & eò deueniet̃ inſaniæ, ꝗ bona
ſanctoꝝ opa, cū uitā hic agerēt, facta: nō potuerint aliȷ̃s prodeſſe.
& demū, ꝗ orationes ſanctoꝝ in cælis cū Chriſto regnantiū: ui-
uentibus ſuffragari nō poſſint, ex quo cōſequens eſſet, nec ipſos o-
rare pro nobis: neq; à nobis orandos neq; honorandos eſſe, quod
extremæ impietatis & amentiæ eſt aſtruere: ut à nobis in opuſcu
lo bipartito de ueneratiōe ſanctorū, eſt mōſtratū. Deinde & in id
incidemus incōmodū, ſi inficiari uoluerimus bonoꝝ unius in alios
cōmunicabilitatē: ꝗ ſuffragia uiuētium nō proſint defunctis, loco
purgatorio detētis. & proinde nō eſſe pro illis orādū: aut piū aliq̃d
opus agendū, q̃d præcedentis libri ca. uiceſimoſeptimo, diffuſe eſt
reprobatū. Ecce triplicē impietatis hydrā: uiuētes pro uiuētibus
orare non poſſe: ſanctoꝝ ſuffragia non prodeſſe uiuis, & uiuenti-
um ſuffragia nō prodeſſe mortuis, ex tetra illa lacuna, immo triſti
ſentina conſurgentē: ꝗ nō poſſint unius bona opera, aliȷ̃s cōmuni
cari. Si quis ergo tutus eſſe uelit ab huius tricipitis hydræ peſtife-
ro afflatu: admittat cū ſancta eccleſia, bonorū unius in aliū cōmu- XI.
nionē. ¶ Poſtremū. Non minoris eſt efficaciæ bonū opus, ut in
alium q̃ authorem ſuū diffundat̃: q̃ malū, ut etiā aliȷ̃s q̃ ei qui ad-
miſerit illud, officiat. Eſt em̄ bonum, in affirmatione, & potentia:
ut lux, uita & calor. Malum uero, in negatione & priuatione: ut
tenebræ, mors & horridū frigus. Atqui malū ab aliquo perpetra-
tum: transfunditur etiā in alios, quantū ad nocendi perniciē & de- Gene.3
trimentū. quemadmodū primorū parentū trāſgreſſio, in totā po-
ſteritatē eorū eſt traducta: & unius delicto (ut ait apoſtolus) pctō Roma.5
res cōſtituti ſunt multi. Et in Exodo legit̃ dn̄s dixiſſe ad Moyſen. Exodi.20
Ego ſum dn̄s deus tuus, fortis, zelotes: uiſitās iniquitatē patrū in
filios, in tertiā & quartā generationē eorū qui oderūt me. Multo
igitur amplius & bona unius opera cōmunicari poſſunt aliȷ̃s atq;
diſtribui: quantū ad profectū, ut per unius iuſtitiā, iuſti cōſtituant̃
multi. ¶ Poſtremū. contra Viclefum hæreticū, negantē hanc me XII.
ritoꝝ unius in alios cōmunicationē (quā in hac impietate, ut & in
aliȷ̃s cōpluſculis, hic cōſectat̃ Lutherus) agens honorandus pater

 Thomas

Thomas Vualden. Thomas Walden, in ſuo libro de ſacramentalibus cap. nonageſimotertio & duobus proxime ſequentibus: multipliciter oſtendit, ex ueteris & noui teſtamenti ſcriptura deduci hanc meritorũ cõmunicationẽ. Chriſtum item & apoſtolos, ſanctosq́ꝫ patres poſteris natos ſeculis, eandem alijs impartiſſe: quinimmo & ethnicos illam ſibi concedi petiuiſſe. In reliquis uero eiuſdẽ tituli decimi capitibus (quæ uſqꝫ ad centeſimũquartũ protendunt) obiectiões Vicleſi cõtra hanc meritorꝫ participationẽ uibratas: ualide retundit.

¶ Tres uirtutes circa quas uota monaſtica uerſant, non ſolum libere ſeruari poſſe: ſed etiã uoto promitti, exemplo ſanctorꝫ patrũ, doceriq́ꝫ ut uoueant. & promiſſa exigi. Cap. XIX.

I. » OCtaua Lutheri obiectio. Paupertas, obedientia, &
» caſtitas, perpetuo quidẽ ſeruari poteſt: uoueri aũt,
» doceri & exigi non poteſt. quia in ſeruãdo manet
» libertas euãgelica: in docendo uero, uouendo, & ex
» igendo, non manet. Ideo ſancti qui ea ſeruauerũt:
» libere ſeruauerũt, ſeruaturi etiã, ſi nec uouiſſent nec docti nec exa
» cti fuiſſent. Quinimmo beatus Antonius hoc cærimoniale mona
» chorum genus prorſus ignorauit. libere celebs uixit: & libere ere
» mum incoluit iuxta formã euangelij. Poſteri uero eius, libertatẽ
» ipſius in neceſſitatẽ uerterũt: & ſeruitutẽ ex illi⁹ fecerũt inſtituto,
» & ſolam Antonianæ regulæ ſpeciẽ ſecuti ſunt. Ita in principio cũ
» monachi ſponte ac libere cõtinerẽt, obedirẽt ac pauperes uiuerẽt:
» poſtea tranſijt illa obſeruatio in præceptũ. Nec ullus fuit Pannuti
» us qui illis reſiſteret: ſicut ipſe legitur in concilio Niceno obſtitiſſe
» cælibatui clericis imponendo. Non igitur probandũ eſt id uoti ge
» nus: quod hac tẽpeſtate in monaſterijs obſeruat. Hæc Lutherus.

II. ¶ Reſponſio. In aſſumpta primo loco propoſitione: prima pars penitus repugnat ſecundæ, & aduerſatur. Si eñ unaqueq́ꝫ illarũ triũ uirtutũ ſeruari poteſt: conſequẽs eſt quanqꝫ earũ & bonã eſſe, & animæ ſalutarẽ. Et cũ nulla earũ ſit ad ſalutẽ ſimpliciter neceſſaria, nec à deo ꝑcepta: cõſtat earũ quãlibet eſſe debitã uoti materiã, & ergo uoueri poſſe. Qꝫ ſi queq́ꝫ ipãrũ recte uoueri poteſt: cur nõ poterunt doceri hoĩes, ut uoto ſe aſtringant ad cuiuſqꝫ illarũ obſeruationẽ? cũ huiuſmodi doctrĩa, ſana ſit & recta, animæq́ꝫ ſaluti cõducens: ſuffulta (ut late eſt prius oſtenſum) uarijs ſcripturæ teſtimonijs.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moniꝭ,& ſanctoꝝ patrũ exemplis. Rurſum ſi tres illæ uirtutes uo
ueri poſſunt. cur non poteſt eaꝝ uotũ exigi ab ijs qui monaſticæ
uitæ ſubeunt profeſſionẽ? quoniã nihil tunc ab eis exigitur: niſi il-
lud cui id uitæ genus rationabiliter innititur. ubi uero ſe conſtrin=
xerit uoto religioſi: manifeſtũ eſt illoꝝ uotoꝝ integrã perſolutionẽ
(ut quæ iã ſit de præcepto) poſſe ab illis legitime exigi. Quocirca
ex eo q̊d admittit Lutherus, eas tres uirtutes ſeruari poſſe, cũ non
ſint de eorũ numero quæ deus nobis agẽda præcepit: protinus re
cte conficias eaſdẽ & uoueri poſſe, & doceri ꝙ uoueant, & earum
uota etiam exigi poſſe. Neq; admittendũ eſt, ſanctos patres q̃ uo=
ta à ſe facta ſeruarunt, ea ipſa (poſtq̃ ædita fuere) ſeruaſſe libere,
ut intelligit Lutherꝰ: ea ſcilicet libertate, ꝙ licuerit poſtea illos ab
huiuſmodi uotoꝝ obſeruatiõe ſine noxa deſciſcere atq; diſcedere.
quãdoquidẽ reſilitio à propoſito et reditus ad ſeculũ poſt uoti ædi
tionẽ: manifeſte repugnat conditioni propriæq; rationi ipſius uoti,
quod in perpetuũ tempus totumq; reliquum uitæ curriculũ fieri
in monaſterijs debet: ex primaria ipſorũ inſtitutiõe. ¶ Quod uero III.
deinde adducit Lutherus in hac obiectiõe de ſancto Antonio ere
mita celebratiſſimo: omnino cõmentitiũ eſt, & ab ipſo ſine autho
ritate & exemplo gratis confictũ in ſuæ improbæ aſſertiõis appro
bationẽ. Quẽ enĩ pro ſe adducet authorẽ illud atteſtantẽ de bea-
to Antonio, aut quouis alio eremita illuſtris ſanctimoniæ: ꝙ libere
cælebs uixit, ſecundũ eam quã prætendit intelligentiã, & ꝙ libere
eremũ incoluit? ea quidem libertate: ꝙ ex eo uitę genere impune
& ſine noxa potuerit, poſita ueſte eremitica, ad ſecularẽ redire ui=
tã. Certe de ſancto Antonio memoriæ proditũ reliquit Athana- Athanaſius in uita ſancti Antonij
ſius epiſcopus Alexandrinus, ꝙ uſq; ad centeſimũ & quintũ ſuæ
ætatis annum (qui & poſtremus uitæ eius fuit) perſtitit immo-
bilis & cõſtans in eremitica profeſſiõe: quã ab ipſa adoleſcẽtia (ut
pote circiter annũ ætatis ſuæ uiceſimũ) inchoauerat. Neq; de ipſo
ſcribit idẽ author aut alius quiſpiã: ꝙ inceptũ ſemel id uitæ genus
deſeruerit. quod tamen oſtendere oporteret ad faciendã fidem: ꝙ
libere eremũ incoluerit & cælibatũ itidẽ libere, ideſt ſine uoto, ob
ſeruauerit. Quinimmo uel unũ exhibeat nobis Lutherus anacho
ritã: qui poſt inchoatã uitæ eremiticæ profeſſionẽ, ad ſeculũ redie-
rit ſine nota apoſtaſiæ, ſine ignominia & culpa. & tũc illi credemꝰ,

astruenti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aſtruenti primos illos eremitas libere in cælibatu uictitaſſe,& libe-
re ſolitudinẽ incoluiſſe:cum facultate ſcilicet redeundi citra ullam
reprehenſionem aut notã ad ſecularem habitum,quãdo eis placi-
tum fuiſſet.Sed credimus ipſum deſudare multum debere:ad aſſi-
IIII. gnandũ illũ unum,qualẽ ab eo exquirimus,eremitam. ¶Nec mi-
nus falſum eſt,quod in hac ſubnectit obiectione Lutherus:mona
chos ſcilicet in principio,libere (id eſt,citra uotũ:& cũ facultate re-
trocedendi ad ſeculũ)continẽtiam,obediẽtiã & paupertatẽ obſer-
uaſſe.quandoquidẽ à principio naſcentis eccleſiæ, qui monaſticã
profitebantur uitam:ſe uoto ſemper aſtrinxiſſe leguntur ad perſi-
ſtendũ perpetuo,in eo uitæ genere,quod abrenũciãtes ſeculo am
plectebantur. Enimuero in ſecundo pſentis libri capite, latius eſt
monſtratũ:uouendi morem & uſum,in exordio legis euangelicæ
fuiſſe,exemplo apoſtolorum & eorum qui regulã uiuendi apoſto-
licam,poſt ſancti ſpiritus miſſionem inſtitutam,tenuerũt.Quod ta
men ut firmius habeatur & certius:adhuc amplius hoc in loco cõ-
1.Timo.5 probare ſtudebimus.In primus ad Timotheũ ſcribens apoſtolus
ait, Adoleſcẽtiores aũt uiduas deuita.Cũ enim luxuriatæ fuerint,
in Chriſto nubere uolunt:habentes damnationẽ, quia primã fidẽ
irritam fecerunt. Vbi primã fidem uocat Paulus,uotum caſtitatis:
quod orbatæ primis maritis,fecerunt,pollicitæ deo, ſe permanſu-
Hieronymus ras deinceps in uiduali caſtitate.Sic enim Hieronymus: hunc apo
ſtoli locum exponit.Habentes damnationem:quia primã fidẽ irri
tam fecerunt.Quæ ſe uiduas(inquit)promiſerant permanſuras.
Athanaſius Hæc regula,non ſolum in uiduis:ſed & in uirginibus continenti-
bus,quæ primã fidem irritam fecerunt,intelligenda eſt. Athanaſi
us etiam,idem explicans uerbum Pauli:ait,Fidem: conuenta dicit
& pactiones.Hæ nãq;,inanes reddidere conuentiones : quas cum
Chriſto pepigerant,quocirca & damnationẽ adipiſcuntur.Hæc il
le.Quæ autem conuenta ſunt & pactiones,quas cum deo faciunt
Auguſtinus. homines:niſi promiſſiones & uota rei alicuius agendæ? Auguſti-
nus quoq; in expoſitiõe pſalmi ſeptuageſimiquinti, pertractãs hoc
prophetæ dictum, Vouete & reddite. eadem apoſtoli ad Timo-
theum uerba de uiduis adoleſcentioribus,in eandem exponit ſen-
tentiam,dicens.Quid autem ait apoſtolus de quibuſdam:quæ uo-
uerunt & non reddiderũt?habẽtes(inquit)damnationẽ: quia pri-
mam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mam fidem irritā fecerūt. Quid eſt, primā fidem irritam fecerunt?
Vouerunt:&non reddiderunt. Et in libro ad Pollentiū:eandē di-
ctorum apoſtoli uerborū exprimit intelligentiam Auguſtinus, cū Idem
ait. Vnde apoſtolus de quibuſdam quæ cōtinentiā uouent,&po-
ſtea nubere uolunt: quod eis anteq̄ uouiſſent,utiq; licebat. haben
tes(inquit)damnationē: quoniam primā fidem irritam fecerunt.
Hæc ibi. Conſtat itaq; multiplici ſanctorum patrum teſtimonio:in 1. Timo. 5.
prædictis apoſtoli uerbis,per primā fidē,intelligi debere uotum ca
ſtitatis:à uiduis,maritali uinculo ſolutis,factū. Ex quo protinus eſt
coſequens:ꝙ tēpore naſcentis adhuc eccleſiæ,in frequēti uerſaba
tur uſu & erat uotū ſeruandę caſtitatis. quod præſertim hic aſtrui
mus: ¶ Præterea, beatus Hieronymus in libro ſcriptorum illuſtriū V.
de Philone loquens:ait. Philo Iudæus natione Alexandrinus de Hieronymus Philo
genere ſacerdotū,idcirco à nobis inter ſcriptores eccleſiaſticos po
nitur:quia librū de prima Marci euangeliſtæ apud Alexādriā ſcri
bens eccleſia,in noſtrorū laude uerſatus eſt. non ſolū eos ibi:ſed in
multis quoq; prouincijs eſſe memorans, & habitacula eorū dicēs
monaſteria. Ex quo apparet,talem primum Chriſto credentiū fu-
iſſe eccleſiam: quales nunc monachi eſſe nituntur & cupiūt,ut ni-
hil cuiuſquā propriū ſit:nullus inter eos diues,nullus pauper. patri
monia egentibus diuiduntur:oratiōi uacatur & pſalmis, doctrinæ
quoq; & continētiæ, quales & Lucas refert:primū Hieroſolymæ
fuiſſe credentes. Hæc ille. Atqui ſub apoſtolis primi credentes cū Actu. 4
ſubdiderūt ſe illi diſciplinæ regulari:uoto ſe obſtrinxerūt ad cōmu
nitatem uitæ ſeruādam,quemadmodū in tertio huius libri capite
oſtēſum ē de Anania. Ergo & i eccleſia Alexādrina à beato Mar
co inſtituta ad imitationem eccleſiæ Hieroſolymitanæ:etiam fie-
bant uota. Illius autem eccleſiæ cultores et alumni,erant monachi:
& eorum habitacula,à Philone nominantur monaſteria. Igitur in
principio monachi deuinxerunt ſe uotorum ſacramento:quemad
modum & hac tempeſtate,contra Lutheri aſſertionē. ¶ Rurſum VI.
in hiſtoria paſſionis ſancti Matthæi apoſtoli & euangeliſtæ:narra Sanctus Matthæus.
tur Iphigenia filia regis Aethiopum Eglippi, ad Crhiſtum cū to-
to ſuo populo per apoſtoli prædicationē cōuerſi,ſuam uirginitatē
dedicaſſe deo in profeſſione cœnobitica:ſacrumq; uelamen à ſan-
cto Matthæo accepiſſe, prępoſitaq; fuiſſe ſancto cœtui multarum

uirginum:idem ſeruãdæ cõtinentię propoſitũ amplexarũ. Quam
Hirtacus cum Hirtacus, Eglippo in regno Aethiopiæ ſuffectus, uellet uxo
rem ducere: ſolicitaretq́; apoſtolũ ut id ipſum perſuaderet Iphige
niæ, reſpondit beatus Matthæus, iniquam eſſe illã petitionẽ, neq;
eam rem ullo pacto tentandã: ꝙ ipſa uirgo, iã regis cæleſtis eſſet ef
fecta ſponſa, & ſancto uelamine deo cõſecrata. quare ad terrenas
nuptias nequaꝗ̃ recidere, & reuerti poſſet unꝗ̃. Quod reſpõſum ę
gre ferens Hirtacus, & totus infrendẽs: miſit paulo poſt armatos ſa
tellites, qui ſanctũ dei apoſtolũ obtruncarẽt, & ita glorioſo corona
tus eſt martyrio beat⁹ euãgeliſta. Sed quid ad hæc dicet Luther⁹?
nõne ea ipſa manifeſte cõprobãt, circa primitiuæ eccleſiæ tẽpus fu
iſſe uotorum uſum: neq; liberã tum fuiſſe continẽtiæ ꝓfeſſionem,
VII. cũ facultate relabẽdi ad nuptias? ¶ Inſup beatus Auguſtinus poſt
Auguſtinus. ſuſceptũ à ſancto Ambroſio baptiſma reuerſus in Africã: collectis
aliquot fratribus mundi cõtemptoribus, cœpit uiuere ſecundũ re
gulã ſub ſanctis apoſtolis conſtitutã, ut ſupra etiã eſt dictũ, qui &
uotum ædiderunt de ſeruanda obedientia, paupertate, & caſtimo
nia. quemadmodũ atteſtat̃ ipſe Auguſtin⁹ in ſermone quadrage
Gene. 22. ſimo ad fratres in eremo. Vbi poſtquã exemplũ obedientiæ ipſius
Abraæ propoſuit: exhortando ſubiungit. Attendite uos filij obe
dientiæ: qui uotum feciſtis & profeſſionẽ. Vade o tu frater: & fac
ſimiliter. Ex quibus uerbis id recte colligitur, nõ modo Auguſtini
tempore religioſos, mundi conculcatores, uota feciſſe: ſed & eos, q
ſub regula apoſtolorum in ipſius eccleſiæ initio uixerũt. cum ad il
lius regulæ exemplũ & formã: beatus Auguſtinus ſuam & ſuorũ
uitam uotis obligatam inſtituerit. Vnde perſpicuũ euadit, magno
pere commendandã eſſe uotorum æditionẽ, cũ diſcretione & ma
turitate factã: ut quæ à principio naſcentis eccleſiæ fuerit in uſu, &
continue deinceps obſeruata ſit. ¶ Nõ itaque opus fuit aliquo Pã
nutio, qui reclamaret obſeruationi obedientiæ, paupertatis & ca
ſtitatis, per uotum in religioſis faciendæ: poſt liberam anteriore tẽ
pore, & ſine uoto (ut ait Lutherus) illarum uirtutum obſeruatio
nem. quoniam ab ipſius eccleſię exordio ſemper obligatoria & per
uotum fuit in monaſterijs huiuſmodi obſeruantia: & nunꝗ̃ libera.
Continentia uero ſacerdotũ (quæ ne imponeretur clericis lege ob
ligatoria, in cõcilio Niceno: reſtitiſſe traditur Pannutius, qui ea tẽ
peſtate

peſtate floruit)neq; in eccleſiæ principio neq; ante illius concilij tē
pora legitur fuiſſe ſtabiliter(ut nūc)indicta ordini ſacerdotali. Nē-
pe ut in decretis,diſtinctiōe triceſima,cap. Nicena ſynodus.refert
eorū collector,cū patres illius ſynodi legem ferre uellēt. ꝙ ſacerdo
tes,diaconi & ſubdiaconi abſtinerent deinceps à conſortio & uſu
uxorū,quas ante conſecrationem duxerant: refragatus eſt illi legi — Pannutius
tunc conſtituendæ Pannutius cōfeſſor,diſſuaſitq; eam obligatio- — confeſſor
nem tum clericis imponi debere. Cuius quidē ſententiā probauit
ipſa ſynodus:& nihil ſuper ea re in illo cōſeſſu ſanciuit ac definiuit
eo tempore. Quare non cōſimile eſt iudiciū quantum ad hoc, de
cælibatu ſacerdotū & uotis monaſticis. ¶ Quo fit ut execrabilis cē- — VIII.
ſeri debeat & minime toleranda Lutheri circa hūc ſui libri locum
impietas:qui uotū ſanctorū circa monaſticam obſeruationē,& q̊d
in huiuſmodi profeſſione ędiderūt,ſtultū uocat,eoſdemq; ſanctos
errore lapſos:modum uouendi aliorū probaſſe dicit, ob feruorē ta
men ſpiritus & fidē:ipſos à deo illius errati ueniam eſſe cōſecutos.
Quid enim aliud hæc impia ſonant uerba:niſi interiorē afflatum
à ſpiritu ſapientiæ & ueritatis factū,ad deuouēdū ſe deo per arcti-
tudinis clauſtralis ſuſceptionē,eſſe ſtultitiā & errorē? Et ita ab ipſo
ſapientiæ ſpiritu,ſtultitia ſuggereretur cordibus hominū: & à ſpi-
ritu ueritatis,error. ¶ Nec minus deteſtanda eſt ea improbitas:qua — Sanctus
ſanctiſſimum patrem Franciſcum,uerum mundi contemptorem — Franciſcus.
& ſingularem paupertatis amatorē,aberraſſe à recta uia ut homi-
nem dicit,in condenda ſua regula pro inſtituendo ordine fratrum
minorum,quod eam uocauerit euangelium,tum(inquit)ꝙ euāge
lium omnibus commune: ad ſuos fratres uiſus ſit contrahere,qua- »
ſi ſoli illi eſſent Chriſtiani. tum ꝙ in euangelio contenta(ait)uoue- »
runt omnes in baptiſmo:& ergo illa non debere iterū uoueri in ſua »
regula. tum deniq; ꝙ ſuos ad cælibatū aſtrinxit & abſtinentiā à cō »
trectanda pecunia:quæ non continentur in euangelio. Nēpe ſan- »
ctus ille pater nequaquā ſuā regulam legitur uocaſſe euāgelium:
ut ipſi impingit Lutherus, ſed in illius frontiſpicio & primo in limi
ne:ita profatur. Regula & uita fratrum minorum: hæc eſt. Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangeliū obſeruare. Id eſt,ſecun-
dū formā in euāgelio expreſſam, & à dn̄o noſtro apoſtolis ad prę
dicandum miſſis præſcriptam:uitam ſuam inſtituere. Planum eſt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lucæ. 9 aũt,ad eam normã euãgelicã qua prohibent̃ portari ſacculus & pe
Marci. 6 ra in uia, calceamẽta in pedibus, & in zonis pecunia, ab ijs qui euã
gelizant uerbũ dei: nõ oẽs aſtringi Chriſtianos. Dictũ etiã eſt ſu-
pra, capite huius libri duodecimo, in baptiſmo nulla fieri uota: neq̃
quenq̃ tum ſe uoto alligare ad ea ſeruanda quæ in euangelio con-
tinent̃. Vnde nec beatus Franciſcus ſuæ regulæ profeſſores uoto
conſtrinxit ad obſeruationem eorũ, omniũ quæ in euangelio con
tinent̃ (quippe dei præcepta ibidẽ cõprehenſa: non cadũt ſub uo
to) ſed dũtaxat ad obedientiæ paupertatis & caſtitatis integrã cu-
ſtodiã: quæ in euãgelio non præcipiuntur, ſed tantũmodo conſu-
luntur. Quo quidẽ in facto, nequaq̃ ſolis ſuis fratribus Chriſtiano
rũ nomẽ uendicauit: ſed omnibus fidelibus cõmune (ut ſemp̃ fuit)
illud dimiſit. Deniq̃ id nequaq̃ uero cohæret: cęlibatũ in euãgelio
Matth. 19 non contineri. cũ aperte inſinuetur à domino, per eunuchos: qui
ſe caſtrant propter regnũ dei. Falſum eſt illud nihilo minus, quod
adiungit Lutherus: abſtinentiam à contrectanda pecunia non cõ
Matth. 10 tineri in euagelico codice. Deſignatur enim eo domini noſtri uer-
bo: quo prohibentur diſcipuli eius ad prædicandũ euãgeliũ ituri,
portare pecuniam in zonis ſuis. Et q̃uis idipſum aperte non expli
caretur in tota euãgelij pagina: haud tamẽ aduerſatur alicui loco
euangelico, immo q̃ proxime cũ euangelio conſpirat, quoniã ſuc-
cidit cupiditatis materiam: & ad omnimodã rerum temporalium
abrenunciationem (quam commendat euangelium) inducit. Sed
quid opus eſt huic negocio defenſandæ beati Frãciſci regulæ à ca
Innocẽtius tertius. lumnia Lutherana: hic diutius inſiſtere? cum illa ab Innocentio
tertio, apoſtolicæ ſedis præſide, diuina (ut id ageret) reuelatiõe ad-
monito, fuerit ſuperſtite adhuc beato Franciſco approbata. quem
admodum præclare refert ſanctus Bonauẽtura: in opuſculo de ui
ta beati patris Franciſci conſcripto. Hæc ſane approbatio, ſuffici-
ens eſt munimentũ cõtra omnes Lutheri cauillos & obtrectatiões:
quibus in ſanctum dei uirũ oblatrat, ut poſt hac obſtruat̃ os loquẽ
tiũ iniqua. Ad hæc, eadẽ regula ab Honorio tertio, proximo Inno
centij in ſummo pontificatu ſucceſſore fuit confirmata: & à Gre-
gorio nono deinceps declarata. Deinde à ſancto Bonauẽtura, eadẽ
particulatim à capite ad calcẽ uſq̃ explicata eſt: in uno opuſculorũ
ſuorũ, quod inſcribitur, declaratio ſuper regulã minorũ. Et demũ
noſtra

noſtra ætate ab inſigni & præclarę eruditiōis uiro Gaſpare Saſge
ro: Franciſcanæ profeſſiōis alūno, eadē egregie eſt defenſa in cal-
ce luculēti ſui o pis, q̊d inſcripſit de uita Chr̄iana, & monaſtici inſti-
tuti ad eā optima quadratura. ¶ Demũ nec beato patri Bernardo IX. Beatus
Ciſtercienſis ordinis clariſſimo ſplēdori, parcit Lutherana impie- Bernard⁹.
tas: circa hũc libri ſui de uotis monaſticis locũ. quē dicit, ſub uoto,
ſed ſine uoto & nō ſecundũ uota uitā duxiſſe. perinde atq; apoſto »
lus Paulus (inquit) ſub lege ſed ſine lege uixit. Immo neq; Bernar »
dus (ait) uotũ ſuũ per omnia ſeruauit, citra tamē peccatũ: quādo in »
cauſis papalibus relicto monaſterio perambulabat terras. quod de »
us uoluit: ne inſtitutũ uotorũ apud ſe ratũ habere crederet. Hæc »
Lutherus. In quibus id primũ occurrit abſurdũ: q̄ perhibet beatũ Pro ſancto
Bernardũ ſine uoto in domo cœnobitica uixiſſe. quē utiq; cōſtat Bernardo apologia.
in ſuis diuerſis operibus præſertim in libro de præcepto & diſpen-
ſatione: palam edocuiſſe arctam uotorum integre obſeruandorũ
obligationē. Quinimmo ſecũ pugnat Lutherus, cum ſubnectit e-
undē ſanctũ patrem non per omnia uotum ſuum ſeruaſſe: innuēs
his uerbis, ipſum ædidiſſe uotũ: quod ante negarat. Neq; ſimilitu-
do illa de Paulo apoſtolo, q̄ ſub lege ſed ſine lege uixerit: propoſi-
to Lutheri confirmando quicq̄ confert. Nempe lex Moyſi tem-
pore prædicationis beati Pauli declinauit ad occaſum: quam tamē
interdum Paulus ut aliorum conſuleret ſaluti, etiam ſine noxa ſer
uauit. At non ita uotorum obſeruatio tempore beati Bernardi fe
rebatur ad ueſperam: ſed in meridiano fuit ſuo ſplendore, neq; in
terea ſuum amiſit uigorem. Sed nec minus illud eſt impium, q̄ in
uerbis ſupra dictis Lutherus impingit ſancto uiro Bernardo uoto
rum trāſgreſſionē: quando ob cauſas ſummorũ pontificum coge-
batur diuerſas peragrare regiones, relicto ſuo monaſterio. Sane in
uitus propemodum & trepidus ſuſcepit ſanctus ille pater negociũ Innocētius ſecundus.
illud ſedandi ſchiſmatis: quod inter Innocentium ſecundũ & Pe-
trum Leonis excitatũ graſſabatur in eccleſia dei. neq; ullis peper
cit laboribus: ut diſcuſſa ueritate redderetur tranquillitas pax &
unio eccleſiaſtico ſtatui. Cunq; peracta diligenti indagine electiōis
factæ à patribus ſupremis, ad quos eligendi ſummi pontificis ſpe-
ctat officiũ: cōperiſſet Innocentiũ canonice electũ eſſe, & uerũ in
eccleſia Chr̄i uicariũ: acceſſit reges & principes terræ, petiuit Ger

maniam, Angliam, Italiam, pererrauit & Galliã: ut induceret oẽs ad obedientiã Innocentio præſtandã, tanq̃ uero ſedis apoſtolicæ moderatori. & tam arduã prouinciã adeo feliciter expleuit: ut demũ redierit concordia & unitas eccleſiaſtica. Verũ hic percontandum eſt à Luthero: cur in iſtis & alijs ſancti uiri profectiõibus & expeditionibus pro eccleſiæ catholicæ utilitate, nõ potuerunt ab eo uota monaſtica ſeruari? aut cur integre non fuerunt ab eodem ſeruata, haud minus q̃ ſi monaſterij tectis fuiſſet concluſus? Nonne ſine uotorum monaſticorũ iactura poteſt ſuſcipi profectio à religioſis extra ſepta monaſterij: potiſſimũ ea quæ fit ſuorũ patrũ & præpoſitorũ iuſſu? An in tali uiarũ peragratione ob legitimã cauſam facta, labefactatur obedientia? cũ ea fieri non ſoleat nec debeat: ſine patris monaſtici conſenſu. Vel utrũ paupertas illic læditur: ubi aut communibus monaſterij impẽſis comparatur uiaticũ, aut eleemoſynis? Sed neq; caſtitas ibidẽ periclitatur apud eos, qui tectis monaſterij concluſi: ſemper caſte uixerunt. Certe non minus in bonis q̃ malis hominibus: uerum eſt illud uerbũ Horatianum. Cælum non animum mutant: qui trans mare currunt.

¶ Vota monaſtica nequaq̃ diuinis repugnare p̃ceptis: neq; officijs charitatis, quæ proximis debemus Cap. XX.

I. NOna Lutheri obiectio. Monachalis profeſſionis in
» ſtitutum repugnat dei præceptis: & illi in primis, q̃
» debemus Chriſti nomen uenerari & in eo ſalutem
» ſperare. Quoniam religioſi extincto propemodum
» & abiecto Chriſti nomine: ſuum erigunt. Non eñ
» Chriſtiani amplius nec filij dei: ſed Benedictini, Dominicani,
» Franciſcani, Auguſtiniani'que dicuntur. Hos ut ſuos patres præ
» Chriſto iactant. Neq; hoc nomine ſalui & iuſti fieri præſumunt,
» ꝙ baptizati, ꝙ Chriſtiani ſunt: ſed hoc ſolo, ꝙ ſui ordinis nomẽ ha
» bent. Ideo in ſuo nomine confidunt, in hoc gloriantur: quaſi bapti
» ſmus & fides iam olim uelut naufragio perierint. Non ergo aſſu-
» munt & inuocant nomen domini, niſi in uanum: ſed nomen ſuũ,
» quod per opera erexerunt. Quare damnanda eſt prorſus hæc ui-
II. tæ cõditio. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. In hoc cauillo plus eſt contumeliarum et calumniæ: q̃ ſolidæ rationis. Ideo pauci sei ſatiſfaciendum eſt, has religioſorum denominationes à primarijs ordinum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num monaſticorum patribus deſumptas: nequaq̃ abijcere Chriſti nomen, aut Chriſtiani nominis profeſſionem, apud ueros & integros cœnobitas: ſed eas omnes in lege & fide Chriſti ut ſolida & unica petra fundari. Non enim diuerſæ appellationes quæ poſt ſuſceptum fidei in baptiſmo ſignaculum ob aliquam rationabilem cauſam nobis adueniunt: diſtrahunt aut diſſecant Chriſti nomen, uel nos ab illo diuellunt, ſed ſub illo primo nomine conſtituuntur omnes: & in illo conueniunt. Alioqui dirimerentur à Chriſto fideles: ob diuerſam regionum à quibus oriundi ſunt, aut familiarũ denominationẽ, q̄ hi Galli ſunt, illi Itali: alij Germani, alij Hiſpani, apud quos tamen omnes unus colitur Chriſtus. Aut diuiderentur ab uno ſalutis noſtræ authore Chriſto: qui in republica ciuili uarias ſortirentur adminiſtrationum publicarum appellationes: q̄ hi reges dicantur & principes, illi duces: alij præfecti & prętores, alij uero ſenatores & iudices, aut quoniam in uita priuata ab artibus quas exercent laici: diuerſis nuncupantur nominibus, hi agricolæ, illi ædificatores: alij ſartores, alij ſutores. Conſimili deniq; ratione extinguere nomẽ Chriſti in ſe dicerentur: qui graduũ eccleſiaſticorum diuerſas haberent apellationes, dicerenturq; hi diaconi, illi ſubdiaconi: alij ſacerdotes, alij uero pontifices, in quarum tamen denominationum ſingulis: honoratur & comprehenditur Chriſtus, non ſecluditur neq; diuiditur. Et certe quemadmodum eccleſia Chriſti ſponſa, adornatur miro decore: ſuorum ordinum circumamicta uarietatibus, ad unum ſemper Chriſtum reſpicientibus, ita & religio monaſtica effulget ſingulari ſplendore, multifida ſuorum ordinum & regularum circundata uarietate: quæ tamen omnis, in Chriſtum unicum ſcopum & ſupremum culmen reuocatur. Ad hanc autem multiplicem regularum uarietatem, ad unum finem tendentium explicandam: diuerſæ huiuſmodi denominationes à primis patribus ſumptæ uerſantur in uſu.

¶ Quocirca non ſunt probroſis & contumelioſis nominibus appellandæ, ſanctæ inſtitutiones monaſticæ. ut faciunt nonnulli: cum eas, ſectas uocitant, adinuentionesq; humanas, aut humana placita. cum etiam eaſdem dicunt factiones & diſſectiones: haud procul à Lutheri uerbis diſtantes, qui monaſticum inſtitutũ dicit eſſe ſeditioſum aduerſum Chriſtum, & Choreticũ, à Chore factioſo: Numeri. 16

III. Contra oblatrantes in uitam monaſticam.

cum

cum Dathan & Abiron abſorpto à terra. His etenim ignominio
ſis & cõuitiorum plenis nũcupationibus, illi qui ſcriptis aut uerbo
oblatrant in ſeruos dei: & ſanctos inhonorãt patres, qui primi mo
nachalium regularum iecerunt fundamẽta. & ſpiritũ ſanctũ(q pa
cis eſt deus non diſſenſionis) graui afficiũt probro: cuius inſtinctu
& directione, primũ ordines illi cõſtituti ſunt, & hactenus incolu-
mes perſtiterũt. ¶ Cæterũ ſiqui religioſorum, occaſione ſuorum or-
dinũ ſchiſmata ſuſcitãt: dicentes. Ego ſum Benedicti, ego ſum Au
guſtini, aut Bernardi. more eorum quos beatus Paulus reprehen
1. Corin. 1 dit: iactitãtes. Ego ſum Cephæ, ego Pauli, ego uero Apollo. Si hu
mano item affectu ita ferãtur plerique in ſuam inſtitutionẽ ſingula
riter extollẽdã: ut cæteras omnes parui faciãt monaſticas obſerua-
tiones, aut habeãt cõtemptui. Si denique ſui ordinis ſtatuta curent
aliqui maiore diſtrictione ſeruãda quàm dei præcepta, & diuina mãda
ta ſuis poſthabeant decretis & traditiõibus: hæc omnia & conſimi
lia id genus mala, non ex ipſa regulari monaſticæ uitæ conſtitutio
ne(quæ recta eſt & ſancta) proficiſcuntur: ſed ex prolapſiõe ab ea,
& particulari hominũ obliquitate, quæ nequaquàm ipſi profeſſioni
monachicæ uenit imputãda. Enimuero ſi dãnare pergamus quod
piam uiuendi genus, ob idipſum, quod in eo plerique degunt aber-
rantes ab illius rectitudine: nullus certe eſſet hominũ ſtatus, nec ci
uilis nec eccleſiaſticus, nec connubialis nec ſacerdotalis: qui non ea
dem damnaretur ratione. cum nullus aſſignari poſſit uitæ gradus
& conditio: in qua non inueniantur aliqui exorbitantes ab illius in
tegritate. Nihilo ſecius ipſe uiuendi modus: ſuapte natura & bonus
eſt & rectus. Non enim quid faciant homines, ſed quid facere de-
beant ſecundum ſuam uocationem, ſpectãdũ eſt: ſi uolumus rectũ
IIII. de ipſo uiuendi genere, quale ſit, ferre iudiciũ. ¶ Porrò hoc in loco
Auguſtinus. operæpreciũ fuerit audire uerba beati Auguſtini: quibus huiuſ-
modi argutia (qua ſæpius utitur Lutherus: ad monaſtices impro-
bationem) penitus retũdatur. Verba inquam, in explanatiõe pſal-
mi nonageſimi noni: ab eodẽ ſic digeſta. Nemo uos fallat. Si non
uultis falli & uultis amare fratres: ſcitote omnẽ profeſſionẽ in eccle
ſia habere fictos. Nõ dixi omnẽ hominẽ eſſe fictũ: ſed omnẽ pro-
feſſionẽ habere fictas perſonas. Sunt Chriſtiani mali: ſed ſunt & bo
ni. Quaſi plures malos uides, quia paleæ ſunt: nec te ad grana ueni-
re

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re permittunt. Sunt ibi & grana: accede, tenta, excute, adhibe oris
iudiciũ. Inuenis ſanctimoniales indiſciplinatas: nũquid ideo ſancti
moniũ reprehendendũ eſt? Multæ non ſtant in domibus ſuis: cir-
cueũt domos alienas: curioſe agentes, loquentes quę non oportet,
ſuperbæ, lingutę, ebrioſe. Sed ſi uirgines ſunt: quid prodeſt integra
caro, mente corrupta? Melius eſt humile coniugiũ: ꝙ ſuperba uir- 1.Timo.5.
ginitas. Si enim nuberet: non haberet nomẽ unde extolleretur, &
haberet frenũ quo regeretur. Sed nunquid propter uirgines ma-
las: dãnaturi ſumus & ſanctas corpore et ſpiritu? Aut propter iſtas
laudabiles: etiã illas improbandas laudare cogemur? Vndiq; unus Mat.24.
aſſumetur: & unus relinquet. Hæc Auguſtinus. In quibus quidẽ
uerbis cum perhibeat omnẽ profeſſionẽ in eccleſia habere fictos:
conſequẽs eſt & profeſſionẽ monaſticã habere etiã fictos, neq; il-
lud inficiamur: ſed potius indolemus. Sunt quidẽ mali religioſi: ſed
ſunt & boni. Inueniuntur itidẽ religioſi indiſciplinati, incõpoſitiſq;
moribus: at nunquid ideo monachalis religio uituperãda eſt? Nũ
quid etiã propter improbos monachos: damnare debemus & eos,
qui arctioris diſciplinę ſunt obſeruãtiſſimi? Nihilo certe magis, ꝙ ꝓ
pter bonos & ſpectabilis uitę religioſos: cõmendare debeamus eos,
qui à regulari cœnobiticæ inſtitutionis diſciplina exorbitant & de
uiant. Et quia ſecundũ Auguſtinũ in uerbis ſupra dictis, undiq; id
eſt in omni hominũ ſtatu, unus aſſumetur ad gloriã, & unus relin-
quetur ad pœnã: fiet hoc utiq; & in religioſorum multitudine. ſed
propter aliquot in ea malos: non oportet totam profeſſionẽ mona
ſticam damnare. ¶ Decima Lutheri obiectio. Inſtitutio monaſti- » V.
ca repugnat præcepto dei, nos obliganti ad obedientiã parentibus »
impẽdendã: & ad ſuccurrendũ proximo, in neceſſitate conſtituto. »
Enimuero ſi alicuius religioſi pater ægrotat extra monaſteriũ, nõ »
poterit ille filius exire ſepta monaſterij ad uiſitandum patrẽ ægro- »
tum & ad miniſtrandum ei. aut ſi parentes egeant opera filij religi »
oſi: ut paſcat eos, aut ſeruiat eis. Sic ſi Franciſcanus uidet pauperẽ »
in extrema neceſſitate conſtitutum: non poterit contrectare pecu- »
niam ad ſuccurrendum illi indigẽti. nec egredi poterit clauſtro ad »
exercenda opera miſericordiæ corporalia in alios: qui indigẽt eius »
opera. quæ omnia ſunt contra charitatẽ proximi. Nõ eſt igitur ꝓ- »
banda uitæ monaſticæ ꝓfeſſio: ut quæ tranſgrediatur mãdata dei »

propter traditiones ſuas. Hæc Lutherus. ¶Reſpõſio. Cõſtantiſſi
me abnuendum eſt: inſtitutum uitæ monaſticæ compugnare dei
mãdato de honorandis parentibus, aut de ſubſidio proximis exhi-
bendo. Obligatur enim addictꝰ diſciplinæ regulari, haud ſecus at-
q; alius, ſecularis uitæ rationem ſequẽs: honorare parẽtes & eis obe
dire, ſed modo cõgruẽte ſuæ uitæ cõditioni: atq; alio, q̃ ſi eſſet in ſe
culari ſtatu conſtitutus. Ita & religioſus obſtringitur, haud minꝰ
atq; ante religionis ingreſſũ: ad ſuccurrẽdũ ꝓximo ſuo, in neceſſi
tate poſito, ſed modo & uia conueniẽte ſuæ profeſſiõi: & haud du-
bie alio, q̃ id præſtare deberet officiũ, ſi in ſecularis uitę genere uer
ſaretur. Neq; ꝓfeſſio monaſterialis quẽpiã abſoluit à parẽtũ obe-
diẽtia, aut ſubuentione proximi: ut obiectat Lutherꝰ. ſed tãtũ mo
do ipſa cõſtringit religioſum, ad illa p̄ſtanda obediẽtiæ aut hũani-
tatis obſequia, ſecundũ modũ, ſuæ uocationi aut profeſſioni cõue-
nientẽ. ¶Quẽadmodũ ĩ priore p̄ſentis obiectiõis hypotheſi, ſi cẽſe
at ipſe pater mõaſterij non expedire filio religioſo: ꝙ relicto mona
ſterio inuiſat patrẽ ſuũ ægrotũ & miniſtret ei, uel quia huiuſmo-
di corporalis, filij uiſitatio: parũ ſit opis & ſubleuationis patri langui
do allatura. aut quoniam illa, timetur incommodatura ſaluti ipſius
filij religioſi: qui propter hoc miniſterium cogeretur inter ſecula-
res fortaſſe cum graui animæ ſuæ diſpendio diuerſari, aut ob ali-
quam aliam rationabilem cauſam. Attamẽ filius ille religioſus a-
lia uia & modo poteſt obedire patri ſuo & ſubuenire, procurando
ſcilicet authoritate ſui patris monaſtici: ꝙ aliq̃s uir ſecularis illi mi-
niſterio exercendo idoneus, mittatur loco filij religioſi ad miniſtrã
dum patri, aut quod illi indigenti ſubminiſtretur à monaſterio, a-
lio'ue uiro probo eleemoſyna ad ſubleuationẽ ſuæ inopiæ. aut q̃d
totus fratrũ illius monaſticę domus cœtus: orationem fundat pu-
blicam ad deum pro ſalute patris ægroti. aut aliquẽ alium modũ
conuenientem neceſſitati paternæ ſubleuandæ excogitando: qui
profeſſioni monaſticæ filij non repugnet neq; ſaluti eius officiat.
VI. ¶Conſimili quoq; modo dicendum eſt de eo filio monaſterij inco
la: cuius pater incolumis eſt & pauper ſenioq; fractus, indigens opi
tulamine filij qui paſcat eum. Non enim oportet (ſicut nec decet)
filium illum monaſterio egredi: ut aſſiduus patri ſenectute cõfecto
aſſiſtat, illiq; miniſtret, ſed alio quouis modo (quẽ adinueniet pater

monaſticus

monaſticus:ſua prudentia & ſolretia)curare debet ſui patris ætate
grauis & paupertate preſſi ſubleuationem. ut deſignatione unius
partis eleemoſynæ publicæ,ibidē in uſus pauperū diſtribui ſolitæ:
ad ipſius patris pauperis ętateq; prouecti peculiarē ſuſtentationē.
aut deputatione alicuiꝰ uiri ſecularis: ad miniſteriū ſingulare patri
illi grādæuo & egeno exhibendū,cui ab ipſo monaſterio ea parti-
culatim aſſignetur prouincia peragēda,aut alia quauis honeſta ra-
tione:à recto & æquo non exorbitante.¶ In poſteriore uero præ
ſentis obiectionis hypotheſi & exēplo:religioſus ſancti Franciſci
regulā profeſſus non obligatur ad ſuccurrendū pauperi extrema
neceſſitate cōſtricto per pecuniæ erogationē:cū illā apud ſe nō ha
beat. Nemo autē adigitur ad id alteri dandū: quod non habet, cū
ſit illud impoſſibile,ueraq; ſit ſententia:ad impoſſibile neminē ob-
ligari. Alio tamē modo ut ſubueniat pauperi,ſi poteſt:aſtringitur.
ſcilicet per diligentē alioꝝ apud quos eſt pecunia,ſolicitationē: ut
illi pauperi ferāt opē.quod ubi ſedulo præſtiterit:ſatiſfacit præce-
pto charitatis. Quemadmodū beatus Paulus & uerbo & epiſtolis Roma.15
adhortatus eſt Corinthios & alios populos,quibus euangelizauit 1.Corin.16
uerbū dei & ſcripſit epiſtolas:ad faciēdas collectas eleemoſynaq́;
cōferēdā in ſubleuationē pauperū fidelium qui habitabant Hiero 2.Cori.8.et 9
ſolymis. Magnamq; adhibuit curam:ut huiuſmodi collectæ fide- Actuū.3
liter & integre perferentur ab illis populis fidelibus,in Hieruſalē.
Similiter beatus Petrus paralytico petenti ſtipem ad portam tem
pli Hieroſolymitani,non erogauit pecuniam:libere profeſſus,au-
rum & argentum non eſſe ſecum. ſed alio modo & longe potiore
illi ſuccurrit:cum id quod habuit,illi dedit,& in nomine domini no
ſtri Ieſu Chriſti,repente ſanum illum reddidit. ¶Eſt igitur infir- VII.
ma huiuſmodi conſecutio : quam hic nectit Lutherus. Filius re-
ligioſus non obedit patri ægroto per egreſſum monaſterij : mini-
ſtrando illi neceſſaria, & coràm illi aſſiſtendo . ergo filius ille non
obedit ſuo patri. Similiter & hæc collectio atque ratiocinatio, pri-
ori conſimilis:etiam eſt inualida. Religioſus Franciſcanus non ad-
iuuat pauperem per pecuniæ erogationem:ergo non ſuccurrit illi
nec opitulatur. Procedit enim utraq;,à contractiore deſtructo ad
id quod communius eſt,deſtruendum.quod argumentandi genꝰ:
omnino uitioſum eſt. Et in ambabus,quod aſſumitur: uerum eſſe

poteſt, & quod concluditur: falſum. cum ſint alij modi (quam qui in aſſumptis propoſitionibus exprimuntur) ſtatui monaſtico cōue nientes: quibus & hic pauperi ſuccurrat, & ille patri ægroto obedi at. Et hunc in modum, argutia præſens Lutherana, quam tanq̃ ſuum Achillem, exiſtimabat inſuperabilem: omnino concidit im becillis, eneruis & mutila.

¶ Filios etiam inuitis parentibus poſſe monaſticam uitam aggredi: nec his, tali filiorum uoto diſſentientibus, obedire illos debere. Cap. XXI.

I. VNdecima Lutheri obiectio. Sicut uxor poteſtatem habet extrahendi uirū ſuum è monaſterio, citra cō ſenſum ſuum, cucullatū: ita habet pater & mater authoritatē extrahēdi filium ſuum uel filiam è mo naſterio, quod ſubijt ſine illorum conſenſu. Et filiꝰ aut filia ſub neceſſitate ſalutis & indignatiōe dei: tenetur ſequi tūc parentes, & ponere cucullū abſq; ſcrupulo: etiam ſi ſexcenta uota feciſſet, quoniam ex diuino pręcepto obligatur ad obediendum parentibus. Non igitur poſſunt abſolute fieri uota monaſtica à filijs: quorum ſuperſtites ſunt parentes, ſed adiecta hac conditiōe: ſi id parentibus placuerit. At nunc filios à parentum obedientia omnino ſoluūt prædicatores uitæ monaſticæ: dicentes in rebus ſpi

II. ritualibus quēq; liberum eſſe. Hæc Lutherus. ¶ Reſpōſio. Non eſt inficiandum, illam eſſe uxori poteſtatem repoſcendi uirū ſuū: ipſa inuita & reclamante, monaſticā uitam profeſſum. Quoniā alli gatus uxori (cui fidem dederat coniugalem: de indiuidua uitę ſoci etate, cū ea ꝑpetuo traducēda) nō potuit uir abrūpere id uinculū quo deus illū cōſtrinxerat: ut ipſa diſſentiēte & refragāte, ſubiret aliud uitæ genus, ab ea ſeparatus. At de filio aut filia: lōge aliud ferendū eſt iudiciū. neq; putandū, ipſos pendere ex parentū conſen ſu: ut profiteanť regularē monaſterij diſciplinā. ſed patre & matre renitētibus atq; reluctātibus: liberos ipſos poſſe id cœnobiticū uitæ genus amplecti. Alioqui ubi diuino afflatu concitarenť filij ad mūdi contēptricē, religionē monaſticā ſubeundā, ut plærūq; uſu uenit. ubi etiā perſpecta ſuoꝝ affectuū qualitate, procliuitateq; ad malum, & facto propriæ conditionis atq; inclinationis animi periculo: exploratum haberent, ſe uitam in ſeculo agere non poſſe,

nisi,

niſi cum graui ſuæ ſalutis diſcrimine. ad quod fugiendũ: aſpirarẽt
ad monaſticam ſolitudinem, non poſſent id ſanctũ piæ mentis inſti
tutum opere exequi, neq; mundũ relinquere cum oblectatiõibus
ſuis: ſi contradicerent illi religioſo uoto parẽtes, amore fortaſſe car
nali affectuq; nimium propenſo in filios, ad impediendũ ipſorũ ar
dens deſideriũ inducti. Et ita potius hominibus q̃ deo foret obe-
diendũ: & animæ ſalus, parentum placitis eſſet poſthabenda, q̊d
nullus ſanæ mẽtis dixerit unq̃. ¶ Sed id unũ rogare uelim Luthe III.
rum. ſi beatum Ioannem Baptiſtam, clariſſimũ Chriſti præconẽ,
ſancti parentes eius Zacharias & Eliſabeth domi uoluiſſent deti- Lucæ. 1
nere, ne in puerili ætate & adhuc tenellus ſubiſſet deſertum, & in
ſolitudine uitam egiſſet auſteram (quod tamẽ eos nunq̃ tentaſſe:
minime dubito) quid cenſuiſſet beato Ioanni faciundum? an ne
obtemperandũ ſpiritui ſancto: uocanti eum ab ipſis pene incuna-
bulis ad illud arduum uitæ inſtitutum? aut parentibus obſequen-
dum: qui auocaſſent eum ab illo uiuendi genere inſueto? Reſpon
debit (credo) Lutherus: ſanctum Ioannem debuiſſe, tum obedire
uocanti ſpiritui dei, quoniam magis deum q̃ homines audire opor Actuũ. 4
teat. Cur igitur & nunc non fatetẽ filios & filias poſſe uocanti deo
in ſolitudinem monaſticam, immo debere obedire: q̃ parentibus,
diuinæ uocationi renitentibus? Cum etiam Chriſtus uocauit ad
ſuũ diſcipulatum beatos Ioannem & Iacobum filios Zebedęi: ſi illi
uocationi reclamaſſet Zebedęus pater eorum, cum quo erant in Matth. 4
naui quando uocati ſunt à domino, noluiſſetq; ꝙ ſe relicto ſeque-
rentur uocantem. nũquid debuiſſent illi tunc obedire patri: & ne
gligere dei uocationem? Nequaq̃: ſed deo potius q̃ homini obtẽ-
perare: ¶ Sane leguntur complures uiri ſancti in prima fere ætate IIII.
ſubiiſſe inuitis parentibus iugum monaſticum: & in eo ad magnũ
ſanctitatis culmẽ fuiſſe peruectos. Inter quos: ſufficit nobis in exẽ Thomas
plũ, ſanctimonia uitæ & doctrinæ ſplendore pręſtantiſſimus Tho Aquinas
mas Aquinas. cuius mater ſecundum carnem, nihil omnino intẽ
tatum reliquit, nullum non lapidem mouit: ut ipſum à ſacri ordinis
p̃dicatorũ monaſterio (quod ea inuita ſubierat) abduceret. Sed irri
ti fuerunt omnes eius conatus: quos per alios filios ſuos, fortiſſimi
illius athletæ fratres, ſed non ſecundum ſpiritum, nequicq̃ ipſa ten
tauit. Nam dei auxilio fretus ſanctus Thomas: poſt graues inſul-

tus & impetus hoſtiles, poſt duros agones & biennalē carcerē, ma
tris & fratrū euaſit uictor inclytus: & in ipſa, quã amplexatus à pue
V. ro fuerat religione, cũ magno totius eccleſiæ fructu ꝑmanſit. ¶ Id
ipſum autē quod proponimus: ſacrarũ literaꝝ ſolido teſtimonio, il
luſtriumq́ꝫ uirorũ authoritate, haud difficile ſuffulciri poteſt. Et
primũ ipſius prophetæ, immo dei in propheta loquētis uerbo: q̊d
Pſal. 44 in pſalmo dicitur. Audi filia & uide, & inclina aurē tuam: & obli-
uiſcere populum tuũ & domũ patris tui, & concupiſcet rex deco-
rē tuũ. Ecce adhortat̃ filiam ſpiritualē deus, animamq́ꝫ ſuſpirantē
ad ipſum: ut paterna domo obliuioni tradita, inclinet aurē ſuam ad
VI. internã uocationē, qua ſecreto pulſat & cõpellat eam. ¶ Rurſum,
Matth. 10 in euãgelio apud Matthæũ legimus Chriſtum dixiſſe. Qui amat
patrem aut matrem pluſquã me: non eſt me dignus. At qui potius
audit parentes dehortantes à capeſſendo iugo dñi in monaſtica
obſeruatione, q̃ dominũ introrſum uocantem ad illud ſubeundum:
amat patrem ſuum & matrem pluſq̃ deũ, & propriam ſalutē. Nõ
VII. eſt igitur ille, ſecundum domini ſententiam: Chriſto dignus. ¶ In
Lucæ 14 ſuper, apud Lucam dicit dominus. Si quis uenit ad me, & nõ odit
patrem ſuum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & ſorores,
adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipu-
lus. Qui autem fiet, ut is parentes ſuos odio habeat, minuſq́ꝫ quàm
deum diligat: qui ipſis diſſuadentibus profeſſionem monaſticam,
VIII. potius q̃ deo ad eam uocanti tacito impulſu obſequitur? ¶ Præte-
Matth. 19 rea, apud Matthæum Chriſtus ait. Omnis qui reliquerit domũ,
uel fratres, aut ſorores, aut patrē aut matrem, aut uxorem, aut fili
os, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet, et uitam
æternam poſſidebit. Quomodo autem tam amplum et copioſum
præmium promitteret dominus iꝭs, qui dimiſerint parentes pro-
pter nomen eius: ſi id diuinæ legi contrarium eſſet et repugnans?
IX. ¶ Adijciatur itidē et ſupra dictis una beati Hieronymi ſnīa: deprõ
Hieronymus pta ex eiuſdē epiſtola de contēptu mũdi et laude eremi ad Helio-
dorũ. quæ ſola ſufficit ad cõtundendã Lutheri frontē: et hãc eius
cauillationē eneruandã. Licet paruulus (inquit) ex collo pendeat
nepos, licet ſparſo crine et ſciſſis ueſtibus ubera (quibus te nutrie-
rat) mater oſtendat, licet in limine pater iaceat: percalcato patre
perge, ſiccis oculis ad uexillum crucis Chriſti euola. Solum pieta-
tis

ſtis genus eſt: in hac re eſſe crudelem. Hæc Hieronymus. ¶ Sed & Chryſoſtomus in duobus poſtremis aduerſus uituperatores uitæ monaſticæ libris potiſſimum agit in parentes: qui indolent filios ſuos, ipſis inuitis, aggreſſos eſſe philoſophiam illam (ut ipſius utar uerbo) monaſticæ que uitæ arctam diſciplinam. In ſecundo nanque libro, aduerſus patrem infidelem, ſtilum conuertens: mira eloquentia arteq; dicendi necnon acerrimis rationibus demonſtrat, non eſſe illi iuſtam querimoniæ cauſam: quod ipſo reclamante filius ad montis incolatum, ad ſolitudinem, aut ad monaſterij arctitudinem conuolarit. In tertio uero eiuſdem operis libro, patrem fidelem & credentem in Chriſtum, iiſdem aggreditur telis, oſtenditq; luculenter & argute, nec ipſi eſſe iuſtum querelæ locum: quod ipſo renitente filius mundum contempſerit, & ad ſecreta monaſterij ſilentia confugerit, calcato cum ſuis deſiderijs ſeculo. Neq; cuiquã dubium eſſe debet: quin illud liceat. ¶ Idem quoq; in homelia octogeſimaquarta ſuper Ioannem: exponens locum illum euãgelij, decimonono capite conſcriptum, quo Chriſtus matrem ſuam beato Ioanni commendaſſe de cruce narratur: ait. Sed cur dominus: non alius cuiuſpiam mulieris meminit: cum adeſſent. Admonens, quiddam amplius: patribus tribuendum, Vt enim cum ſpiritualia impediunt parentes: ne cognoſcendi quidem ſunt. ita cũ nihil impediunt: merito omnia ijs ſunt tribuenda, & omnibus præferendi: quia genuerunt, quod educarunt, quod innumeras pro ipſis moleſtias ſubierunt. Hæc ibi. At ubi parentes pro uiribus obſtant, ne filij eorum ſubeant monaſticam arctitudinem, ad quam uocantur introrſum à deo: nonne ſpiritualia ipſorum impediunt opera, pariter & ſalutaria? Non ſunt igitur, ſecundum Chryſoſtomi ſententiam, eo in negocio cognoſcendi parentes: nec audiendi. ¶ Inſuper beatus pater Bernardus in epiſtola ſua centeſima decima, cõſolatoriã ſcribit admonitionẽ ad parentes illuſtris cuiuſdam adoleſcentis, Gaufridi de Perona: qui in Claraualle monaſterialẽ ſuſceperat profeſſionẽ, oſtendens ibidem præclare, eos non eam ob rem dolore affici debere: quod ablatus ſit eis filius ut deo melius ſeruiat, ſed gaudere potius & lætari in domino, Cuius quidẽ epiſtolæ: hoc eſt exordiũ. Si filiũ ueſtrũ, deus facit & ſuũ: quid uos perditis, aut ipſe quid perdit? Fit de diuite ditior, de nobili generoſior: clarior de illuſtri, & quod

X. Chryſoſtom⁹

XI. Ioann. 19 Chryſoſtom⁹

XII.

Bernardus

& quod omnibus maius eſt, ſanctus de peccatore. Et paulo poſt.
Ioan.14 Si diligitis eum, gauderetis utiq;: quia uadit ad patrem, & talem pa
trem. Ipſe quidē uadit ad deū, ſed uos non perditis eū: quin potius
multos per eū acquiritis uobis filios. Quotquot ſum⁹ in Claraual-
le, de Claraualle: ipſum in fratrem, uos in parētes ſuſcipimus. Hęc
ibi. Quæ nequaq̄ ſcripſiſſet Bernardus ad parentes cōtriſtatos de
conuerſione filij ſui, ipſis inuitis facta: niſi exploratum habuiſſet, fi-
lios inuitis etiā parentibus poſſe uitæ cœnobiticæ iugū ſuſcipere.
XIII. ¶ Ad hæc, in epiſtola proxima ſequēte, ſcilicet centeſima undeci
ma: ſcribit idem ſanctus pater modeſtā quandā increpationē ex p
ſona cuiuſdam ſuoꝝ religioſorū (cui, Heliæ nomen erat) ad paren
tes illius: qui miſſis frequenter ad eum nuncijs, ſolicitarūt eundē, ut
derelicto monaſterio (quod ipſis inuitis ſubierat) rediret ad ſeculū.
In qua tota epiſtola idem religioſus inducitur: uerba admonitoria
dirigens ad ſuos parentes, hoc modo. Sola cauſa, qua nō liceat obe
dire parentibus: deus eſt. Ipſe enim dicit. Qui amat patrē & matrē
Mat.10 plusq̄ me: non eſt me dignus. Si me uere ut boni, ut pij parētes di-
ligitis: ſi uerā, ſi fidelē erga filiū pietatem habetis: quid me patrio-
mnium deo placere ſatagētē inquietatis. & ab eius ſeruitio, cui ſer-
uire regnare eſt retrahere attentatis? Vere nunc cognoſco: quia
Ibidem inimici hominis, domeſtici eius. In hoc: uobis obedire nō debeo. in
Ioan.14 hoc non agnoſco uos parentes: ſed hoſtes. Si diligeretis me: gau-
deretsi utiq;: quia uado ad meū atq; ueſtrum, immo uniuerſorum
patrē. Alioquin: quid mihi & uobis? Quid à uobis habeo: niſi pec-
catum & miſeriam? Hoc ſolum quod geſto corruptibile corpus: de
ueſtro me habere, & fateor & agnoſco. Et reliqua: in eandem ſen-
tentiam per totum epiſtolæ contextum conſequentia. quæ nequa
quā ſanctus Bernardus, prædicti religioſi nomine ſcripſiſſet: ſi p-
ſuaſum habuiſſet, non poſſe filium renitentibus & inuitis parenti-
XIIII. bus, monaſticen amplecti. ¶ Cæterum obiectat hic Lutherus: fili
um debere obedientiam parentibus. quam ſi denegauerit: diuini p
cepti eam iubentis exhiberi, reus fit & præuaricator. At ſi parētes
uolunt ſuum filiū opulentæ domus futurū hęredē, agere uitam in
ſeculo: contrà uero filius, inuitis parentibus monaſticū aggreditur
inſtitutum: ipſe parentibus ſuis eſt inobediens. Eſt igitur diuini
tranſgreſſor mandati: & magni criminis reus. ¶ Huic reſpondētes
cauillo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cauillo, fatemur quidem filium parentibus debere obedire, nõ ta=
mẽ omnibus in reb⁹ ſine diſcrimine, ſed tãtũ licitis & honeſtis, q̃cꝫ
deo non aduerſantur, aut propriæ ſaluti nõ incommodãt. Non eſt
autem æquum & iuſtum, quẽpiam interius à deo uocatum ad cœ
nobiȷ̃ auſteritatem & fugam ſeculi, aut ſuæ timẽtem ſaluti ſi illam
nõ amplectatur: deſerere uocantẽ deum, ſuæq́ꝫ ſalutis rationẽ nõ
habere, & parentibus uiam ſeculi adeundã ſuadentibus, morẽ ge-
rere. Et qui in eo negocio poſthabitis parentibus inuitantẽ ſequi-
tur dei ſpiritum atqꝫ trahentem: minime cenſeri debet inhonora=
re, aut debitam eis obedientiã ſubtrahere. Siquidẽ inobediens pa
rentibus (ut ea denominatio: malæ rei eſt nota, & uitiũ ſonat) is tã=
tũ dicitur: qui quãdo, ubi, & quomodo, ac quibus in reb⁹ debet eis
obedire, non obedit. Sic & parẽtes inhonorat: qui debitũ eis hono
rẽ, ſiue in reuerẽtiæ exhibitione, ſiue obſequio, ſiue bonoꝝ ſubmi=
niſtratione: nõ impendit: quãdo, ubi, & quomodo debet impẽdere.
Manifeſtũ eſt autẽ, filiũ non aſtringi ad obedientiã patri præſtan=
dam: in ȷ̃s quæ contra dei ſunt uocationẽ, propriæq́ꝫ ſalutis incolu=
mitatẽ. Neqꝫ eundẽ obligari ad id honorationis genus: quo relicto
monaſterio, iniuſſu patris mõaſtici accedat domũ paternã, ut ægro
to patri, ꝓpriȷ̃s manibus exhibeat obſequiũ. Eſt enim id officȷ̃ ge=
nus: ſuo ſtatui quẽ ſpõte aggreſſus eſt, incongruũ & minime cõde-
cens. Debemus aũt in omni opere noſtro ſeruare decorũ: & id tan
tũmodo agere, quod noſtræ uitæ cõgruat inſtituto. ¶ Porrò ex his XV.
aperte cõſtat, q̃ prodigus ſit uerboꝝ Lutherus: cũ hoc in loco libri
ſui ſubnectit ſequentia uerba. Certus itaqꝫ eſto quilibet Chriſtia= »
nus, ꝙ ſicut non potes uouere ut neges deũ & mandata eius: ita uo »
uere non potes ne obedias parentibus & ſeruias proximis, cũ deus »
mandarit obedire parentibus & ſeruire proximis. Ideoq́ꝫ uotũ tu= »
um cum fiducia ſic interpreteris, ut ubi parẽs uel proximus tuus te »
opus habuerit: uotum iam prorſus non tenere, authoritate ipſa dei »
certiſſimus ſis. Si enim unũ mandatũ propter uotum potes dirum- »
pere: potes omnia dirumpere, & totum deũ negare. Si autem non »
potes deum nec uniuerſa mandata negare: nullũ ne minimũ qui- »
dem potes negare aut dirumpere mãdatum. Monaſticũ enim uo »
tũ: pro mandatis, non aduerſus mandata dei ualere debet, & ſemꝑ »
eiſdem cedere, etiam ſi eis perpetuo cedendum: & uotum prorſus »

abolendũ ſit. Hæc Lutherus. Sed quo tanta uerboꝝ tendit farra go: inaniter iactata? cum nullus unq̃ dixerit poſſe quẽpiã uouere, ne obediat parẽtibus aut ſuccurrat proximis, aliud ue dei mãdatũ tranſgrediatꝰ. quẽadmodũ uideť his uerbis ſubindicare Lutherus: monaſticæ uitæ prędicatores id docere. Quid itẽ opus eſt illa uoti interpretatione: quam nequicq̃ ſubtexit? cum nunq̃ id contingere poſſit: ut propter uoti obſeruationẽ, obediẽtiã parẽtibus debitã quis deneget, aut proximis non ſuccurrat, eo quidẽ modo: quo pro ſui ſtatus ratione id officiũ præſtare debet. Quid ꝑterea neceſſe fuerat admonere: uotũ ipſum debere ipſi mãdato dei cedere, & abolẽdũ potius eſſe uotũ q̃ uiolandũ dei præceptũ? cũ nunq̃ illud euenire queat: ꝙ uotũ monaſticũ alicui dei præcepto repugnet, aut ulla inter uotũ & dei præceptum ſit controuerſia uel diſſonantia.

¶ Inſtitutionẽ monaſticã, nequaq̃ impedire officia charitatis: nec ocioſos aut deſides enutrire. Cap. XXII.

I. DVodecima Lutheri obiectio. Charitas, libera eſt:
» nullis perſonis proprie addicta. At monaſtici, ſibi &
» ſuis tantum charitatem alligãt: aliorũ negligẽtes. Im
» mo uidentur monaſteria contra monaſteria, & ordi
» nes aduerſus ordines, odia gerere mutua & diſcor-
» dias. Vera autem illa charitas quæ omnibus expoſita eſt, ad ſeruiẽ
» dum amicis & inimicis: eſt illis prohibita & illicita. Quia (ut ante di
» ctum eſt) religioſo non licet exire monaſteriũ, uiſitare infirmos, &
» alia Chriſtiana obſequia impendere: etiam ſi opus ſit, & poſſit. Im-
» mo contra peruertentes omnia, poſitis manuũ operibus ipſi ocioſi,
» ſinunt ſolis ſibi bene fieri à toto mundo: omnium ſubſtantiam de-
» uorantes, bene ſani & robuſti, magno etiam incommodo uere pau
» perum. Rependunt uero ſuis benefactoribus opera miſericordię
» ſpiritualia: orationes & miſſas infructuoſas. Certe damnabile eſt in
» eo uitæ genere inueniri, quod non niſi ocioſos homines gignit: qui
» uelut locuſtæ, erucæ & bruchi, aliorum omnium ſubſtantiam de-
» uorant. ipſi uero nullis ſeruiunt, nullis exhibent charitatẽ: nullis be
II. nefaciũt. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Hæc cauillatio nõ tam cõ
torquet in religionem monaſticam tela impugnatoria: q̃ conuitia in eandem probraq́ꝫ certatim exaggerat & expuit. quibus tamen, ſine conuitijs reſpondere annitemur. In primis, liberam eſſe charitatem.

tatem, expanſamq; in omnes ſine cuiusq̄ excluſione, fatemur: ut q̄ Mat. 5
etiā ad inimicos diligēdos extēdatur. neq; ita ullis eſt addicta perſo
nis: ut alias à ſui cōmuniōe ſecludat· nō tamē omnib⁹ eadē ex cha- Cant. 2
ritate præſtantur officia: ſed cuiq; pro ſuo gradu & dignitate. Ordi
nata ſiquidē à deo eſt charitas: & ſingulis quod ſuū eſt diſtribuit.
ſuperioribus quidē: obedientiā & honorē. ęqualibus uero: humāi
tatē & facilitatem cōgreſſionis. inferioribus autē: directionē & do-
ctrinā. Eadem quoq; propinquioribus & arcta ſocietate cōiunctis
plura impartit officia: quod plus eis debeat. iis uero q̄bus debet mi-
nus: impendit minora, pro merito ſcilicet & gradu cuiuſq;. Hanc
itaq; charitatē in omnes diffuſam habēt religioſi, & ita obſeruāt: ut
nullū, ex inſtitutiōe ſua regulari, proſequātur odio. Attamē ſine i-
pſius charitatis offenſione aut læſione, illis qui ſuæ ſunt profeſſio-
nis: ob eūdē ſocietatis gradū impēdūt potiora charitatis obſequia.
aliis uero minora & inferiora: quod min⁹ ipſis debeāt. In omnes ta
mē: cōmunia charitatis officia, orationū ſuarū participationē bo-
norūq; operū cōmunicationē profundunt. ¶ Neq; ex eo quod ex III.
tra monaſterii ſepta degentibus ægrotis aut pauperibus ſecularib⁹
non impendūt uiſitationē corporalē ac miniſteriū religioſi: ſumit
efficax argumentū: hos non habere in illos charitatem. Tū quod
illorum obſequiorū exhibitio, per exitū à monaſterio faciēda: ne-
quaq̄ ad ſtatum & cōditionē religioſorū attinet. Charitas autē ſyn
cæra, ſem p aſſeclā ſecū habet & comitē, diſcretionē: quę perſpiciat
quid quęq; agere deceat, & cui, & quādo, & ubi, & quomodo. Tū
etiā quod alia ſunt charitatis opera, q̄ loco uiſitatiōis corporalis reli
gioſum dedecētis ob euagationē: exhibere poſſit cœnobita. huiuſ-
modi egenis & ægrotis. ſolicitatio ſcilicet ſedula aliorū quos id de-
cet opus: ad uiſitationē illorū pauperū & erogationē ſubſidii pecu-
niarii. frequēs item & aſſidua pro illorū ſalute ratio: & reliqua pia
ſtudia, à religioſi officio nō abhorrētia. quēadmodum in uiceſimo
libri huius capite, abunde eſt dictum: & hic eadem repetiſſe, ferme
eſt ocioſum. ¶ Quod ſi mōaſteria aliqua inter ſe odio flagrēt diſ-
ſideantq;: ut obiectat hic Lutherus, ſi itidem unus in alium inſur-
gat ordo monaſticus, exercēs odia mutua diſſentionesq; miſcēs: id
ipſum non ex inſtitutione monaſtica proficiſcitur, cōmendāte ſum
mopere pacem inter omnes & concordiam, ſed ex eorū qui ab in-

tegra illius ſyncæritate prolabunt̃,culpa: admittentiũ intra cordis
ſui penetralia tetrũ ſerpentis antiqui uirus, odiũ & rixas. Verũ ob
hanc particulariũ religioſorũ præuaricationẽ, qui totũ monacha-
lis diſciplinæ inſtitutũ damnandũ cenſuerit: eodẽ iure & legẽ euã
gelicam diſciplinamq́ꝫ Chriſtianam damnet oportet. quod plurimi
eam profeſſi, à ſyncæra eius exorbitant obſeruatione: inhiãtes opi
bus, indulgentes uoluptatibus, & mundi huius gloriã q̃rentes, cõ
tra ſacratiſſima documẽta in euãgelio cõtẽta. Sed nõ ẽ à ſingulo
rũ qualitate: genus aliquod uitæ diiudicandũ, bonũ ne ſit an malũ.
quin poti⁹ ab inſtitutis & legibus: quas obſeruãdas proponit. Quę
ſi recte ſunt & probæ, cõmendabile eſt & bonũ illud uitæ genus:
etſi mali ſint qui idipſum profeſſi, à rectis ipſius legibus aberrãt &
IIII. diſcedunt. ¶ Neqꝫ oſcitanter aut perfunctorie id in præſentia eſt
pertranſeundũ: quod in hac obiectione Lutherus religioſis impin
» git, utpote quod omniũ ſubſtantiam deuorent. magno etiam incõ
» modo uere pauperum. quod item uelut locuſtæ, erucæ & bruchi:
» aliorũ abſumũt opes & facultates, quæ in egenorũ & mendicorũ
» uulgariũ ſuſtentationẽ eſſent diſpartiẽdæ. Quibus ſane uerbis im
probat erogationem eleemoſynarum quæ fit religioſis pauperta-
tem uoluntariam amplexatis: eamqꝫ potius faciendã eſſe cenſet cę
cis, claudis & cæteris mendicis paupertatẽ neceſſariã tolerantibus.
Nimirũ hac in parte uidetur ipſe perſimilis Iudæ proditori: qui in
doluit effuſionem unguẽti precioſi ſuper caput et pedes dñi noſtri
Matth. 26 in cœna à Maria magdalena eſſe factã. cauſatus, multo ſatius un-
guentũ illud uenũdari debuiſſe: & preciũ eius dari pauꝑibus. Hoc
Ioann. 12 autẽ dixit (euangeliſta teſte) non quia de egenis ad eũ pertineret,
aut miſericordia in eos moueretur: ſed quia fur erat, & loculos ha
bens. Haud aliter & hoc in loco Lutherus ſubindicat melius eſſe
q̊d mẽdicis publicis eroget̃ eleemoſyna q̃ religioſis mẽdicãtibus:
nõ quia eũ tãgat illoꝝ pauperũ uulgariũ cura uel ſolicitudo. ſed ut
illorũ obtẽtu & prætextu impediat uere pauperibus ſpiritu, & qui
ſua omnia pro Chriſto reliquerunt, ut nudi & expediti ipſum ſe-
querentur: impartiri uitæ ſubſidiũ. In quo quidẽ improbo ſuo mo
limine, nõ modo impii Viclefi reſuſcitat execrabile dogma: ſed &
Vigilantius. ipſius Vigilantii hæretici, qui prohibuit ſanctis pauꝑibus, Hiero-
ſolymis deo in mira uitæ auſteritate ſeruiẽtibus, cõmunicationem
ſumptuum

ſumptuũ & eorꝝ quę ad uictũ attinẽt, fieri. queadmodũ his uerbis teſtatˀ Beatus Hieronymus: in libro contra ipſum ædito. Præterea Hieronymus
iiſdem ad me relatũ eſt epiſtolis: ꝙd cõtra authoritatẽ apoſtoli Pau Gala. 2
li, immo Petri Ioãnis & Iacobi, qui dextras dederũt Paulo & Bar nabæ cõmunicationis, & præceperunt eis ut pauperum memores eſſent: tu ꝓhibeas Hieroſolymã in uſus ſanctorꝝ aliqua ſumptuũ ſolatia dirigi. ¶ Deinde productis aliquot ſcripturæ teſtimoniis, in V.
gentẽ beati Pauli ſolicitudinẽ atqꝫ curã pro miniſterio eleemoſyna rũ in ſanctos pauperes Hieroſolymitanos atteſtantibus: ſubiungit Hieronymus. Nũquid in alia parte terrarũ, & in iis eccleſiis quas Idem
naſcẽtes fide ſua erudiebat Paulus: ꝗ ab aliis acceperat, diuidere nõ poterat? Sed ſanctorꝝ locorꝝ pauꝑibus dare cupiebat: qui ſuas pro Chriſto facultatulas relinquẽtes, ad dñi ſeruitutẽ tota mẽte cõuer ſi ſunt. Deinceps cõprobat idẽ, cũ pauperibus oĩbus porrigendã eleemoſynã: tum iis præcipue, qui relictis oĩbus in ſpontanea paupertate dominũ ſequuntur. Atqui tales, & ſanctorum illorũ pauperũ (quos ut tutor ab apoſtolis conſtitutus, curabat Paulus) proxime æmuli: ſunt religioſi, monaſticã profeſſi pauꝑtatẽ, atqꝫ ultro neam mẽdicitatẽ amplexi. In illos igitur ſecundũ Hieronymi ſen tentiã, primũ collocanda eſt eleemoſyna: & erogatio ſtipis. Deinde in cæteros pauperes, inopia ac egeſtate preſſos ob neceſſitatẽ, etiam porrigenda eſt larga manus & adiutrix: ad ſubleuandam eorũ penuriam. Neqꝫ id iniuria. Spontanea eñ paupertas, ei quã infert neceſſitas, eſt præferenda: ſicut & uoluntariũ neceſſario. Pauperi Matth. 5
bus etiã ſpũ & ultronea mẽte: regnũ cælorꝝ repromittiˀ, & iis qui Matth. 19
reliquerint domũ uel agros propter nomẽ dñi: centupla retributio ac æternæ uitæ poſſeſſio in mercedẽ eſt aſſignata. Deniqꝫ ei q uẽ Ibidem.
ditis oĩbus & in pauperes erogatis Chriſtũ fuerit cõſectatus: theſaurus in cælo, ad præmiũ deputatur. Cæterũ hanc bonorꝝ tẽporaliũ in religioſos pauperes cõmunicationẽ, primo etiã loco facien dam eſſe: deinde uero in relquos pauperes uulgares, diffuſe demõ Thomas
ſtrat eximius pater Thomas Walden: in capite centeſimoprimo Vualden.
ſui operis de ſacramẽtalibus. Vbi ad retundendã Vicleſianã improbitatẽ, oblatrantẽ cõtra cõmunicationẽ bonorũ tẽporaliũ, religioſis fieri ſolitã: declarat multis ſanctorũ patrũ teſtimoniis, illam ſummopere commendandam eſſe. ¶ Porro cum deinde Luthe- VI.

rus in præſente obiectione uipereã exacuēs linguã in quoſuis reli
gioſos: eos grauiter inſectatur, quod poſitis manuũ operibus ocio
ſi degunt: & ab aliis, uitæ ſuſtentationē recipiunt ſine labore corpo
rali quæritante uictũ, cum ſint robuſti & ſani: eò totam illã uerbo
rum tragœdiam contorquet, quod ſua quidē ſentētia religioſi de-
beant propriis laborare manibus: & quotidiano labore corporis,
uictũ ſibi neceſſarium comparare. Quod ſane improbũ dogma et
peruerſum etiã mutuatus eſt à ſuo præceptore & magiſtro erroꝝ
Viclefus Viclefo: cuius uiceſimus articulus inter quadragintaquinq; dãna
tos in ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi, eſt iſte. Conferens elee-
moſynã fratribus: ē excõmunicatus eo facto. Viceſimus aũt quar
tus: eſt hic. Fratres tenentur per labores manuũ, uictũ acquirere
& non per mendicitatē. Verũ contra utrunq; perditiſſimum do-
gmatiſtē, & erroneã hanc atq; ſcandaloſam eoꝝ aſſertionē: in pro
xime ſequēte capite armatã inſtruemus aciē. auxiliaresq; petemus
copias & tela literaria in eos uibranda: à fortiſſimo pugile, & con-
Thomas Aquinas tra huiuſmodi hoſtes certare doctiſſimo, ſancto Thoma Aquina-
te. qui in opuſculo ſuo contra impugnãtes religionē inſcripto, hãc
ueſanã improbitatē, propoſitionemq; abſurdam de neceſſario reli
gioſorũ labore corporali: copioſe & acute confutat. Cuius & nos
ueſtigiis q̄ proxime inhęrebimus: iiſdē ꝓpemodũ rationibus uſuri.

¶ Religioſos non obligari de neceſſitate ſalutis: ad labo
res manuũ exercēdos pro uictu cõparando. Cap. XXIII.

AD cõmonſtrandũ aũt propoſitũ, in calce præceden-
tis capitis explicatũ: religioſos inquã non obſtringi
diuina lege, ut per quotidianũ manuum laborē ſibi
uictum corporalē & neceſſaria uitæ comparent: ſit
I. hæc prima ratio. ¶ Chriſtus in euangelio poſt ſuſce-
ptum publicæ prædicationis officium: non legitur opus manuum
exercuiſſe ad neceſſaria uitæ comparanda, quæ ſibi debebantur
ex miniſterio euangelizationis. neq; recuſaſſe piarũ mulierum ob
Lucæ 8. ſequia: quæ illi miniſtrabant de ſuis facultatibus. Quinimmo nec
Matth. 10 apoſtolis ſuis ad prædicandũ euangeliũ miſſis (cũ formã eis uitæ
1. Corin. 9 præſcriberet) iniũxit unq̄: ꝙ manibus laborarēt ad uictũ conſe-
quendũ, qui merito illis debebatur ab iis, quibus uerbũ dei annũci
abant. Et beato etiã Paulo debita erãt eodem iure neceſſaria uitæ
quãuis

quāuis ipſe plærisq; in locis eo noluerit uti iure. ne accipiēdo in illis
q̄d ſibi erat debitū: quempiā grauaret, moroſioremq; redderet ad
audiendū dei uerbū. ut in nōnullis epiſtolarū ſuarū locis: plane cōte 2. Corin. 12
ſtatur. Multi aūt religioſorū ordines, inſtituti ſunt ad annūciandū 1. Theſſa. 2
populo uerbū dei: & ſeminādū myſticū ſemē in agro pectoris hu-
mani. Cur igit̃ nō poterunt illi ab ijs, quibus ſeminauerūt ſpūalia: 1. Corin. 9
metere carnalia? cū teſte apoſtolo, dn̄s ordinauerit ijs qui euāgeli-
um annunciant: de euāgelio uiuere. ¶ Secunda ratio. Cum Mar- 11.
tha, excepto domino cæli & terræ in domū ſuam, ſatageret circa
frequēs miniſteriū: & Maria Magdalena ſoror eius ſedens ſecus
pedes dn̄i, audiret uerbū eius: conquerēti de ſororis ſuæ ocio, Mar Lucæ. 10
thæ reſpondit dominus. Martha, Martha, ſolicita es: & turbaris
erga plurima. Porro, unū eſt neceſſariū. Maria optimā partē ele-
git: quæ nō auferetur ab ea. Quibus ſane uerbis, contēplatricē ui-
tam labori manuū nequāq̄ intentā, prætulit dn̄s actiuę & opatrici
uitæ: quæ opere manuū ſibi uictū quęritat. Atqui nullā fere dede
ris religionē monaſticā: quæ præcipuū ſuū ſtudiū & exercitiū nō
dirigat ad dei cōtemplationē, utq; tota uacet deo. Huiuſmodi aūt
quieta mentis in deū intentio, maiorē in modū impediret̃ per exte
riorē occupationē qua operi manuū eſſet inſudandū. Conſtat igit̃
hoc euangelico exemplo, non ſolum approbari religionem mona-
ſticam contēplationi deditam, & laboris manuum expertē: uerum
etiam eandē pręferri actiuæ uitæ, ſolicitudinis & turbarum plenę, Bernardus
quæ occupat̃ opere manuū ad corporis ſuſtentationē. Vnde Ber
nardus in apologia, loquēs ad religioſos: qui ſe iactabāt operibus
manuū præter cæterorum morem ſolicite intentos eſſe, ait. Iam
uero de labore manuū quid gloriamini? cum & Martha laborās, Lucæ. 10
increpata: & Maria quieſcens, laudata ſit. Et Paulus aperte dicat. 1. Timo. 4
Labor corporalis, ad modicū utilis eſt: pietas aūt ad omnia. Opti- Pſal. 6
mus labor: de quo propheta dicebat. Laboraui in gemitu meo. & Pſal. 76
de quo alibi. Memor fui dei, & delectat⁹ ſum: & exercitatus ſum.
At ne corporale intelligas exercitium: & defecit ſpiritus meus, in
quit. Vnde ubi non corpus ſed ſpiritus fatigatur: ſpūalis labor pro
culdubio intelligitur. Quid ergo inquis? Siccine ſpūalia illa per ſua
deſ: ut etiā hæc q̄ ex regula habemus corporalia, dānes? Nequāq̄.
Illa oportet agere: & iſta non omittere. alioquin cū aut iſta omitti Matth. 23
neceſſe

neceſſe eſt,aut illa:iſta potius omittēda ſunt,q̃ illa. Quāto em̄ ſpiti
tus melior corpore:tāto ſpiritualis q̃ corporalis exercitatio,fructuo
ſior. Tu uero cū de hoꝝ obſeruatione elatus, alijs nō eadē obſer-
uantibus derogas:nonne te magis regulæ tranſgreſſorē indicas?
III. Hæc Bernardus. ¶ Tertia. Qui diuitias habent & poſſeſſiones iu-
ſte acquiſitas,unde uiuant ſine opere manuū:nō obligant̃ ad ope-
rādum manib⁹,& ad uictū hac ratione ſolicite quærendū. Alioq
diuites omnes & laici & clerici,obtinentes amplos redditus annuos
quibus honeſte uictitent,& non laborantes manibus:eſſent æter
næ dānationi obnoxij quod omnino abſurdū eſt:& à ueritate alie
nū. At uero multæ religioſorum domus, largos habēt redditus an
nuos ſibi deſignatos à pijs regibus & principibus:qui primū domos
illas erexerūt,aut erectas magnifice dotarūt, ut omni abiecta pro
curādi uictus ſolicitudine:eēnt religioſi illarū domoꝝ incolæ,expe
ditiores ad diuinū cultū & ſpiritualia exercitia. Recte igitur utunt̃
illis prouentibus & emolumētis tēporalibus ad uictū quotidianū,
huiuſmodi religioſi:nec obligātur ad laborē manuū exercēdum.
IIII. ¶ Quarta ratio. Clerici & uiri eccleſiaſtici,deſeruiētes tēplo dn̄i in
miniſterio altaris & officio horarū canonicarū:exinde uictum ſibi
1.Corin.9 Gene.47 debitū ob illud obſeqū,ꝓbe cōparāt ſine ope manuū. Nēpe ut at
Numeri.18. teſtatur beatus Paulus,q altario deſeruiūt:de altario ꝑticipāt. Vn̄
& ſacerdotib⁹ Aegyptijs tradita erat à rege terra in poſſeſſionē:et
alimēta eis,regia authoritate cōſtituta erāt ex horreis publicis, ut
hiſtoria Geneſeos refert. Et dn̄s in lege Moſaica filijs Leui dedit
omnes primitias, decimas & oblationes pro miniſterio , quo in ta-
bernaculo teſtimonij ſeruiebāt quotidie deo. Vt cōpertū habea-
mus ac perſuaſum:illud diuino iuri,naturali & humano eſſe cōſo-
nū,quod deſeruientibus tēplo domini debeatur uictus pro illo mi-
niſterio:citra exercitiū & opus manuū corporale. Sed nulla eſt do
mus monaſtica,in qua nō ſint eius alumni diurnis & nocturnis of-
ficijs eccleſiaſticis occupati:decātantes aſſiduas deo laudes,& offe-
rentes ſalutare altaris ſacrificiū pro toti⁹ eccleſiæ catholicæ ſalute.
Igit̃ iure uictū ſibi habēt deſignatū religioſi,ex dotatione larga fun
datorum,aut eleemoſynis uirorum miſericordiū ſine operatione
V. quā manibus exerceāt. ¶ Quinta. Qui ſacræ ſcripturæ ſtudio aſſi-
due inſiſtunt:citra omnem reprehenſionē abſtinent à labore ma-

nuum

nuum.quoniã illũ exercere cõmode nõ poſſent:& ſimul accuratã
ſacris literis operã nauare,cũ unũ alteri eſſet impedimento. Vnde
beatus Hieronymus in prologo libri Iob ait. Si aut fiſcellã iunco te Hieronymus
xerẽ,aut palmarũ folia manibus cõplicarẽ:ut in ſudore uultus mei
comederẽ panẽ,& uentris opus ſolicita mente ptractarem:nullus
morderet,nemo reprehẽderet. Nunc autẽ quia iuxta ſentẽtiã ſal- Ioã.6
uatoris uolo operari cibum qui non perit, & antiquã diuinorũ uo-
luminũ uiam ſentibus uirgultiſq; purgare:error mihi geminus in-
figitur. Et paulo poſt. Quapropter ò fratres, pro flabello, calathis,
ſportelliſq;,munuſculis monachorũ:ſpiritualia hæc & manſura do
na ſuſcipite. Hæc Hieronymus. Ex quibus uerbis clare id dilucet,
beatũ Hieronymũ qui monaſticã uitã fuerat profeſſus: loco ma-
nualis operis,aſſumpſiſſe ſanctæ ſcripturæ ſtudiũ,quãuis id æmuli
eius ſugillarẽt,caninoq; dente roderẽt. Poſſunt igitur tãti uiri exẽ
plo:& religioſi,ſalutare illud ſtudiũ amplecti & in illo quotidie uer
ſari poſt abſolutũ eccleſiaſticũ officiũ:ſine exercitio laboris manu
um. ¶ Sexta ratio. Fideles ſecũdũ regulã à ſanctis apoſtolis cõſtitu- VI.
tã Hieroſolymis euãgelicæ diſciplinæ addicti:ex eleemoſynis lar Actu.4.
ga & pia credentiũ in Chriſtũ manu ſibi collatis, in principio ſur-
gẽtis eccleſiæ uixerunt. Et idipſum,ex erogatis inquã aliorũ libera
litate bonis tẽporalibus uitã agere, uſqueadeo tũc à reprehenſiõe
fuit alienũ, in illis uere pauperibus ſpiritu:ut cæteri apoſtoli beatis
Paulo & Barnabæ (cũ ituri eſſent ad annunciandũ gẽtibus euan Gala.2
geliũ Chriſti) prouinciam iniunxerint,ut pauperũ illorũ memores
eſſent:curarẽtq; eos cõmendare populis fidelibus apud quos prę
dicarent uerbum dei,ad aliquã eleemoſynæ contributionẽ illis mi
ſericorditer impendendã. Quod ſane nõ ſegniter ambo ſunt exe-
cuti:queadmodũ ex Paulinis epiſtolis haud obſcure liquet. Si igit
id probro illis pauperibus fratribus qui propter Chriſtũ omnia reli Roma.15
querũt,datum non eſt:quod ex eleemoſynis undecũq; collectis & 1.Corin.16
Hieroſolymã deuectis uitam agerẽt. cur nunc id uitio uertetur & 2.Corin.8
reprehenſione cenſebitur dignũ:quod ij qui ut Chriſtũ ſequerent
expediti,ſpontaneã ſubierũt paupertatem,& mendicitatẽ ultrone
am ſponte ſua,non autẽ neceſſitate ſunt amplexi:ſubleuẽtur elee-
moſynis diuitum,& ſine manuũ labore alienis opibus alãtur? Hęc
quidẽ paucis in hanc rẽ perſtricta ſunt, de quibus qui ampliorem

exoptat pertractationem:ex hoc riuulo,tenui decurſu deducto,ſe
trāſferat ad uberrimū fontē,larga ſcaturigine,pfluentē: prędictū
ſcilicet ſancti Thomæ Aquinatis opuſculū , in quo exuberantius
VII. inueniet hanc materiā diſcuſſam. ¶ Verūtamē nō uidebitur hoc
loco ocioſum:alias iuſuper rationes & aliunde acceptas,ad corro-
borandā rem propoſitā,in præſentia adducere. Sit itaq; ſeruato cō
Exodi. 5 tinuo ordine:hæc ſeptima ratio. Cū Moyſes & Aarō à deo miſſi
ad Pharaonē regē Aegypti:ſignificarent eidē ſuā legationē, præ
ciperentq; illi in nomine dñi, quod dimitteret populū Iſraëliticum
ad ſacrificandū deo in deſerto:reſpōdit eis Pharao. Quare Moy-
ſes & Aaron ſolicitatis populū ab operibus ſuis? Ite ad onera ue-
ſtra. Quē locū exponēs gloſſa ordinaria:ait. Hodie quoq; ſi Moy
ſes & Aaron,id eſt propheticus & ſacerdotalis ſermo:animā ſoli-
citet ad ſeruitutē dei,exire de ſeculo, renunciare omnibus q̄ poſſi-
det,attēdere legi & uerbo dei:cōtinuo audies unanimes & amicos
Pharaōis dicētes. Videte quomodo ſeducunt homines & puertū
tur adoleſcētes:ne laborēt,ne militēt,ne agāt aliquid quod proſit.
relictis rebus neceſſarijs:ineptias ſectant & ociū. Quid eſt ſeruire
deo? laborare nolūt:& ocij occaſiōes quærūt. Hæc erāt tūc uerba
Pharaonis,hæc & nūc amici eius loquuntur:nec ſolū uerbis ſed e-
tiā uerberibus perſequunt. Flagellari iubet ſcribas Hebræorum:pa-
leas non dari,opus exigi. Hæc paſſi ſunt patres:& nunc dei popu-
lus patitur. Hæc ibi. Ex quibus liquet,eos qui uolūt religioſos oēs
ſine diſcrimine & delectu ad opera manuū exercēda adigere: per
ſimiles eſſe Pharaoni & ꝓpoſitis eius , qui afflixerūt populū Iſraël
duriſſimis laborib⁹,ne uacare deo poſſent & ſacrificiū deo in deſer
VIII. to offerre. ¶ Octaua. Non ſunt facienda minora bona : q̄ maiorib⁹
atq; potioribus ſunt impedimēto. quoniā meliora,ſunt min⁹ bonis
operibus recto iure præferēda. Atqui opera manualia q̄ ad uictū
corporis cōparandū exercentur:plerūq; obſtaculo ſunt ſpirituali-
bus operibus faciendis,quibus tamen lōge ſunt inferiora. Nēpe cū
occurreret legitima occaſio faciendæ p religioſum ꝑdicationis, au-
diendæ cōfeſſionis, aut uiſitationis infirmorū aut alterius cuiuſpiā
operis ſpiritualis:nō poſſet ille id proximo indigēti impēdere mi-
niſteriū ſalutare,quoniā detineret occupat⁹ ope ſuo manuali: q̄ ui
ctū ſibi acquirat,alioqui nō mādocaturus. Quinimmo ſi ꝓpoſitus

monaſterij

monaſterij aliquod opus ad ſpiritũ pertinens cuiq̃ ſuorũ religioſo
rum manibus laboranti agendũ iniungeret:obtenderet ille excuſa
tionẽ pro rei qualitate legitimã, cauſareturq́ꝫ ſe occupatũ neceſſa-
rio manuũ labore:quem intermittere non poſſet. Alioqui opus il-
lud non expleret:quo uictũ compararet. Sed ubi tunc in monaſte
rijs obediẽtia & opera ſpiritualia:locũ haberent? ¶ Nona. Beatus IX.
Auguſtinus in libro de opere monachorũ, eximit occupatos qua Auguſtinus.
tuor generibus operũ ſpiritualiũ, à regula illa apoſtolica: q̃ manu- Ephe.4.
um laborẽ exercendũ decernit. Si euãgeliſtę(inquit)ſunt:id eſt di 1.Theſſa.4.
uini uerbi annunciatores ad populũ. Si miniſtri altaris: diuina dño
cantica pſonantes et miniſtrãtes altari. Si diſpenſatores ſacramen-
torũ:illa adminiſtrantes alijs,potiſſimũ euchariſtiæ ſacramentũ &
pœnitentiæ. Si deniqꝫ aliquid habebãt in ſeculo, quo facile ſine o-
pificio ſuſtentarent hãc uitã:quod conuerſi ad deum, indigentibus
diſpartiti ſunt. Hi nanqꝫ poſtremi(inquit)quia pauperes ſuſtenta-
uerunt:de eleemoſynis etiã pauperũ ſuſtentari debent,& quia a-
lijs neceſſaria erogarunt:iure ab alijs,quæ ſibi ſunt neceſſaria acci
piunt. Nõ igitur hi,quamuis religionem ſint monaſticã profeſſi:ob
ligantur ad opera manuũ exercenda. ¶ Decima. Reges & princi- X.
pes,præfecti militiæ,iudices & magiſtratus urbiũ,& in uniuerſum
qui intenti ſunt operibus ciuilibus ad moderationẽ populi & admi
niſtrationẽ iuſtitiæ:ad opera,manuũ miniſterio faciunda non ob-
ſtriguntᷓ.quoniã eorũ officiũ:in totius cõmunitatis cedit utilitatẽ.
Neqꝫ etiã milites,armis defenſantes patriã:ad opera manuũ obligã Lucæ.3
tur,ſed ſuis contenti ſtipẽdijs uiuere debẽt. Ergo cõſimili ratione
& religioſi intenti ſpiritualibus operibus:prædicationi,orationi,ſa-
cræ lectioni,ueritatis defenſiõi,& cæteris id genus, redũdãtibus in
ſalutẽ & ꝓfectũ animarꝫ totius populi:etiã nõ aſtringuntᷓ p̃cepto
apoſtolico ad opa manualia, quod hic noſtrũ eſt propoſitũ. Am-
pliorem uero eiuſdem materiæ diſcuſſionem qui expetiuerit:euol
uat opuſculum ſancti Bonauenturæ de paupertate Chriſti,& p̃-
ſertim poſtremam eius partem: hæc omnia latius proſequentem.
¶ Hoc igitur iacto fundamẽto, firmiterq́ꝫ ſtabilito:palàm eſt omni XI.
bus, q̃ iniuſte & inique debacchetur Lutherus in religioſos oẽs:
cum eos in præſenti obiectione circa principium præcedentis capi
tis explicata,uocat ocioſos. qui in exercitijs ſpiritualibus: officio ſci-

bb 2 licet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licet eccleſiaſtico decantando, contẽplatione, orõne, & ſancto ſcripturarũ ſtudio, interdũ etiã & uerbi diuini prædicatiõe: ſunt occupatiſſimi. Cum etiã oblatrat eoſdẽ ab alijs accipere beneficia: & nulla ſuis benefactoribus munera rependere. qui plane cumulatiorem & ampliorẽ illis referunt gratiam q̃ acceperũt: retribuẽtes ꝑ corporalibus bonis ſpiritualia, orationes aſſiduas, oblatiões ſacroſanctæ euchariſtiæ, & alia pia opera: animabus ſuorũ benefactorũ ſummopere conferentia. Cum deniq; eoſdẽ calumniatur aliorꝝ deuorare ſubſtantiã: in detrimentũ uere pauperũ, nulliſq; quàm ſibiipſis benefacere. qui ex donationibus piorũ principũ ſibi deſignatis, & proprijs ſuarũ domorũ prouẽtibus: debitũ ſibi uictũ legitime accipiunt, nihil alienũ uendicantes. aut ex pijs aliorũ eleemoſynis ob rationabilẽ cauſam acceptis: uitã ſuſtentant, quotidianaſq; ex ijs quæ ſuperſunt fragmentis eleemoſynas: alijs pauperibus erogare nunq̃ deſiſtunt, & præter huiuſmodi reliquias: maiores etiam eleemoſynas, ſecundũ ſuã facultatẽ & conſtitutionẽ regulæ, ſolent diſtribuere. Verũ hæc obtrectatoria amarulẽtaq; mentis inſanæ uerba, in poſtrema obiectione expreſſa: ob maledicentiã oblatrandiq; rabiẽ, pene indigna ſunt quæ refellant. uſqueadeo à ueritate diſtorta conſpiciuntur: abſurdaq; & improba.

¶ Votũ caſtitatis neq; rationi rectę repugnare: neq; eius perſolutionẽ cuiquã reddi impoſſibilem. Cap. XXIIII.

I. » DEcimatertia Lutheri obiectio. Vota monaſtica, re
» ctæ rationi cõtranitunt: & in primis uotũ caſtitatis,
» quandoquidẽ recta decernit ratio, ſi quicq̃ impoſſi-
» bile nobis factu fuerit: nos ampliꝰ ad illud nõ aſtrin
» gi. Quare quoduis uotũ, quantũcunq; rectũ & piũ
» fuerit: ſi nõ poſſit à nobis impleri, deſinit eſſe uotũ. Exempli gratia
» ſi quis uouerit ſe iturũ ad ſanctũ Iacobũ: & inopia preſſus aut gra
» ui affectus morbo carcere'ue detentus aut morte correptus, non
» poſſit illud exequi: eſt abſolutus coram deo, quamuis uotum non
» compleat. Sed in religioſo qui uoto caſtitatis ſe aſtrinxit, infirmi-
» tas carnis poteſt eſſe tanta: ut nec ieiunijs nec oratiõibus, nec exer
» citio domari poſſit. Is igitur impune uotũ caſtitatis, q̃d implere nõ
» ualet, ſoluere poterit: & ad coniugalẽ ſtatũ ſe conferre. Quinimmo
» cũ tale corã deo uotũ ædidit: id ſub cõditione debuit interpretari,

ſe ſcilicet

ſe ſcilicet ſeruaturū cælibatū : ſi modo ſenſerit illū ſibi poſſibilem, ››
& quādiu potuerit integre illum conſeruare. Hæc Lutherus ait. ››
¶ Reſponſio. Nunq̄ id tribuendū: aliquod uotorū monaſticorum II.
rectitudini rationis & recto mentis iudicio repugnare, neq; ullum
eorum triū præcipuorū uotorū nobis unq̄ reddi impoſſibile. Ad-
mittendū eſt aūt ad impoſſibile neminē aut lege diuina aut uoto
obligari. cū uotū duntaxat de ĳs fieri poſſit : quæ à nobis expleri
queunt. Proinde cū quippiā factu eſt nobis impoſſibile, q̄uis ante
uoto promiſſum, pro eo impoſſibilitatis articulo nequaq̄ obſtringi
mur ad illius impletionē: ſed tantummodo ad curandam illius uoti
in aliud opus bonū commutationē, per eos qui authoritate pollēt
illius faciendæ cōmutationis, eccleſiaſticos præſules: & ad operis
illius in q̄d facta eſt uoti cōmutatio, executionem. At uero om̄ino
negādū eſt: uotū caſtitatis nobis impoſſibile fieri poſſe, fatēdumq;
ingenue, nunq̄ infirmitatē carnis tantū poſſe ſuccreſcere: ut quā
tācunq; adhibuerimus diligentiā illi reluctandi, cogamur tamen
ei demū ſuccumbere & tandem ſæuæ libidini manus dare uictas.
Nempe ſi quis ad implorandam opem diuinā ſtudioſe confugiat:
quod nō poſſit homo eſſe continēs niſi deus dederit. ſi etiā ſibiipſi
nō deſit: arma ſpūalia ad tutamē caſtitatis, ſobrietatē, abſtinentiā,
exercitiū laboris, deuitationē occaſionū libidinis, & reliqua id ge-
nus munimēta aſſumens: tandē laſciuiā carnis adiutore deo deuin
cet, & caſtitatis aſſequetur coronā atq; brauiū. Fidelis em̄ eſt de-
us (inquit Apoſtolus) qui nō patietur uos tentari ſupra id q̄d pote
ſtis: ſed faciet etiā cum tentatione prouentū, ut poſſitis ſuſtinere.
¶ Fateor equidē non debere quempiā præcipitanter & incōſul-
te proſilire ad faciendū deo uotū caſtitatis; ſed prius propriæ con-
ditionis & diſpoſitionis facere periculū, atq; apud ſe explorare na
turæ ſuæ qualitatē & habitudinem: an poſſit tale perferre iugum.
Quod ubi cōpertū habuerit, ſe opitulante deo poſſe continentiā
ſeruare incontaminatā: tunc in confidentia diuini auxilĳ emittere
poterit uotū perpetuæ caſtitatis, & ſatagere ad illud illabefacte ex
oluendū. quod tandē ſupernæ gratiæ præſidio: feliciter explebit.
Quæ enim homini ſunt impoſſibilia ex ſeipſo: redduntur eidē ex
deo poſſibilia, neq; ſumus ſufficientes ex nobis ad tam arduā uir-
tutem capeſſendā: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Neq; puta-

Quid faciendū, cū uotū expleri nō poteſt.

Sapien. 8

1. Corin. 10

III.

Marci 10
2. Corin. 3

uerim ullā dari poſſe tantā in aliquo carnis infirmitatē atq; propē
ſionē ad lapſum: quæ non poſſit ſuffragāte diuina gratia his ſex ad
Caſſiodorus. miniculis edomari, enumeratis à Caſſiodoro ſuper Matthæū. ſo-
brietate ſcilicet, operatione quæ deuitet ociū, aſperitate cultus, in-
hibitione ſenſuū, raritate ſermonis cū honeſtate, euitatiōe deniq;
oportunitatis & perſonæ & loci & tēporis. necnō & alijs ſpūalib⁹
antidotis atq; remedijs: quæ ſancti patres abūde literarū monumē
Thomas tis tradiderūt. Porro eximius pater & eruditiōe inſignis Thomas
Vualden. Walden, ſæpenumero ſupra citatus in capite ſexageſimoſeptimo
ſui operis præclari de ſacramentalibus: egregie confutat excuſati
ones in peccatis eorū, qui poſt factū continētiæ uotū dicunt ſe nō
poſſe cōtinere propter infirmitatē carnis. luculenter oſtendēs au-
thoritate Chryſoſtomi & Auguſtini: eos etiā omnes id poſſe cū
dei adiutorio, dūmodo uelint. ¶ Quod aūt deinde in hac obiectio-
ne proponit Lutherus, uotū caſtitatis à religioſo fieri debere ſub
hac conditione: dūmodo à uouente ſeruari poſſit, & quādiu perci
piet uouens ipſam caſtitatē ſibi eſſe poſſibilē: omnino deridiculum
eſt. Præberet enim ea uouēdi ratio ac modus anſam cuiq; reſilien
di à uoto caſtitatis iam facto: quando libitum ſibi foret. quod cau
ſaretur ſe continentiā amplius ſeruare non poſſe: ob carnis infirmi
tatē. Et ita magna aperiretur feneſtra, qua quis ſibijpſi indulgens,
à cælibatu tranſiret ad nuptias & à religione ad ſeculū, quod totū
IIII. ſtatū monaſticū ſummopere dedecoraret. ¶ Decimaquarta ob-
» iectio. Inter ipſa monaſtica ſtatura, ea eſt affinitas atq; cogna-
» tio, ut ſi de uno illorꝫ poſſit pater monaſticus diſpenſare: æquo iu-
» re idē poſſit de omnibus. & ſi unū aſſignetur de quo diſpēſare non
» ualeat: æquali omnino ratione de nullo ſtatutorū diſpēſare queat.
» Atqui de horis canonicis in eccleſia cōcinendis, de abſtinentia car-
» niū, obſeruatiōe ieiuniorꝫ, delatione cilicij & cæteris id genus, pōt
» ſupremus monaſterij rector cū religioſo ualitudinario aut grauiſe
» nectute preſſo diſpenſare, relaxareq; rigorē iſtarū auſteritatū cir
» ca illū, ob cauſam rationabilē. Igiť conſimili iure ſi quē fratrū ſuo
» rū uiderit pater monaſterij agitatū procellis libidinū: poterit eun-
» dē relaxare à uoto caſtitatis, ducendęq; uxoris facultatē illi indul-
» gere. Et ita nō erit uotū caſtitatis in illo ꝑpetuū: ſed cōmutabitur
V. » in caſtitatē cōiugalē. Hęc Lutherus. ¶ Reſponſio. Non eſt admit

tendū:

tendũ:quod in hac obiectiõe primo aſſumitur loco. Nam inter ea quæ ad monaſticã ſpectant inſtitutionẽ: quædam ſunt eſſentialia. utpote tria uota præcipua, in quibus totius religionis ſumma conſiſtit: quæq; apud omnes ſine diſcrimine religionũ monaſticarũ ſpecies, uniformiter ædunt & obſeruant. Et in nullo horũ triũ, diſpẽſatio ſuperioris habere poteſt locũ: cum dicat Innocentius tertius in epiſtolis decretalibus, titulo de ſtatu monachorũ, cap. cũ ad monaſteriũ. Nec æſtimet abbas: q͛d ſuper habenda proprietate poſſit cũ aliquo monacho diſpenſare. quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ monachali: ut cõtra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere. Hæc Innocẽtius. Si igitur nõ poteſt monacho ſummus pontifex relaxare uotum continentiæ, neq; facere eidem poteſtatem ducendi uxorem: quomodo id poterit abbas monaſterij, cuius longe eſt inferior poteſtas? Alia uero ſunt in conſtitutionibus monaſticis accidentaria, & quæ non cadunt ſub uoto: conducẽtia quidẽ ad trium uotorũ obſeruantiã, ſed in diuerſis domibus religioſis alia atq; alia. Qualia ſunt: modus & qualitas ueſtiũ, genera ciborũ, ieiuniorũ obſeruationes, ritus ac cærimoniæ: apud diuerſos uariæ. Et hæc quoniam nõ ad ipſam religionis pertinẽt ſubſtantiã ſed proprietates accidẽtarias: non adeo exacte ſunt in ſua integritate tenenda, quin pater monaſterij occurrente morbo alia'ue legitima cauſa poſſit ſuper illis cũ religioſo diſpenſare, quoniam in manu eius eſt relicta poteſtas relaxandi talia ſtatuta alicui particulatim de quibus non fiunt uota: quando uiderit oportunitatem illud efflagitantem. Quocirca ex eo quod permittit abbas cuiq; ſuorum religioſorũ eſum carnium, ubi recta id expoſcit ratio, præter regulæ decretum: nequaquam probe conſicias, ipſum etiam poſſe eidem dare facultatem ſubeundi fœdera nuptialia, & alligandi ſe uxori. Huic accedit, q͛d nunquam in aliquo religioſo poteſt dari tanta libidinum procella: quin illa poſſit ſedari alio remedio quàm nuptiarum contractu, ut pote diuini auxilij imploratiõe, de quo ait Paulus. Omnia poſſum in eo: qui me confortat.

Innocẽti⁹ tertius.

Philip. 4.

¶ Quod non poteſt uotũ caſtitatis ob difficultatem cælibatus in coniugium cõmutari: quod etiam deus nihil nobis præcepit factũ impoſſibile. Cap. XXV.

Decima-

I. DEcimaquinta Lutheri obiectio. beatus Paulus in ſe
Roma.7 » ptimo epiſtolæ ad Romanos capite cõfitetur pecca
» tũ in carne ſua tale: quo carere non poſſit in hac ui-
» ta, quod peccatũ abſq; dubio cõtra legem dei eſt: ſed
» propter fidẽ in ſpiritu repugnantẽ ignoſcitur & nõ
» imputatur, quanq̃ lex exigat, in nobis nullũ eſſe peccatũ. Ex quo
» beati Pauli dicto ita deducitur ratiocinatio. Deus in ſua lege à ſei-
» pſo poſita indulget & ignoſcit impoſſibile legis, quod reliquum
» eſt in nobis: ubi nullũ eſt periculũ, licet ſit ueriſſime peccatũ. Quã-
» to magis præſumendũ eſt cũ fiducia de bonitate dei: quod non ſit
» imputaturus uotum caſtitatis (quod ipſe non mãdauit, inquit, neq;
» conſuluit neq; probauit: ſed humana temeritate & ignorantia ſub
» intrauit) ſi fuerit impoſſibile nobis & periculũ urgeat libidinis: mo
» do intra limites inferioris caſtitatis coniugij maneamus, & nõ ſecũ-
» dũ carnem ambulemus. Et credo (inquit) ſi quis hac fiducia uxo-
» rẽ duceret, caſtitatẽ uotiuã ſeruare nõ potẽs: ex hac ipſa fiducia, ꝓ-
» mouente, indulgentẽ & facilẽ patrẽ inueniret, cum hoc faceret: ne
II. » grauius in legẽ eius peccaret. Hæc Lutherus. ¶ Reſpõſio. In loco
ex epiſtola ad Romanos citato, beatus Paulus cũ de peccato quod
in carne eſt & quo carere nõ poſſit homo, loquitur: nomine pecca
ti fomitẽ intelligit, propẽſionẽq; ad malũ, ex natura corrupta no-
bis inſitam. Quã frenare quidẽ poteſt homo et reprimere per ad-
iutricẽ dei gratiã & diligẽs ſtudiũ: ne dñetur & inualeſcat in ſpiri-
tũ. omnino aũt eradicare & extirpare eandẽ; quãdiu hic uitam a-
git, uix bene poteſt. Huiuſmodi autem fomitem & procliuitatẽ ad
uitia: peccatum uocat ſacer Paulus, ab effectu. quia ipſa multorũ
Fomitẽ peccati, nõ eſſe peccatum. peccatoꝝ eſt cauſa, ſeminariũ & incitamentũ. Haud tñ idcirco tri
buendũ eſt cuiq̃: ꝙ tale maloꝝ fomentũ ſiue natiua inclinatio ad
peccatũ, ſit malum culpæ, & peccatũ diuinæ legi contrariũ. Quo-
niam infantibus lauacro baptiſmi ablutis ineſt fomes ille carnis,
immo & adultis Chriſto primum regeneratis, in quibus tamen
nulla reliqua eſt culpa. quandoquidem in eis: omnis noxa per ba-
ptiſmum eſt abſterſa. Quin potius huiuſmodi ſtimulus carnis, ma
teriam exercendæ prębet uirtutis: quando eius contra ſpiritum
inſultus & effrenis motio reprimitur. Quocirca abnegandum
eſt, deũ ignoſcere alicui noſtro peccato; quod impoſſibile ſit à no-
bis

bis euitari, & aliq̃d tale nõ imputari nobis a deo. Tũ qa hmõi
ad malũ ſtimulus natura inſitus, non eſt malũ culpæ nec pro-
prie pctm̃, q̃uis ſine illo eſſe nõ poſſumus. Tũ qa q̃dcunq; de
deris pctm̃ proprie dictũ & malũ culpæ, q̃d deus & lex eius
p̃cipit nobis abeſſe, idipſum p̄t a nobis, adiuuãte dei gr̃a, uita- III.
ri, & ſine illo uitã agere poſſum⁹. ¶ Alioq obligaret nos deus
ad aliqd nobis impoſſibile, q̃d non ſolũ abſurdũ, ſed & impiũ
eſt ſentire, q̃uis in huius obiectionis cõtextu ſubindicet Lu-
therus idip̃m, deũ ſcilicet nos ad aliqd obſtrinxiſſe, q̃d nequa-
q̃ fieri poſſit a nobis. Siquidẽ illud, huic Hieronymianæ ad- Hierony-
uerſat̃ ſnĩæ, Qui dicit deũ nobis impoſſibile aliquid p̃cepiſſe, mus.
anathema ſit. ¶ Repugnat & idẽ ſcripturæ ſacræ, atteſtãti mã IIII.
data dei grauia nõ eſſe, & iugũ Chr̃i in fide atq; p̃ceptorꝝ eius I. Johan. 5.
obſeruatione conſtãs, ſuaue eſſe, & onus eius leue. Si aũt ea q̃ Matth. 11.
fieri a nobis nõ p̄nt, p̃cepiſſet deus, non mõ graue, ſed & into
lerabile & importabile eſſet eius mãdatũ. ¶ Rectæ itidẽ rõni V.
& illud refragat̃, alicui tale dari p̃ceptũ adiecta cõminatione
grauis pœnæ ob trãſgreſſionẽ, q̃d tñ ille nulla rõne poſſet ex- VI
equi. ¶ Et crudelis merito cenſeret̃ dñs ille, minimeq; iuſtus,
q ſeruo ſuo daret aliq̃d mãdatũ, cui⁹ trãſgreſſionẽ cõſtituere t
graui mulctãdã pœna, q̃d tñ ab illo ſeruo nec ſuis nec auxilia
ribus uiribus poſſet impleri. Quid ergo de dño deo nr̃o ſenti-
re debemus, q ſuauis eſt & mitis, & multæ miſcdiæ oĩbus in- Pſalm. 85.
uocãtibus ſe? qui etiã dulciter oẽs inuitat ad ſe, dicẽs. Venite Matth. 11.
ad me oẽs q laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã uos. Num
quid eũ tãta eſſe dicemus auſteritate, & adeo imperioſum, ut
aliq̃d humeris nr̃is p̃cepti iugũ iniiciat, q̃d nequaq̃ a nobis fie-
ri poſſit & ſuſtineri? Abſit a piis chr̃anorꝝ animis tãta ĩpietas.
¶ Rurſum, de iis q̃ ſita nõ ſunt in poteſtate nr̃a, nec laudẽ me
remur nec uituperiũ, qm̃ uoluntaria nõ ſunt. Cõmendatio ãt VII.
& probrũ, ea ſola conſequunt̃, q̃ ſpontanea ſunt & ultronea.
Atqui ſi aliq̃d nobis a deo traditũ eſſet p̃ceptũ, q̃d a nobis fie-
ri nõ poſſet, opus illius p̃cepti nõ eſſet collocatũ in nr̃a pote-
ſtate, qm̃ per hypotheſin eſſet nobis impoſſibile, Igit̃ ob illi⁹
p̃cepti p̄uaricationẽ, nõ eſſet quiſpiã uituperandus, immo nec
illa mãdati diuini uiolatio, poſſet cuiq̃ ad culpã ĩputari. Cuius

igiť gn̄is & modi eſſet tale p̄ceptū, cuius tranſgreſſori nec cul
pa poſſet impingi, nec pœna a deo iuſte irrogari? Certe illud,
VIII. extra aleā & ſortē foret alioꝝ p̄ceptoꝝ. ¶ Præterea, Beatus
Auguſtin⁹ Auguſtinus in libro de uera religione dicit. Vſq; adeo pc̄tm̄,
uoluntariū malū eſt, ut nullo mō ſit pc̄tm̄, ſi nō ſit uoluntariū
Ex quo protinus ſubinfert. Quare aut negandū eſt, pc̄tm̄ cō
mitti, aut fatendū eſt, uoluntarie cōmitti. Hęc ibi. Diuini aūt
præcepti tranſgreſſio quælibet, pc̄tm̄ eſt, eſt igiť om̄is illa, uo
luntaria, & ſponte noſtra facta. Atqui ſi qd deus nobis p̄cepe
rit q̊d impoſſibile ſit omnino adimpleri, illius, tranſgreſſio nō
erit arbitraria nec uoluntaria, ſed neceſſaria, cū p hypotheſin,
nullo nr̄o conatu, etiā aſſiſtente dei adiutorio, a nobis impleri
queat. Aut igiť illud, dei p̄ceptū nō erit, q̊d repugnat poſito,
aut non oīs diuini p̄cepti tranſgreſſio, erit pc̄tm̄, q̊d oim ſan-
IX. ctorū patrū aduerſať ſententiæ. ¶ Ad hæc. Obſeruatio man-
Mat. 19. datoꝝ dei ducit ad regnū cœloꝝ, ſecundū illud domini uerbū
in euangelio. Si uis ad uitā ingredi, ſerua mandata. Ex oppoſi
to igiť, præuaricatio mandatorū dei detrudit ad gehennā. At
uero ſiquod detur diuinū præceptū q̊d ab hoībus fieri, nō que
at, illius tranſgreſſio pc̄tm̄ non erit, ut mō oſtenſum eſt, eo ip
ſo ꝙ ex uoluntatis libertate non proficiſciť, ſed ex neceſſitate
Quare nulla erit illi, ſecundū rectā æquitatis lancē, infligen-
da pœna. Et ita diuini mandati p̄uaricatoribus nō poterit iu-
ſte irrogari gehenna, q̊d eſt propoſitionis mō oſtenſæ oppo-
X ſitū. ¶ Inſup Ariſtoteles in Ethicis dilucide mōſtrat uirtutū
Ariſtoteles officia, ſicut & opa uitioꝝ, eſſe collocata in nr̄a ptāte, ꝙ ea ſi
uolumus, facimus, & ſi nolumus, nō facimus. Et idcirco recte
colligit, nos ſponte nr̄a aut probos fieri, aut improbos. Potio
ri igiť rōne, & ea opa q̇bus ſalutē cōſequamur æternā, aut de-
mergamur in extremā miſeriā, etiam in nr̄a ſunt facultate col
locata, ſuppoſito ſp in bonis opibus benigno dei adiutorio,
cū hęc ipſa, lōge maioris ſunt momēti. Atqui ſi deť aliq̊d dei
p̄ceptū, cuius executio nr̄is uiribus una cū diuini auxilij con-
curſu ſit impoſſibilis, illius opus nō erit ſitū in nr̄a ptāte, neq;
etiā eiuſdē mādati tranſgreſſio, in nr̄o arbitrio erit conſtituta,
qn̄quidē ad eā neceſſario adigimur, & omittere idip̄m cōpel-
lemur.

lemur p̃ceptũ, q̃d nullo molimine expellere unq̃ poſſemus.
Q̃uo igit̃ tale mandatũ, illius obſeruatores p̄ducet ad uitã. aut
ſalutẽ nobis op̄abit̃? Erit igit̃ illud oĩno ocioſum, irritũ, & ne
quicq̃ hoĩbus a deo datũ, q̃d diuinæ ſapiẽtiæ diſponẽti oĩa XI.
ſuauiter, haudquaq̃ eſt aſcribendũ. ¶ Amplius. Præceptũ, cũ
ab hoĩbus tũ a deo cuiq̃ datur, ut is q̃ id accepit, illd̃ obſeruet,
opereq; cõpleat. Alioqui fruſtra tradit̃ p̃ceptũ, ſi nõ uelit præ-
cipiens, ut illud fiat ab eo cui imponit̃ exequendũ. Deus autẽ
nihil in uanũ & fruſtra aut citra rationẽ operat̃, cũ ſit ipſe im-
menſum ſapiẽtiæ pelagus. Qd̃ aũt impoſſibile eſt nobis, nul-
lo ingenio aut conamine fieri p̃t aut expleri, atq; in opus de-
duci. Repugnãt igit̃ hæc duo & oĩno inter ſe diſſident, aliq̃d
eſſe dei p̃ceptũ, & illud nobis eſſe impoſſibile. Itaq; Lutherus
admittẽs aliq̃d dei p̃ceptũ poſſe dari, q̃d ſit impoſſibile nobis,
manifeſtã in illa oõne cõplicat & claudit contradictionẽ, ſi-
mulq; pugnãtia adinuicẽ profert, q̃ pariter cohærere minime
p̃nt. ¶ Deniq; ſecundũ eccl'iaſtici ſniam, deus ab initio cõſti- Eccle. 15
tuit hoĩem, & reliquit illũ in manu cõſilij ſui. Adiecit mãda- XII.
ta & p̃cepta ſua. Si uolueris mãdata cõſeruare, cõſeruabunt te
& in p̄petuũ fidẽ placitã ſeruare. Appoſuit tibi aquã & ignẽ,
ad q̃d uolueris, porrige manũ tuã. Ante hoĩem uita & mors,
bonũ & malũ, q̃d placuerit ei, dabit̃ ei. Ex q̃bus uerbis perſpi-
cuũ eſt, id in nr̃a poteſtate atq; arbitrio cõſtitutũ eſſe, q̃ man-
data dei etiã oĩa obſeruemus, aut q̃ ea præuaricemur. Q̃z
ſi aliquod daret̃ dei præceptũ, nobis factu impoſſibile, quanã
rõne illud cõſeruare poſſemus, ut & nos cõſeruaret? q̃ itidẽ pa
cto manũ noſtrã, uirtutẽq; operatricẽ ad illud extẽderemus,
q̃d nr̃as uires penitus exuperaret? Nõ eſſet igit̃ illud, de nũero
p̃ceptorꝝ dei, neq; ita denominari deberet. ¶ Sed inclamat & XIII.
obſtrepit Luther⁹ hiſce nr̃is dictis, q̃bus aſtruim⁹ deũ nihil i-
poſſibile nobis p̃cepiſſe, huncq; obiectat cauillũ, nõ q̃dẽ ĩ hoc
loco, ſed in alio q̃dã opere ſuo de decẽ p̃ceptis, q̃ tñ huic loco
ut diſſoluat̃, nõ eſt incõgruus. Præcepit (inquit) deus, ne cõcu “
piſcamus rẽ proximi nr̃i, nec alienã uxorẽ. Neutrũ aũt illorꝝ, “ Exo. 20
poteſt a nobis impleri, cũ ſine concupiſcentia bonorũ exter- “
norũ, itidẽ & carnis concupiſcentia, nõ poſſit trãſigi hęc uita “

" mortalis, ꝙ utraq; ſit intimis humani cordis penetralibus in-
" ſita, nec oīno diuelli a uiro q̄tumuis profecto queat. Præcepit
" igit̃ nobis aliqd deus, q̊d nequaq̄ ualeat a q̊piā pfici & cōple-
" ri. ¶ Verꝶ adhibēda eſt illi reſpōſio, aliquā eſſe reꝶ externarū
& carnis cōcupiſcentiā, q̄ rationē ꝑuenit, repēteq; obrepit et
ſuggerit̃ etiā nobis inuitis. Et hæc ex nr̃æ fragilitatis cōditio
ne oboriens, nequaq̄ eſt pctm̄, ꝙ primæ eaꝶ reꝶ motiōes nō
ſint in poteſtate nr̃a cōſtitutæ. Et impoſſibile qdē eſt illā pro-
ſus auellere a nobis, ſed nō prohibet̃ hm̄oi cōcupiſcentia duo
bus poſtremis dei p̄ceptis, ꝙ nō habeat rōnē iniqtatis & mali
tiæ, ſed pugnæ & certaminis cōtra mundū & carnē materiā
ſubminiſtrat. Alia uero eſt cōcupiſcētia rationē ſequēs, & cū
cōſenſu in opus exterius, ubi daret̃ oportunitas. Et hæc ex ele
ctione animi proficiſcit̃ atq; p̄meditatione, necnō deliberatio
ne, cū ſufficiēs iā fuerit mora tpis, ad primā illā cupiditatē aīo
excutiendā. Nō tn̄ ad hoc p̄ſtita eſt diligētia, ſed blādū malū
ſenſim irrepens, altius egit aīo radices. Huiuſce aūt gn̄is cōcu
piſcentia, peccati etiā letiferi habet reatū, ultimiſq; duobus p̄-
ceptis diuinis prohibet̃, ſed cū diuino adiutorio uitari p̄t ab u-
noq̊q;, operā dāte ſedulā, ut cū obrepit uirus noxiæ cupidita-
tis, aīo protinus eijciat̃, nec ſinat̃ immoderādo ualidas ſumere
uires, Itaq; hononyma, diuerſaq; rōne cōcupiſcētiæ, hic hallu
cinatus eſt Lutherus, ſicut & in obiectiōe p̄ſentis capitis dece
ptus eſt multiplicitate noīs peccati, qm̄ Ariſtotelicā illā pro-
poſitionē nō ſatis diligēter attēdit, q̄ ꝓhibet, multiplex indi-
ſtinctū parere cōfuſionē. ¶ Cæteꝶ diruto euerſoq; hoc fun-
damēto Lutherano, q̊d in huius capitis fronte collocauerat,
quicqd deinceps ſupextruere niſus eſt, corruit ſimul & colla-
bit̃, uotū ſcilicet caſtitatis deo ſolēniter exhibitū, cōiugio mu-
tari poſſe. Nā ut paulo an̄ etiā eſt dictū, nunq̄ tāta p̄t dari agi-
tatio & uexatio libidinis, ut nō poſſit tale uotū integrū & in-
colume cū dei auxilio ſeruari in ſua ſynceritate, Fatēdū etiam
eſt ingenue, deū nō mādaſſe, id eſt p̄cepiſſe uotū caſtitatis, ut
Pſalm. 75. fiat a q̊piā, mādauit tn̄, ut iā factū integre ſeruet̃, cū ait ꝑ pro-
phetā. Vouete & reddite. Falſum eſt aūt, deū nec cōſuluiſſe
nec probaſſe uotū caſtitatis, cū cōmēdauerit eunuchos q ſe ca
ſtrant

ſtrant propter regnũ dei. Demũ erroneum eſt & impium ſen- Mat. 19.
tire, uotum caſtitatis humana temeritate & ignorantia ſubin-
traſſe, quẽadmodum prius abunde monſtratum eſt.

¶ Debiti cõiugalis uſum nõ ſp eẽ annexũ pctõ, ut uult Luthe-
rus, ſed ipm plerũq citra oẽm culpę labẽ fieri poſſe. Ca. xxvi.

Decimaſexta Lutheri obiectio. Debitũ cõiuga- Pſal. 50
le, teſte propheta pſal. 50. ſemp eſt pctm̃. Ait
nanq. Ecce em̃ in iniquitatibus cõceptus ſum,
& in pctis cõcepit me mr̃ mea. Nihil itẽ ipſum
differt a fornicatione & adulterio, q̃tum ad ar-
dorẽ libidinis & fœdæ uoluptatis. Et tñ illud nõ imputat de-
us cõiugibus, nõ alia cã niſi ſua miſcdia, q ſit impoſſibile, tale
pctm̃ uitari a cõiunctis matrimonio, cũ tñ eo carere teneãtur.
Cur igit & cœlibi nõ potẽti ſeruare pmiſſam deo cõtinẽtiam
& alioq peccaturo, nõ pſumeret deꝰ impoſſibile illd relaxare,
& cõiugiũ irrito uoto pmittere? aut ſi tale cõiugiũ, cũ pctõ ſuo
ti ſoluti fiat, ceu debitũ cõiugale benigniter indulgere? Hæc
Lutherus. ¶ Rñſio. Nullo pacto tribuendũ eſt & admitten-
dum obiectanti, qd hic in principio aſſumit, utpote debitum
cõiugale ſp eſſe pctm̃. Nã qñ ipm ordinat pcipue ad procreã-
dam prolẽ, in qua honoret deus & glorificet, qs tunc auſit di- Gene. 2.
cere, ipm eẽ pctm̃? cum ad finẽ illũ, fuerit mottrimoniũ a deo
etiã in ſtatu innocẽtiæ inſtitutũ, his inter cætera uerbis. Creſ-
cite & multiplicamini, & replete terram. Et iiſdẽ uerbis, poſt Gene. 9.
exactum diluuiũ, fuerit idẽ ſacramentũ a deo approbatũ. Silr
cum hmõi debitũ exigit aut reddit ad euitandã in ſe aut cõſor-
te thori fornicationẽ & adulterium, nõ debet itidẽ cẽſeri eſſe
pctm̃, cum poſt lapſum protoplaſtoꝝ, & illa acceſſerit priori
cã, quare inſtitutũ eſt fœdus cõiugale, ut ſcilicet ſit in remedi-
um carnalis cõcupiſcẽtiæ. Quã quidẽ cauſam nõ ſubticuit B.
Paulus, in prima ad Corinth. epla dicẽs. Propter fornicatio- 1. Corin. 7.
nẽ aũt (ſubaudit uitandã) unuſquiſq uir uxorẽ ſuã habeat, &
unaquæq uxor ſuum uiꝝ. Rurſum cum debitũ cõiugale red-
dit alteri coniugũ exigenti, ſeruatis rectæ rõnis circũſtantiis,
quis niſi mẽtis inops dicere audeat, eã debiti redditionẽ intra
legitimos matrimonii fines cõſiſtentẽ, eſſe pctm̃? cũ reddere

cuiq; q̄d ſuū eſt, ſit opus iuſtitiæ, & diuinus ap̄lus in ſupra di-
j.Cor. 7 cto primæ ad Corinthios ep̄læ loco plane dicat. Vir non ha-
bet poteſtatē ſui corporis, ſed mulier, & mulier nō habet po-
teſtatē ſui corporis, ſed uir. Neq; rōni eſt diſſonū, ubi occur-
rit aliqua prædicto⁊ triū cauſarū ad officiū cōiugale, ip̄m tūc
exhiberi ſine aliqua peccati labe, qm̄ unaquæq; earū ordinat̄,
atq; referi ad aliquod bonū matrimonij, utpote ad fidē, prolē
aut ſacramētū, quod quidē bonū, reddit ipſum debitū omni-
no peccati immune. Nō inficior tñ, ubi aliæ a ſupra dictis tri-
bus cauſæ impellerēt cōiuges ad maritalē cōgreſſum, illū ple-
rūq; nō fieri ſine pctō, q̄d pro cōditione & qualitate circūſtan
III tiarū, nūc leuius ſit, nūc grauius. ¶ Haudquaq̄ tñ admittendū
cenſuerim, q̄d uniuerſali enunciatiōe proponit Luther⁹, nun
Gene. 2 q̄ actū cōiugalē exerceri poſſe ſine pctō. Siquis em̄ id dede-
rit, fateat̄ neceſſe eſt deū aliqd præcepiſſe, q̄d tñ præceptū nō
em̃ non abſoluiť, licet trãſeat ad eccleſiã ſecularẽ. Sed in ieiu-
nio, ſilentio, & uigilijs abſoluiť, ut ſupra cap. proximo. Hæc
ibi. ¶ Accedit eidẽ ſententiæ & B. Thomas Aquinas, ſecun- III Thomas
da ſecũdæ, quæſtione centeſima octogeſimaquinta, articulo Aquinas
octauo, ubi ſciſcitať. Vtrũ religioſi qui promouenť in epõs, te
neanť ad obſeruãtias regulares? Quã quidẽ quæſtionẽ diſſol-
uens ibidẽ, ait. Siqua ſunt in regularibus obſeruãtijs, quæ non
impediãt pontificale officiũ, ſed magis ualeant ad ꝑfectionis
cuſtodiã (ſicut eſt continentia, paupertas, & alia hmõi) ad hęc
remanet religioſus etiã factus epũs, obligatus, & ꝑ cõſequens
ad portãdũ habitũ ſuæ religionis, q eſt obligationis ſignum.

 Siqua

Siqua uero ſunt in obſeruãtijs regularibus q̃ officio põtificali-
repugnãt, ſicut eſt ſolitudo, ſilentiũ, & aliquæ abſtinẽtiæ ue
uigiliæ graues, ex qbus impotẽs corpe redderet ad exequẽdũ
põtificale officiũ, ad hmõi obſeruanda nõ tenet. Hæc ille.
¶ Idẽ q̃q; in diſſolutiõe tertiæ obiectionis eiuſdẽ q̃ſtionis, reſ
IIII pondẽs ad ſanctionẽ canonicã in oppoſitæ partis approbatio
nẽ, adductã, q̃ in decretis. 18. q̃ſt. 1. cap. ſtatutũ eſt, cõtexit hoc
Decreum mõ. Statutũ eſt rõnabilr ſcdm ſctõs pr̃es & a ſynodo cõfirma
ſynodale tũ eſt, ut monachus quẽ electio canonica a iugo regulæ mo-
naſticæ profeſſionis abſoluit, & ſacra ordinatio de monacho
epm facit, uelut legitimus hæres, paternã ſibi hæreditatẽ po-
ſtea iure uindicãdi poteſtatẽ habeat. Ad hãc inq̃ cõſtitutionẽ
ſynodalẽ, p̃dicto in loco reſpõdẽs B. Thomas ait, de religioſis
epĩs loquẽs. Propriũ aũt nullo mõ habere pñt, nõ eñ paternã
S. Thomas hæreditatẽ ſibi uendicat quaſi propriã, ſed q̃ſi eccl̃iæ debitam
Vñ ibidẽ ſubdit (in ſupradicta ſc; cõcilij determinatione) q
poſtq̃ epſ ordinat, ad altare ad q̃d ſanctificat, q̃d acquirere po
tuit, reſtituat. Hec Thomas. Cũ itaq; ordinatus ex monacho
epũs, q̃d añ conſecrationẽ habet, monaſterio derelinquere de
beat, q̃d uero poſt conſecrationẽ acquiſiuit, propriæ eccleſiæ
dimittere, ſcdm illius ſynodi definitionẽ. Conſtat utiq; talẽ in
epiſcopatu nõ habuiſſe adminiſtrationẽ propriaꝝ reꝝ ſuarũ,
ſed dũtaxat rerũ eccl̃iæ, quarũ diſpẽſatio ſibi eſt credita, & ex
qbus legitime uictũ ſibi deſumit & ſumptũ, ſcdm ſui ſtatꝰ de-
centiã, propter ſpũale miniſteriũ atq; officiũ q̃d impendit ec-
V. cleſiæ, dñicoq; gregi cui preeſt. ¶ Inſup in p̃dictæ diſſolutio-
Idem. nis ad tertiã obiectionẽ calce, ſubnectit S. Thomas, de religio
ſo ad epiſcopatũ prouecto diſſerẽs. Teſtamẽtũ aũt nullo mõ
facere p̃t, qa ſola ei diſpoſitio cõmittit reꝝ eccl̃iaſticaꝝ, q̃ mor
Hebræ. 9. te finit, ex q̃ incipit teſtamentũ ualere, ut aplus dicit ad Hebræ
os. 9. cap. Si tñ ex cõceſſione papæ, teſtamentũ faciat, nõ in-
telligit ex proprio facere teſtamẽtũ, ſed aplica authoritate in-
telligit eſſe ampliata ptãs ſuæ diſpenſationis, ut eius diſpenſa-
VI. tio poſſit ualere poſt mortẽ. Hæc Thomas ibidẽ. ¶ Deniq;
Poſſidoniꝰ exẽplo B. Auguſtini corroborat q̃d hic poſtremo dictũ eſt lo
co, de q̃ Poſſidonius epſ Chamalenſis (q totã eius uitã & feli-

cem

cē obitū, elegāter & pie cōſcripſit) ita dicit. Teſtamētū nullū
fecit, qa unde faceret, paup Chri nō habuit. Quibus uerbis in
ſinuat Auguſtinū pauptatē quā in monaſterio añ epiſcopatū Auguſtin⁹
tenuerat, ſp in pōtificatu obſeruaſſe, & toto illius tpe nihil ha
buiſſe propriū, unde teſtamentū cōderet, & proinde in extre-
mo uitæ ſuę termino, Auguſtinū, nullū cōdidiſſe teſtamentū
Illud ergo tanti prīs a monaſterio ad epiſcopatū Hipponen-
ſem a Valerio pceſſore ſuo aſſumpti exēplū, ſolenni etiā eccle
ſiæ officio in annua eiuſdē celebritate decātari ſolitū, nob ma-
nifeſto eſt argumēto, epm religioſum nequaq̄ abſolui a ſeruā
da pauptate. ¶ Neq; itidē uotū caſtitatis q̄q̄ pacto diſcōuenit VII
apici pontificali, neq; aliquā habet rationē refragantē nouo il Religioſu;
li officio, ad q̊d aliqs ex religione monaſtica traducit. Imo ut factū epm
exēplū ſanctimoniæ & puritatis deriuet a rectore in ſubditos nō abſo'ui
ualentiore rōne in gradu pontificali (cui ſacerdotalis fere ſem a uoto ca-
p eſt annexus) cōtinentia & cœlibatus obſeruari debet ab eo, ſtitatis.
q religioſus eſt, ſacerdos & pontifex. Et nulla certe aſſignari
pt cā, ob quā abſoluat q ex monaſterio ſuſcipit ad pręſulatū, a
uoto caſtitatis, quinimo arctiore uinculo (ut ita dixerim) con- VIII.
ſtringit ad ſeruādā caſtitatē. ¶ Porro ex ſupradictis liqdo con
ſtat, q̄ horrenda ſit illa Lutheri blaſphemia & prorſus execrā
da, quā circa hūc libri ſui de uotis monaſticis locū eructat &
euomit, cū ait. Et ut in ſumma dicā, uotū pauptatis uidet a ſa- "
tana in hoc effictū, ut religioſi ptextu eius liberi fiāt a iuuanda "
pauptate aliorum, & ab impēdendis opibus miſcdiæ & charita- "
tis, ut ſupra dictū eſt. Tenet em̄ eos clauſos, ut nulli ſeruiāt, de "
inde ocioſos ab opibus manuū, & tm̄ ſibi ſināt ab alijs ſeruiri "
& hac occaſione auertat uulgus a iuuādis uere paupibus, cōiu "
gibus, uiduis, orphanis, pegrinis, ad profundendā ſubſtātiā in "
hos ficte paupes, uere aūt opulentos, pingues, ocioſos & ſer- "
uos hypocritas. Hæc Lutherus. Quæ certe nihil aliud, q̄ cō-
tumelias & cōuitia, ex rabie quadā maledicēdi uitæ monaſti-
cæ cultoribus obiecta, ſonāt. Et profecto indigna ſunt, q̄ pio-
rū auribus audienda aut oculis legēda ingerāt, niſi hāc tm̄ ob
cauſam, ut qm̄ loquela hoīs manifeſtū eū facit, pariter & ſcri-
ptura, ex ipſis ut tabula quadā atro depicta colore cognoſcāt

 omnes,

oẽs, qualis rabula, obtrectator & religionis Zoilus ſit Luthe
rus. Inſup & eã ob rẽ eadẽ in pſentia ſunt uerba adducta, ut re
fellãt acrius, & q̃ procul a ueritate diſtãt, cõpertũ oĩbus habe
atur. ¶ Vt igit̃ ordine quodã certo iiſdẽ reſpondeamus, ab ip
IX ſo capite ſumentes exordiũ, qs non execrabilẽ uocet blaſphe-
miã, opus ſpũs ſancti attribuere ſatanæ? & q̃d a deo ſuggeſtũ
eſt piis mentibus, & aplico factũ exẽplo, dicere inuentũ & cõ
Matth. 12 mentũ eſſe ſatanæ? Paupertas aũt monaſtica, a Chr̃o inter cõ
Lucæ. 11. ſilia euãgelica tradita eſt, & per regulã uiuendi apoſtolicã ap-
probata, atq; unctione ſancti ſpũs, piis mẽtibus etiã inſpirata,
ut capite huius libri octauo affatim eſt mõſtratũ. Horreſcere
Iohan. 7 igit̃ debuit Lutherus, tantã ore ſacrilego euomere ueſaniã, q̃
oblatret uotũ pauptatis eẽ a ſatana effictũ, ne oĩno cenſeat̃ eſſe
pſimilis ſcribis & phariſæis, q de Chriſto, in poteſtate uirtute
q; dei, iperãte dęmoniis ut exirẽt ab obſeſſis (cuius impio pro-
tinus paruere ſpũs immũdi) dixerũt, calũniantes opa dei, q; in
Beelzebub principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia, q; itẽ ha
beret dæmoniũ & inſaniret. Q; aũt ſubiicit p̃dictis in uerbis
Lutherus, monaſticæ pauptatis uotũ eo tendere, ut eius p̃te-
xtu liberi fiant religioſi a iuuãda pauptate aliorum, & impendẽ
dis miſcdiæ opibus in alios, ſatis ſupq; refutatũ eſt p̃cedẽtibus
locis, p̃ſertim capite huius libri uiceſimoſecũdo & uiceſimo-
tertio. Idẽ q̃q; ipſo rerum expimento dinoſcit̃ eẽ falſum, cũ mo-
naſteria regularẽ obſeruãtia diſciplinam, q̃tidianas exhibeãt
paupibus eleemoſynas pro ſua facultate, & opa miſcdiæ (q̃-
uis tuba nõ canãt) ſedulo ſtudio indigentibus impendãt, pro
ſuæ domus q̃litate. ¶ Neq; ſatanas religioſos tenet ſeptis clau
X ſtralibus occluſos, ut nulli ſeruiãt, queadmodũ calũniat̃ aduer
Calũniarũ Lutheri in religioſos, refutatio & eliſio ſarius, ſed amor dei & zelus tenẽdæ religionis eoſdẽ clauſtris
monaſticis detinet incluſos, ut liberiores a ſtrepitu ſeculi, oĩ-
bus p opa miſcdiæ ſpũalia, orationẽ, diſciplinã, ieiuniũ, uigili-
as, ac cætera pia ſtudia, inſeruiãt & opitulent̃. Q; uis aũt a ma
nuũ opibus tẽperent religioſi, ut uiceſimũ hui⁹ libri caput ab-
unde mõſtrauit id eis licere, neq; iure in ipis dãnari poſſe, haud
tñ idcirco ocioſi dicẽdi ſunt, q ſpũalibus exercitiis ſunt occu-
patiſſimi. Neq; hmõi uacatio a labore corpali, ad hũc refert̃ ab
eis finẽ

eiſ finē, ut tantū ſibi ſinant ab alijs impēdi ſeruitiū, quādoqui-
dē pro obſequio q̊d ipſis impendūt, alij longe maiorē referūt
grām, pro tēporalib⁹ ſpūalia bn̄ficia, orōnes, hoſtiæ ſacroſan
ctæ, oblationes, & alia id genus obſequia ſpūs, illis rependen
tes. Quocirca non tm̄ ab alijs ſibi ſeruitia uolunt impendi, ut
obiectat hic Lutherus, ſed & ipſi potiora officia q̄ acceperint XI
alijs exhibēt. ¶ Sed neq; illud ueritati quoq̄ pacto cohęret, oc
caſione eleemoſynarꝝ aut donationū q̄ fiunt religioſis, uulg⁹
auerti a iuuādis uere paupibus, uiduis, orphanis, ſenioq; cōfe-
ctis. Qm̄ larga dei manus atq; bn̄fica abunde ſubminiſtrat fi-
delibus, ad opa miſcdiæ propenſis, unde & religioſis fratrib⁹
ſuppeditent pias eleemoſynas, & unde etiā reliquis mendicis
atq; paupibus ſuccurrāt. Neq; unq̄ uiſi ſunt paupes ſeculares
cōtabuiſſe fame aut inedia diſperijſſe, qm̄ fuerint domib⁹ mo
naſticis erogatæ eleemoſynæ. Charitas em̄, diſcreta eſt, non
ſubleuās unū corporis mēbrū in alterius exitiū aut interitum,
ſed ſimul oīa opis indiga membra pijs uiſceribus refouens, &
cuiq; q̊d ſibi neceſſariū eſt & cōducibile, diſpartiens. ¶ Verū XII
hæc Lutheri in religioſos ſugillato, pro zelo alioꝝ pauperū,
(ut prætēdit) facta, haud abſimilis eſt murmurationi ipſius Iu
dæ traditoris (quēadmodū ſupra iā dictū memini, & hic repe-
tere nō piget) indignati grauiter ob effuſionē unguēti ſup ca-
put Ieſu Chri recūbentis in cœna, a Maria Magdalena ſoro-
re Marthæ factā, cū ait. Vt qd pditio hęc? Potuit em̄ hoc un- Matth. 26
guentū uenūdari pluſq̄ trecētis denarijs, & dari paupib⁹. Sed Marci. 14
quēadmodū ea uerba nō ꝓtulit Iudas, qm̄ anxia pauperꝝ cura
teneret, ſed qa fur erat & loculos hn̄s, ut ait euāgeliſta. Ita nec Iohan. 12
pauperꝝ uulgariū cām hic agit Lutherus, innuens in ipſos, q̄
religioſos potius collocāda eſſe piarꝝ erogationū obſeq̄a, qm̄
magna uere pauperꝝ i ſeclo degētiū ſolicitudine angat, ut ſub
miniſtrēt illis uitę necīaria, ſed qm̄ implacabili exulcerati ani-
mi odio fert in q̊ſuis religioſos, qbus detractādi arripit occaſi-
onē, ex prætextu & umbra cæteroꝝ pauperꝝ. Hunc aūt atrū
mentis liuorē perſpicue produnt eius uerba deinceps conſe-
quētia, qbus religioſos ipos uocat ficte paupes, uere opulētos
pingues, ocioſos & hypocritas. Quæ quoniam aliud nihil q̄
cōtumelias

cõtumelias, probra & cõuitia ſonãt ex ore maledico, protũpẽ
Prouer. 26 tia, indigna nimirũ ſunt q̃bus adhibeať reſpõſio, ſcd̃m illd̃ Sa-
piẽtis documentũ. Ne rñdeas ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã, ne effi-
ciaris ei ſimilis.

## ¶ Obediẽtiã monaſticã primũ de cõſilio eẽ, & deinceps de ꝓcepto, atq; ꝑ eã, religioſos ſuis oĩbus ſupioribus recto ordine ſubeſſe. Cap. XXXII

I. Vicesimaprima Lutheri obiectio. Circa obediẽ-
" tiæ uotũ bifariã peccãt religioſi, tũ ꝙ illã repo-
" nunt ſub cõſilio, cũ ſit de ꝓcepto, ſcilicet, ꝙ in-
" ferior obediat ſupiori, ut filius pr̃i, uxor uiro, &
" ſeruus dño, tũ q̃a ꝑ eã uni ſcilicet ſuo p̃ſidẽti ſe
" alligãt, & ab oĩbus alĳs ſupioribus & æqualibus ſe ſubtrahũt,
" dicẽtes ſe ſoli ſuo ſupiori eã debere. Eſt igiť illud obedientiæ
" uotũ, irrationabile & dãnãdũ. Hæc Lutherus. ¶ Rñſio. Di-
II
Roma. 13 uinũ q̃dẽ ꝓceptũ decernit, quẽq; ſuo ſupiori (quẽ iã habet de-
1. Petri. 2. ſignatũ, natura, lege, aut electione p̃ſidẽtẽ) obedire debere, ut
filiũ pr̃i, ſubditũ principi, uxorẽ uiro, ſeruũ dño, monachũ p̃-
poſito monaſterĳ. Nõ tñ decernit, eũ q̃ liber eſt, ſubmittere ſe
debere huic uel illi pr̃i monaſterĳ particulatim in abdicatione
uitæ ſecularis. Id em̃ ſolũ relinquiť optioni & arbitrio illius, q̃
relicto ſeculo uult amplecti profeſſionẽ monaſticã, ut huic ſe
ſubĳciat pr̃i cœnobitico in hac domo, uľ alteri in altera domo.
Neq; idip̃m ex diuino pendet ꝓcepto, ſed ſolũ eſt de conſilio
ꝙ huic uel illi p̃poſito monaſterĳ q̃s ſe ſubĳciat, ꝑ obedientiæ
uotũ. At uero poſtq̃ ſubmiſit ſe quispiã ultro ꝑ uotũ obedien
tiæ huic patri cœnobĳ, tũ diuini eſt ꝓcepti, ut illi tanq̃ ſuo ſuꝑ
iori, & quẽ ſpõte ſua delegit ſibi p̃ſidẽ, obediat. Quocirca nõ
ſimpliciter admittendũ eſt, obedientiæ uotũ ſꝑ eſſe de ꝓcepto
ut aſſumit Lutherus, ſed diſtinctione utendũ eſt ſupra decla-
rata, capite huius libri undecimo, cũ de uotis generatim fieret
ſermo, uidelicet, anteq̃ fiat & ædať deo obedientiæ uotũ, ip̃m
eſſe de cõſilio, & liberũ, cũ uero factũ fuerit & æditũ, ip̃m eſſe
de ꝓcepto, atq; neceſſariũ. Quẽadmodũ puella nubilis anteq̃
fœdus ineat matrimoniale cũ aliq̃ uiro, optionem habet & li
bertatẽ ut hũc aut illũ deligat ſibi ſponſum, cui fidẽ det cõiu-
galem

galem, & abedientiā præſtet uxoriā. Vbi uero uni ſe addixe-
rit per uinculū coniugij, diuino iā præcepto obuincit̃ & obli-
gat̃ ad exhibendā illi ſocietatem & obedientiā connubialem.
¶ Qꝫ aūt religioſus ſoli ſuo præpoſito debeat obedientiæ of- III.
ficiū, & non cuiq̄ ſuoꝝ in altiore gradu ſuperioꝝ, neqꝫ ex re-
gula, neqꝫ uſu, neqꝫ rōne recta conuincit̃. Quandoquidē nul-
la monaſtica regula id continet ſtatutū, ꝙ ſoli patri monaſte-
rij aſtringit̃ religioſus obedientiā præſtare, & nullis illius ſu-
perioribus. Neqꝫ uſus aliquis id habet, ꝙ monachus ſuo pręe-
poſito tātū ſit ſubiectus, & nō epiſcopo illius regionis aut ar-
chiepiſcopo, aut ſaltē ſummo pontifici. Deniqꝫ recta ratio id
depoſcit, ꝙ quicqd ſubijcit̃ inferiori, ſubijciat̃ & eius ſupiori.
Cū igit̃ præpoſitus monaſterij ali os habeat ſibi prælatos, ſal-
tē ſummū pontificē, cur illis etiā non ſubijciet̃ religioſus? Il-
lud igit̃ a Luthero uidet̃ gratis aſſumptū, nec ulla munitū cō-
probatione, ꝙ religioſus ſoli ſuo patri atqꝫ præpoſito, & nō il-
lius ſuperiori, debeat obedientiā. ¶ Vicesimaſecūda obiectio IIII

Nō ſoli ſuo ꝑpoſito religioſum debere obedientiam ſed & omi bus ei⁹ maioribus.

Plerūqꝫ ex monaſterijs accipiunt̃ aliqui & deligunt̃ ad ge- “
rendū epiſcopatū, cardinalatū, & ſummū potificatū, & tunc “
amplius nō ſubijciunt̃ ſuis patribus in monaſterio, ſed ſunt eis “
plerūqꝫ ſuperiores, Non eſt igit̃ illud uotū ſubſtantiale, ut ꝗd “
poſſit diſſolui. Qꝫ ſi quis dixerit, eos qui ita prouehunt̃ ad ec- “
cleſiæ adminiſtrationē, aſſumi ad ſtatū ꝑfectionis, & ergo ip- “
ſos per illā promotionē relaxari ab obientiæ uinculo, poteſt “
hmōi reſponſio in promptu refelli per hoc ꝗd ante dictū eſt, “
& adductū, ſtatū religionis eſſe ſtatū perfectionis. Ergo ſi ſta “
tus prælationis & gubernationis eccleſiaſticæ, quia etiā eſt ꝑ- “
fectionis ſtatus, ſoluit ab obediētia monaſtica, unus ſtatus ꝑfe “
ctionis eſt alteri etiā ſtatui ꝑfectionis diſſentiēs atqꝫ contrari⁹, “
ꝗd eſt incōueniens. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Ad obedi- V
entiā ſuo patri monaſtico exhibendā tā diu aſtringit̃ religio-
ſus, q̄ diu in ea fratrū congregatione & ſub domus illius clau-
ſtris degit, eidem patri ſubiectus. Qꝫ ſi aſſumat̃ quis ex mona
ſterio ad ſtatū ſublimiorē, utpote ad publicā eccleſiæ admini
ſtrationē, iā amplius illi nō debet obedientiā, quia ſegregatus
ab eius conſortio, deinceps cōſtituit̃ eo plerunqꝫ ſupior. Itaqꝫ

prouectio illa religioſi ad excelſiorẽ illũ prælationis ſtatũ, ab
ſoluit ipſum a priore obedientiæ uinculo, quoniã conſtituit
illũ extra gregem cæteroꝝ & ſubiectionẽ patris monaſtici.
Neq; idcirco probe ſubinferas, unũ ſtatum perfectionis eſſe
alteri aduerſum. Tum quia prælationis gradus, ſtatus eſt per
fectionis iam acquiſitæ, qua cæteros ſuæ curę directioniq; cõ
miſſos perficiat. Religionis uero cõditio, ſtatus eſt perfectiõis
acquirendæ, ut añ iam dictũ eſt, capite huius libri duodeci-
mo, & altero hauddubie inferior. Tum etiã, quia ꝑlationis ſta
tus nõ aufert aut ſuſtollit ab eo qui prius monaſticã profeſſus
eſt regulã, ſtatũ religionis ante ſuſceptũ. Debet eñ ſublima-
tus ad pontificatũ, ea quæ ad ſuæ religionis monachalis obſer
uationẽ attinent, adhuc in gradu illo pręlationis implere, mo
do illa nõ repugnent ſtatui moderationis eccleſiaſticæ. Et q̃-
uis aliqua unius officia ſtatus, deprehendant non poſſe exerce
ri in altero ſtatu, ex eo tamen nõ apte collegeris unum ſtatum
eſſe alteri repugnantẽ, cũ poſſint ambo ſimul in uno & eodẽ
homine, ſecundũ diuerſas rationes, opera & officia coincide-
re. ¶ Cæteꝝ ex dictis planũ etiã eſt, quomodo diſſoluenda ſit
VI alia Lutheri obiectio, præcedenti ferme conſimilis, quam hoc
" mõ ſubijcit. Impoſſibile eſt ꝙ monaſteria nõ habeãt ꝑpoſi-
" tos ſuos, q præſint, regant & paſcant monachos. Nã congre-
" gatio multoꝝ ſine paſtore, eſt quædã confuſio. Hmõi aũt ꝑ-
" poſiti, alijs obedire nõ poſſunt in monaſterio, qm̃ ſunt ſupre-
" mi, & ipſis alij debent obedire, ſecũdũ uerbũ Pauli ad Hebrę-
" os. Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. Ergo illi pręs-
" poſiti nõ poſſunt ſeruare uotũ obedientiæ, q̃d deo præſtite-
" runt. Q; ſi quis dicat, illos prępoſitos debere obedire alijs ſu-
" is maioribus, ut abbatibus, prouincialibus, miniſtris generali-
" bus, militat adhuc ſemp obiectio de ſummo pontifice, ad illũ
" dignitatis apicẽ aſſumpto ex monaſterio, q ſupiorẽ nõ habet
" in terra cui obediat. Hæc Lutherus. ¶ Sed facilis eſt ad hanc
VII cauillationẽ reſponſio, actũ obedientiæ & uſum, pręſuppone
re & añ requirere materiã circa quã exerceat, utpote ꝑpoſitũ
gradu eminentiorẽ cui quis obtẽperet. Quæ quidẽ materia
ſi deſit, nõ obligatur tunc religioſus ad eã actu exercendã, ſed

Statũ religionis neq̃quã repugnare ſtatui prælationis eccleſiaſticæ.

Heb. 13.

uolũtate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uoluntate, qua promptus ſit ubi adeſſet ſublimior authoritate
cui ſubijceretur, illi ſpontaneã præſtare obedientiã. Hæc em̃
promptitudo uoluntatis, cum deeſt facultas operis exequen-
di, ſufficit in cõſpectu dei, & integre uoto facto ſatisfacit. Ita-
ꝗ; præpoſiti monaſteriorꝝ, ſuis in ordine monaſtico præpoſi-
tis, ut abbatibus, prouincialibus, miniſtris generalibus, debẽt
obedientiã. Hi uero ſi nullũ in gradu cœnobitico habent pręe
poſitũ epiſcopis eorꝝ locorꝝ quibus erecta ſunt ſua monaſteria
& archiepiſcopis, aut ſaltẽ ſummo pontifici ſubiacere debent
& obſequi. Epiſcopi uero ex monaſterijs aſſumpti, ſuis archi-
epiſcopis, & hi ſuis primatibus, & demũ ſummo pontifici ob-
temperent. Summus uero pontifex, ad apoſtolicæ ſedis gu-
bernacula ex monaſterio trãſlatus, ipſi deo (cuius eſt in terris
uicarius) obedientiã exhibeat. Et hoc pacto quiſq; ſuo uoto VIII
plene ſatisfaciet. ¶ Cæterꝝ iã data reſponſio cõfirmationẽ acci- Thomas
piet ſolidiorẽ ex uerbis B. Thomę, ſecũda ſcdæ, q̃ſt. 185. artic. Aquinas
8. in capite præcedẽte, iã citato. Ubi cũ tertio obijcit loco, ꝙ
maxime religioſi obligari uident̃ ad obedientiã, ſed religioſi,
qui aſſumunt̃ ad epiſcopatũ, nõ tenentur obedire prælatis ſu-
arũ religionũ, quia ſunt eis ſuperiores, quare religioſi in epiſ-
copos promoti nõ uident̃ teneri ad obſeruantias regulares.
Diſſoluit hanc obiectionẽ tertio loco, id eſſe per accidẽs, ꝙ e-
piſcopi religioſi obedire prælatis ſuarꝝ religionũ nõ tenentur
quia ſcilicet ſubditi eſſe deſierunt, ſicut & ipſi pręlati religio-
nũ. Manet tamen adhuc obligatio uoti uirtualiter, ita ſcilicet
ꝙ ſi eis legitime aliq̃s præficiat̃, obedire teneant̃, inquantũ te-
nent̃ obedire ſtatutis regulæ per modũ prædictũ, & ſuis ſupe-
rioribus, ſi quos habent. Hæc Thomas. Quæ etiam nõ parũ
conducunt ad ualidiorem obiectionis Lutheranæ proxime p̄
cedentis eneruationẽ, de religioſo ad epiſcopale culmen ſub-
uecto, propoſitæ. ¶ De p̄poſitis aũt religioſorꝝ, quos pręſens IX
in mediũ affert cauillatio, & id pręter dicta eſt adijciendũ, ip-
ſos monaſteriorꝝ prępoſitos obedientiã ſemper debere parti-
cularẽ regulę ſuę monaſticę quã uouerunt, obſeruaturosq; ſe
ſtabiliter, deo promiſerũt queadmodũ in uerbis modo addu-
ctis, ſatis itidẽ ſubindicat ſanctus Thomas, ſimiliter & beatus

gg 2 Bernar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bernardus Bernardus in libro de præcepto & diſpenſatione, ita dicens,
Lego profecto in regula. Hæc cõſideratio penes abbatẽ ſit,
& hoc uel illud eſſe in prouidentia, uel arbitrio, ſeu diſpoſitio
ne abbatis. Vt aũt pro ſua uolũtate aliqd mutet, me ibi legiſſe
nõ recolo, quinimo in oibus (inqt) oẽs magiſtrã ſequant regu
lam, nec ab ea temere deuiet a quoq̃, ergo nec ab ipſo abbate.
Oẽs (inquit) magiſtrã ſequant regulã, nemo ergo ſuã uolũta-
tẽ. Vbi ſane, nec abbatẽ excipi puto. Videtis q̃tũ neceſſitati
tribuit, ſubtrahit uolũtati. Hæc Bernerdus, & cętera cõtinuo
ordine ſubſequentia, q̃ dilucide monſtrãt, abbatẽ etiã regulæ
Idem ſubijci debere. Qd & in uerbis, paulo añ eodẽ loco præcedẽ-
tibus, nõ minus euidẽter oſtendit idẽ btũs pater, cũ ait. Neq;
abbas ſupra regulã ẽ, cui ſemel & ipſe ſpõtanea ſe ꝓfeſſione
ſubmiſit. Deinde paucis interiectis ſubnectit. Sup fratrũ ſane
trãſgreſſiones, nõ ſup patrũ traditiões cõſtituit, q abbas eligit,
mãdatorꝝ cultor, & ultor uitiorꝝ. Hęc ibi. Videm' itaq;, nec ip
ſis religioſorꝝ ꝓpoſitis & patribus deeſſe etiã intra ſepta mona
ſterij & clauſtra, debitã obedientiæ materiã. ¶ Poſtremũ nec
X ipſi ſummo pontifici, ex monaſterij ſolitudine ad ſupremum
apicẽ moderationis eccleſiaſticæ prouecto, deficit argumen-
Sũmus põ- tũ præſtãdæ obedientiæ. Obtẽperare ſiquidẽ ſemp debet deo
tifex, legi- (ut dictũ eſt) diuinæq; legi. & omni etiã hũanæ, totã fideliũ
bus eccleſi- multitudinẽ concernẽti, legi, ad pietatẽ religionis & honeſta-
aſticis de- tẽ uitæ potiſſimũ ſpectãti. Q; uis enĩ nemo in eũ poteſtatem
bet obedi- coercendi exequi poſſit, nihilo tñ minus legibus, totũ chriſtia
re. norꝝ cœtũ & ſuæ conditionẽ adminiſtrationis reſpicientibus
etiã eſt obnoxius. Quas ſi pręuaricat, eſt qui quęrat & iudicet
deus, & uniuerſalis etiã eccl'ia, de eo iudiciũ ferre pt. Ad quẽ-
cunq; igit primatus gradũ, eccleſiaſticæq; dignitatis faſtigiũ
prouehãtur religioſi, legitimã ſemper habent obedientiæ prę
ſtandæ materiã, & aliquid cui debẽt morigerari, nec unq̃ ſim-
pliciter & omnino abſoluit ab obedientiæ uinculo.

¶ Annũ, quẽ probationis uocant, in ſuſcipiendis ad mo
naſteria religioſis recte inſtitutũ eſſe, ut eorꝝ quę
ſubeunda ſunt onerũ, faciãt ante periculũ.

Cap. XXXIII.

Viceſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I.
Vicesimatertia Lutheri obiectio. Apud oĩa mo- "
naſteria mos iſte increbruit, quo ingreſſuris do- "
mum monaſticã conceditur annus probationis, "
ad faciendũ periculũ, ſi caſte uiuere poſſit qui eſt "
uoturus, & ubi toto eo anno probata eſt eius ca "
ſtitas atq; ſpectata tũc recipiť in monaſterio. Illud aũt, friuolũ "
eſt inſtitutũ, quia non ſufficit annus ad illius rei experimentũ "
ſed tota uita neceſſaria eſt. Fieri nẽpe poteſt, ut uno anno, du- "
obus aut tribus, quis caſte uiuat, poſtea uero uel carne ebulli- "
ente in libidinem, aut igneo flatu ſatanæ, qui ardere facit pru- " Iob. 41.
nas (ut ait Iob) idẽ grauiſſimas carnis moleſtias patieť, & forte "
ſuccũbet tentationi. Ego ipſe (ait Lutherus) in me & multis "
alijs exptus ſum, q̃ pacatus & quietus ſoleat eſſe ſatan, in pri- "
mo anno ſacerdotij & monachatus, ut nihil iucũdius eſſe uide "
atur caſtitate. Sed hoc facit inſidiator & hoſtis in tentationẽ "
& laqueũ, ut poſtea grauiꝰ impugnet & proſternat hominẽ. "
Huic aũt hoſtis noſtri machinationi, ſimilis eſt annus proba- "
tionis religioſoꝝ. Merito igiť improbandus eſt & dãnandus "
Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Falſæ innitiť hypotheſi hęc ob II.
iectio, proponens annũ probationis concedi ingreſſuris reli-
gionẽ, dũtaxat ad ſumendũ de ſeruanda caſtitate experimen-
tũ, & non aliã ob cauſam, quod utiq; falſum eſt. Ille ſiquidem — Ad qđ ordinat annꝰ probatiõis i religioſis
ad cæteraꝝ etiã uirtutum experientiã capiendã in neophito
religionis alumno, ut patientiæ, humilitatis, manſuetudinis,
ac diligentiæ, inſtitutus eſt, & non tantũ caſtitatis. Quinimo
annus ille probationis, potiſſimũ ad hunc ordinatus eſt finem
ut ingreſſurus domũ cœnobiticã ſpectet mores, uictũ, ami-
ctum, ieiunia, uigilias, ſtratoria, & alia cũ ad corporis, tum ad
animi exercitiũ pertinentia onera, atq; de ijs omnibus pericu-
lum faciat, an perferre ea ualuerit nec ne, anteq̃ ſe alliget illi ui
tæ inſtituto. At ubi toto anni curriculo uerſauerit ſecũ ani-
mo, quid ferre recuſent, quid ualeant humeri, tum demũ aut
ſubeat iugum monaſticũ, aut detrectet illud pro ſuo arbitrio.
Sane cũ non minus aliarum uirtutum q̃ caſtitatis, in religioſo
expoſcantur opera, cum item alia permulta præter caſtitatis
integritatem ferenda ſint onera in monaſterio, oportet ea oĩa

etiã ante tentare, q̃ ſuſcipiãtur ꝑpetuo ſuſtinẽda, ne quis incau
III tũ irretiat laqueo inextricabili. ¶ Quod uero de ſerpentis anti
qui proponit inſidijs Lutherus, in principio profeſſiõis ſacer
dotalis aut monaſticæ deſiſtentis ad tempus ab impugnatiõe
caſtitatis, ut poſtea incautũ grauius opprimat, uerũ quidẽ ple-
runqȝ eſſe cõſpicitur. Sed hoc neminẽ deterrere, aut ad ſeruã-
dę continentiæ diffidentiã debet inclinare, quin potius redde
re unumquẽqȝ cautiorẽ, ut ad technas illas & dolos hoſtis ua-
fri ſedulus inuigilet. Nec in prę̨terita caſtitate cõfidat, ſed in
Epheſ. 6 dño deo ſpem ſuã reponat, ipmqȝ inuocet aſſidue in ſuũ adiu-
toriũ, ut ipſo auxiliatore poſſit oĩa tela nequiſſimi ignea ex-
tinguere. Prę̨terea, ieiunia, ſanctã animi occupationem in pijs
moderationibus, ſacrã lectionẽ, & alia honeſta ſtudia exerci-
tiaqȝ, nõ intermittat unq̃, q̃bus hoc genus dæmoniorũ eijci ſo
let. Et ubi in his ꝑſeuerauerit diutius aut ſacerdotio inſignit⁹
quiſpiã, aut monaſticę addictus diſciplinę, incolumẽ ad obitũ
uſqȝ adiutore deo caſtitatẽ ſeruabit. Neqȝ huic tentatoris ma-
chinationi ſimilis eſt annus probationis, ut aſſumit Lutherus
Annus ꝓbationis, ſubdolæ machinationi ſatanæ nõ eſt conferendus
ſed ad ueritatẽ agnoſcendã, nõ aũt ad ſimulationẽ, is eſt con-
ſtitutus, & ad religionis obſeruãtiã integriorẽ ſummopę ad-
minicuları⁹. Neqȝ laqueũ inijcit idẽ pedibus nouitioꝝ, ſed pla
ne oculis eoꝝ corã obijcit ꝑferenda onera, ne ea ſubeãt incau-
ti anteq̃ habeãt ipſa explorata, annuoqȝ experimẽto ꝑſpecta.
¶ Viceſimaquarta & ultima Lutheri obiectio. In domib⁹ eti
IIII am monaſticis annos profeſſionis definiunt ipſi pr̃es, alijs q̃r-
» tũdecimũ, alijs aũt decimũoctauũ ætatis annũ, cuius quidem
» definiẽdi nullũ habent ius. Nihilominus ſatis placet mihi (in-
» quit) modus aliquoꝝ, qui monachis añ decimũoctauum æta-
» tis annũ ingreſſis monaſteriũ, faciunt copiã abeũdi. Sed & id
» mihi dolet (ait) ꝙ ij & alij omnes nõ faciunt omnibus religio-
» ſis facultatẽ abeũdi, qui ante ſexageſimũ annũ ſunt profeſſi,
» ut B. Paulũ ex parte imitarent̃, qui uiduas minores annis ſexa
» ginta reijcit, ne aſſumant̃ alendæ eccleſiarũ facultatibus. Nã
» uiros (inquit) cum ſint robuſtiore ac uegetiore corpore, tardi-
» uſqȝ fœminis emoriantur, ſeptuageſimo uel octogeſimo an-
» no demum recipi oportebit. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio.
Non

Non ſunt quoquo pacto improbandi, qui decimũquartũ de-
ſignãt ætatis annũ faciendæ profeſſioni monaſticæ, ꝙ is in ui
tis, pubertatis aſſignet annus, quo pullulare ſolent & inſurge
re aculei libidinum, qui per religionis auſteritatem & arctitu
dinem reprimantur. Neq; etiam ij, qui decimumoctauũ æta-
tis annum determinant ad profeſſionem monaſticam ſuſcipi
endam, ſunt uituperandi, quoniã circa hunc ætatis terminum
efferueſcere ſolet petulantia adoleſcentiæ, ac proruere in libi-
dinem, niſi lupatis freniſq; coerceatur. Ad quã frenandã, uitę
monaſticæ inſtitutio, abſtinentia, fuga ſeculi & ſolitudo mo-
naſterij, maiorẽ in modũ confert. Vtriq; autem patres mona
ſtici, & qui decimũquartũ & qui decimumoctauũ ætatis an-
nũ determinant profeſſioni monachali, necnõ ij qui eo ſuę æ-
tatis curſu ſubeũt ipſam profeſſionẽ monaſticã, ſequunt in eo
opere, ſalutare monitum Eccleſiaſtis, ita dicentis. Memento Eccle. 12
creatoris tui, in diebus iuuentututis tuæ. Et id Hieremiæ di- Threno. 3.
ctum, in Threnis. Bonũ eſt uiro, cũ portauerit iugũ ab adoleſ
centia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſup ſe. Prouer. 22
Quandoquidẽ ſcd͞m uulgatũ id prouerbiũ q͞d proponit Salo
mon, adoleſcens iuxta uiã ſuã, etiã cũ ſenuerit, non recedet ab
ea. Sequunt & illud ſalubre dñi uerbũ ad eos qui increpabant Mat. 19
parentes, filios ſuos offerentes Chr͞o. Sinite paruulos uenire Lucę. 18
ad me, taliũ eñ eſt regnũ cœloꝝ. Imitant & exemplũ B. Io-
hannis baptiſtæ, qui in puerilibus annis ſubijt deſertũ, & ad-
mirandã uitę auſteritatẽ adhuc tenellus eſt aggreſſus. Aemu
lant & exẽpla multoꝝ ſanctoꝝ patrũ, q in tenera adhuc ętate
cõſtituti, uocãte eos deo, reliquerũt mundũ cũ ſuis cõcupiſcẽ
tijs, & ad eremi ſolitudinẽ aut trãquilla monaſterij clauſtra cõ
uolarũt. ¶ Q; autẽ obiectat Lutherus ipſos monaſterioꝝ in- VI
ſtitutores nõ habere ius definiẽdi annos ætatis quibus iniri de
beat profeſſio uitę monachicę, nihil habet roboris & ueritatis
Qm̃ eadẽ authoritate a ſpũ ſancto accepta, & regulã illã mo- Pr̃es monaſticos recte inſtituiſſe t͞ps faciẽdę p͞feſſionis
nachalẽ inſtituerunt, & circunſtantias ad eã amplectendam
conferẽtes, ut locum, tempus, uictum, amictum, & cætera id
genus regulæ ſuę inſtituta, ordinarũt. Inter q̃, tẽpus aſſumẽ-
dę profeſſionis etiã debuit certo quodam limite determinari.

Nihil

Nihil ergo præter officium egerunt uenerandi patres, mo-
naſticæ inſtitutionis authores, ꝙ annos ætatis definierint, q-
bus ſubiri debeat diſciplinæ regularis iugum & profeſſio.

VII ¶ De ijs uero, qui monachis ante decimumoctauũ ætatis an-
num ingreſſis monaſterium, faciunt abeundi copiam (ſi mo-
do uſpiam gentium ſint tales monaſteriorum patres, ut hic de
inde proponit Lutherus) dicendum uidetur, ꝙ ſi illis religio-
ſis ante id ætatis tempus iam legitime profeſſis eam uitam &
uoto aſtrictis, dant facultatem abeundi, relictoq; habitu mo-
naſtico redeundi ad ſeculum, perperam faciunt illi cœnobio-
rum præpoſiti, & maxime ſunt improbandi, quia cogunt hu-
iuſmodi religioſos apoſtatare, poſt uota in propatulo rite ędi
ta, per quæ, ſe & reliquam uitam ſuam deo ſponte deuouerũt,
ac conſecrarunt. Quippe non poſſunt illi monaſterioꝝ recto
res, uota iam recte nuncupata reddere irrita, ad quæ perficien
da, diuino iam præcepto ſunt aſtricti, quod nequeunt illi rela
xare. Sin uero talibus nouitijs ante factam profeſſionem, mo
naſtici patres ita faciunt abeundi copiã, ut non recipiant eos
ad profeſſionẽ faciendã ante decimumoctauũ ætatis annũ, &
ergo dant illis optionem (qm̃ adhuc liberi ſunt & in tempore
probatiõis cõſtituti) aut relicta domo cœnobitica redeũdi ad
ſeculũ, aut expectãdi in ipſo monaſterio id tẽpus ætatis q̊ pro
feſſionẽ publicã ſubeãt, nõ eſt illud uſquequaq; improbandũ
p̃ſertim in ijs monaſterijs ubi grauis eſt uitæ auſteritas & tan-
tus rigor abſtinentiæ, ut minor q̃ decẽ & octo annoꝝ ętas, nõ
foret par monaſtico labori atq; oneri pferendo. In qbus au-
ſterioribus clauſtris & cœnobijs, & illã habent (ut accepi) in-
ter cæteras conſtitutionẽ, ꝙ neminẽ admittũt ad ſuæ inſtitu-
tionis monaſticę profeſſionẽ, niſi decimũoctauũ ætatis annũ
fuerit ingreſſus. Quæ ſane cõſtitutio, admodũ cõſentanea eſt
illi decreto q̊d ex regiſtro Gregorij adducit̃ in ep̃lis decretali
bus, titulo de regularib⁹ & trãſeũtibus ad religionẽ, ca. qa in
inſulis, hoc mõ. Quia i inſulis dura ẽ cõgregatio monachorũ
pueros i eoꝝ monaſterijs, añ decimũoctauũ annũ ſuſcipi pro
hibemus. Vbi gloſſa reddẽs rationẽ determinatiõis illi⁹ ętatis
decẽ & octo annoꝝ, ait. Hoc ſpeciale ẽ, ꝑpter aſpitatẽ locoꝝ

Quare ĩ aliquibus locis, añ decimũoctauũ ætatis annũ, nõ admittit̃ quiſq̃ ad profeſſionem monaſticã.

Alias

Alias regulare eſt, ꝙ poſt tempus pubertatis, tam maſculi q̃
fœminæ poſſunt profiteri. Hæc ibi. Tempus autem puberta
tis in maſculis aſſignat decimuſquartus ætatis annus, & in fœ
minis, duodecimus. Regulari igit obſeruatione (ubi peculia-
ris aliqua conſtitutio, illi generali non derogat) maſculus ex-
pleto decimoquarto anno, p̃t ſubire profeſſionē monaſticam
ut ex prædicto titulo epiſtolaꝝ decretaliū, cap. ad noſtrā, &
cap. ſignificatū eſt, ſatis conſtat, et fœmina, cōſummato anno
duodecimo. Valeant igit Lutherana placita, q̃ de ætate, qua
ſubeundū eſt monaſterium, hic effutiunt, quoniam ſanctioni-
bus pontificijs & rectæ rationi, prorſus ſunt aduerſa.

## ¶ Non eſſe expectandā ſenilem & decrepitam ætatem, ad ſubeundum monaſticæ uitæ iugū, ut uult Lutherus. Cap. XXXIIII.

AT uero quod in poſtrema ſua obiectione, circa
præcedentis capitis mediū poſita proponit Lu- I.
therus, de ijs omnibus religioſis ſua quidē ſen-
tentia dimittendis, ut abeant liberi relicta cucul
la & reuertant ad ſeculū, qui ante ſexageſimū
ætatis ſuæ annū fuerint uitam cœnobiticā profeſſi, ridiculum
potius eſt & inſaniæ proximū, q̃ ſerio confutandū. Idipſum
eē̄ eſſet, feruorē adoleſcentiæ deſpumantem in libidinem, de
dicare dæmoni & deſiderijs huius ſeculi, ubi tamen uegetius
eſt naturæ robur, ad ieiunia & cætera monaſterij onera feren
da. Senilem uero ętatē, effœtā, & uiribus fractā, poſt expletas
fortaſſe libidines (quibus ea grandior ætas amplius non eſt ac
commoda, ob frigeſcentem ac langueſcentē naturæ calorē)
dedicare deo, cū ob debilitatem & imbecillitatē ætatis nulla
ferri poſſent amplius onera monaſterij. Certe idipſum nō eſ- Leuit, 3
ſet caput & caudā offerre deo in ſacrificiū (quod tamen domi
nus in Leuitico fieri iubet) ſed caput uitijs & concupiſcentijs Quid ē ca
addicere, dedereq; flagitijs, caudā uero (cū florentior ætas in put & cau
peccatis eſt tranſacta) dedicare deo, & ita quod potiſſimū eſt dā offerre
& optimū, conſecraret ſatanæ, quod uero deterrimū & elan- deo in ſa-
guidū atq; debile, deo. Non eſt profecto hæc æqua, nec deo crificium
grata partitio, a quo cū acceperimus omnia, illi nimiꝝ & oīa



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

II debemus. ¶ Sed & hoc loco audiat beatus Iohannes Chryſoſtomus, in tertio libro aduerſus uituperatores uitæ monaſticæ, hanc improbam ſententiã de differenda in ſenectutem religionis ſuſceptione confutãs, his uerbis. Quid ergo? Poſt matrimoniũ inquiens & liberos, non licebit hanc philoſophiam apprehendere, cũ ad ſenectutem filius peruenerit? Et quis tãdem ille erit, qui polliceat ad extremã nos peruehẽdos eſſe ſenectutem? q̄q̄ cum ad illã peruenerimus, hac in uoluntate & ſnīa perſeuerabimus? Neq̄ enim ſumus dñi, præſtituti ac definiti uitæ noſtræ tẽporis, atq̄ hoc Paulus nos docuit, cũ diceret. Dies dñi ſicut fur in nocte, ita ueniet. Neq̄ rurſus in eadẽ ſemper alacritate propoſiti, cogitationes noſtræ perſeuerant Quocirca ſapiens quidã admonet dicens. Ne moreris conuerti ad dñm, neq̄ differas de die in diem, ne forte cum morã trahis, conteratis, atq̄ in tempore ultionis pereas. Nempe ſi nihil horũ quoq̄ incertum eſſet, ne ſic quidẽ liberos noſtros differre deberemus, ne tanta detrimenta, q̄ ta mox aperiemus, ex dilatione iſta paterent. Eſſet profecto incredibilis amentię & fatuitatis, imo uero ſummæ immanitatis, ſi cum iuueni opus eſſet adiutorio, aduerſariuſq̄ uehementer immineret, tunc illum iuberemus quietem agere, mundaniſq̄ immiſceri negocijs, ut capi facilius poſſet. Cum uero uulneribus innumeris confoſſus iaceret, nullaq̄ ex parte eſſet integer, tunc illum ut ſe erigeret, atq̄ armaret, hortaremur, iacentem iã & ſaucium, atq̄ omnino debilem. Ita ſane inquies. Tunc enim & lucta leuior, & dimicatio facilior futura eſt, iã extinctis uoluptatibus. Quænã tunc dimicatio, quæ pugna erit, cum nullus ſit cõpar qui nos prouocet, nullus qui prælio laceſſat? Ita profecto, nec coronis quidẽ illuſtrioribus donabimur. Beatus enĩ (inquit) qui tulit iugum graue ab adoleſcẽtia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit. Hic plane, hic miraculis innumeris eſt dignus, hic & laudari & beatiſſimus meretur dici, qui rebelles inſanoſq̄ naturales motus ratione frenare perrexerit, atq̄ in ipſo impetu tempeſtatis & turbinis illeſam ſeruarit nauẽ. Hæc Chryſoſtomus. Qui deinde continuo eiuſdem loci progreſſu latius oſtẽdit, ab ineunte ſtatim ætate potius arripiendam eſſe religionis

Marginal notes: Chryſoſtomus (beside line 2) · 1. Theſſa. 5 (beside "ret. Dies dñi") · Eccle. 5 (beside "ti ad dñm") · Threno. 3 (beside "qui tulit iugum")

monaſticæ

monaſticæ uiam, cum necdum uitijs imbutus animus, capeſ-
ſendis uirtutibus habilis eſt & idoneus, atq; ab ſubeundum cũ
hoſte antiquo certamen, alacrior, q̃ differendam eſſe huius ui
tæ profeſſionem uſq; in extremã ſenectam, ubi totum ſtudiũ
& tempus conſumi tum debeat ad diluenda prioris ętatis pec
cata, nullumq; ferme ſuppetat, ad uirtutes comparandas.
¶ Quod autem de uidua non minoris ætatis q̃ ſexaginta an- III
norum, admittenda ut alatur facultatibus eccleſiæ, adducit ex I. Timo. 5
B. Paulo Lutherus in obiectiõe proximi capitis, nihil ad rem
ſuã facit. Nempe alia eſt ratio eius qui ingreditur religionem
monaſticã ad ferenda illius onera, ieiunia, uigilias, officiorum ec
cleſiaſticorum celebrationem, uictus parſimoniã, ueſtium aſpe-
ritatẽ & cætera conſimilia, ad quæ perferenda, tã ſera ętas om
nino eſt inepta & imbecillis, & alia prorſus ratio ipſius uiduę
alendæ opibus eccleſię, q̃ ad nulla deputatur laborioſa officia ec
cleſiæ præſtãda, niſi forſan ad cõmunia & generalia obſequia
qualia ſunt, crebra ad deũ & quotidiana oratio, non intermiſ-
ſa templi frequentatio, officijq; eccleſiaſtici aſſidua auditio, &
ſimilia id genus. Cuiuſmodi opera exercuiſſe legitur apud Lu-
cã Anna prophetiſſa, filia Phanuel, uere uiduarum memora-
bile exẽplũ. Quinimo uidua illa, de qua Paulus agit apud Ti- Lucæ. 2
motheũ, ut digna haberetur alimonia eccleſiæ, debuit priore
ætatis ſuæ tẽpore opera laborioſa exercuiſſe, & pia in alios of
ficia, non autẽ poſt ſuſceptã alimentorum grãm, talia exercere.
Vidua (inquit) eligatur nõ minus ſexaginta annorum, q̃ fuerit u-
nius uiri uxor, in operibus bonis teſtimoniũ habens, ſi filios
educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulati I. Timo. 5
onẽ patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonũ ſubſecuta
eſt. Ecce actuoſa prioris ætatis obſequia, q̃ pſtitiſſe debuit ui-
dua, anteq̃ facultatibus eccliæ aleretur. De ijs uero q̃ poſt ſuſce
ptã ab eccleſia alimoniã exhibere debuit officijs, ne unũ qui-
dem uerbũ prolocutus eſt Paulus. In ſubeũdo uero monaſte-
rij iugo, cõtra res agitur, nec præteritorum operum ibidem habetur
ratio, quæ trãſacta ſunt in ſeculo, ſed futurorum, quæ in cœno-
bio non ſine graui ſarcina & onere ſunt peragenda, & quibus
explendis ætas idonea atq; accommoda debet adaptari.

IIII Pro q̄ tp̄e & ſtatu eccleſiæ, uidua ſexagita annorum erat eligenda. Idem

¶ Veruntamen animauertere non fuerit hic indignum, inſtitutum illud apoſtoli de uidua minore natu q̄ ſexagenaria, nō enutrienda emolumentis eccleſiæ, temporarium fuiſſe, & pro eo quidem tempore ſancitum, quo exiguæ & permodicæ erant facultates eccleſiaſticæ, & uidue adoleſcentiores, propēſiores erant ad petendam huiuſmodi ab eccleſia ſuſtentationē quæ tamen promiſſam uoto caſtitatem non ſeruabāt, ſed primam fidem (ut ait apoſtolus) irritā fecerunt. Quocirca cum poſtea eccleſia maiore afflueret rerum copia, & facta eſſet opulentior, ſpectataq; foret firmior uiduarum iuniorum in propoſito caſtitatis conſtātia, non fuit incōueniens, uiduas ab eccleſia alendas aſſumi ante annum ſexageſimum. ¶ Demum et id magis ridendum, quod eodem in loco poſtremæ obiectionis ſubijcit Lutherus, religioſos ſcilicet ſeptuageſimo primū ætatis anno aut octogeſimo, in monaſteriū recipi debere. Et plane addubitandum eſt meo iudicio, ſerio ne illud proponat an ioco. Nā ſi ſerio id aſtruere ſe dicat, prorſus delirare uidet, & hac eſſe pulſandus interrogatione, cuinam officio aut labori monaſtico idoneus eſſet ſeptuagenarius aut grandiore ætate uir, defectus uiribus & inutilis annis (cui ob decrepitā ætatem potius ab alijs eſſet inſeruiendum, q̄ ipſe inſeruiat officijs monaſterij, cui item potius teriti opus eſſet bacillo ad ſenilia membra fulcienda, q̄ libro ad officium eccleſiaſticum explendum, aut ieiunio ad caſtigandum corpus iam præmortuum.

Septuagenariū & octogenariū, nō eſſe ſuſcipiēdæ uitę monaſticæ idoneum.

V ¶ Porro ex hac dilutione haud difficile etiam fuerit reſpondere adhuc uni ratiunculæ, quam tanq̄ appendicem annectit ante dictis Lutherus, hoc modo.
» Nōnulli ante decimumoctauum ætatis annum profeſſos abſoluunt a uoto religionis, &
» liberos abire ſinunt & id ratione imbecillitatis corporis, aut
» ſtimulantis libidinis. At nonnullos eſt inuenire, qui in triceſimo,
» quadrageſimo aut quinquageſimo ætatis anno, tantā habent
» imbecillitatem aut libidinis feruorē, ſicut alij in decimooctauo.
» Ergo eadem ratione & hos quantacunq; fuerint ætate, debent
» abſoluere & dimittere liberos abire, neq; ullum determinare
» annum quo eos conſtringent ad uota, ſed permittere & ſtatuere,
» ꝙ omnia uota ſint tēporalia & libera. Alioqui

ſunt crudeliſſimi & cruentiſſimi animicidæ. Hæc Lutherus, VI.
¶ Cui paucis ſatisfaciendum eſt, ipſum eandem concinere cā
tilenam in calce ſui operis, quā cecinerat in principio, & ad
quam tota illius ſui de uotis monaſticis libri tendit elaboratio
uota ſcilicet monaſtica nō debere eſſe perpetua, ſed ſolum ad
tempus, & cum ea libertate, ꝙ liceret ab eis reuocare pedem
cum libitum foret, animoq́ꝫ uouentis ſederet. Sed hoc neqꝫ ſu
is rationibus adhuc effecit, neqꝫ aliis quibuſcūqꝫ aſſequet un-
q̄. Firmum eſt enim monaſticæ inſtitutionis fundamentum,
& inōccuſſum, quod uotorum perennitati & perpetuitati in-
dimobiliter innititur. Quantum autem ad poſtremā hāc obie
ctiunculam attinet, reſpondendum eſt, ipſam debili fulcimē-
to ſtabiliri & prorſus inualido, huic uidelicet, ꝙ recte agant il
li (ſi qui uſpiam locorum ſint tales) qui profeſſos debite uitam
monachalem & ſolenni iam uoto aſtrictos, ante decimumoc-
tauum ætatis annum propter imbecillitatem corporis aut in-
feſtationem libidinis abſoluunt a uoto religionis & liberos a
ſe dimittunt ut redeant ad ſeculum. Nā neqꝫ propter eas cau-
ſas geminas neqꝫ aliā quamcunqꝫ, id attentare queunt patres
monaſtici, ne id quod ſemel deo legitime dedicatum eſt, rur-
ſus ad prophanos conuertant uſus. Quare nec in quacūqꝫ ma
iore ætate propter eaſdem cauſas aut alias (quaſcunqꝫ) poteſt
a rectoribus monaſteriorum fieri circa quempiam illa uotoꝝ
relaxatio, qua poſtq̄ ipſa deo rite ſunt facta, reuocētur ut irrita
atqꝫ ſoluantur. Quod enim ſemel deo conſecratum eſt, non Leuit. 27
poteſt humano arbitrio illi auferri, & mundanis actibus appli
cari. Et id quidem ſi locum habet in uaſis, locis, & ueſtimētis,
eccleſiaſtico uſui ſemel accommodatis, quanto magis habere
debet locum in templis dei animatis, & uiuis lapidibus & ua-
ſis, per ſolenne uotum diuino cultui perpetuo dedicatis: quē-
admodum circa libri huius principium, utputa capite quarto
latius eſt patefactum. ¶ Sed iam tempus adeſt ut uela compli VII
cemus, excuſſis pene om̄ibus locis, in libro Lutherano de uo
tis monaſticis inſcripto, trutinationem & examen expoſcenti
bus. Nā ſi q reliqui ſunt illius operis loci, diſcuſſionem exqui
rentes, quos hic non attigimus, illi ſufficienter per ea quę prę

 ſenti in

ſenti in libro adduximus, confutari poſſunt & elidi. Eniten-dūq; nobis eſt ſummopere, ut repudiatis quibuslibet impuris & prauis dogmatibus in ſynceritate fidei doctrinæq; catholicæ, inconcuſſi permaneamus, profitentes primū, eccleſiaſticas ſanctiones eā habere uim obligatoriam, ut citra ſalutis animæ detrimentum infringi non queant, cenſentes itidem, eccleſiaſticum ſacerdotium ab ordine laicorum eſſe omnino diremptum, & ſacroſanctam euchariſtiam in altaris officio conſecratam, eſſe uerum & unicum nouæ legis ſacrificium, deniq; ſentiētes & uota monaſtica recte eſſe inſtituta, & in totum uitæ reliquū tempus obligatoria. Vt his & alijs eccleſiæ ſanctæ traditionibus ſacris firmiter inhærentes, uiā nobis paremus ad ſubeundam demum ſanctam ciuitatem Hieruſalem, quæ eſt ſurſum mater noſtra, ubi eſt uera, ſeruitutis omnis expers, libertas. ubi & eccleſia ſanctorum, ſine fine triumphans ubi etiam ſyncæra eſt religio & immaculata habitantium in tabernaculo domini, ipſumq; perpetuo laudantium. Cui pro conſummato hoc opere, ſit laus, honor, & gloria, atq; gratiarum actio, per æterna ſecula. Amen.

Totiꝰ operis epilogꝰ materiam triū librorū paucis cōſtringēs.

¶ Expletum eſt hoc opus cōtra Lutherum, in tres libros diſſectum, atq; prælo excuſum, apud florentiſſimum Colonienſis Academiæ gymnaſium. In officina honeſti ciuis PETRI Quentell. Anno ab incarnatione domini (qui obedientiæ, pietatis, et religionis eſt amator) uiceſimoquīto, ſupra milleſimum & quingenteſimum, ſexto Kalendas Martias.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN






UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pronomen sicut cognomine. Relatiuo secundum. ¶ Hoc pronomen Romanum duplicem quandam errorem [illegible] hoc pronomen [illegible] dicebat

[illegible]

[illegible]

Cum ut [illegible] pronominibus adiungitur [illegible] nomen [illegible] sine [illegible] vocatiui [illegible]

[illegible] non est nomen [illegible] sicut supra dictum est. Pronomina de primitiuis [illegible]

[illegible] pronominibus [illegible] ponit numerum [illegible]

[illegible] penultimam [illegible]

[illegible] penultimam corripit [illegible]

[illegible] integri [illegible] sincopam [illegible]

[illegible] apocopam quod [illegible] accentum integri [illegible] remanet [illegible] accentum [illegible] sincopam [illegible] apocopam [illegible]

[illegible] in sincopatis uel apocopatis remansit [illegible] accentus [illegible] penultimam [illegible]

[illegible] Sunt ut dictum est [illegible]

[illegible] significat possessorem [illegible]

[illegible] significare possessore [illegible] regis [illegible] tuus [illegible] ministret [illegible]

[illegible] regum [illegible] tuus [illegible] ministret [illegible] intelligo [illegible]

[illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1572
182
90.
Th
957
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN